Analecta bollandiana

Bollandists


VET TES TAM EN
NOV TVM
Dei
Sub Numine
Viget



ANALECTA

BOLLANDIANA

ANALECTA

BOLLANDIANA

TOMUS IX

EDIDERUNT

CAROLUS DE SMEDT, JOSEPHUS DE BACKER,

FRANCISCUS VAN ORTROY & JOSEPHUS VAN DEN GHEYN

PRESBYTERI SOCIETATIS JESU

PARIS
Société Générale de Librairie Catholique
Directeur : V. PALMÉ
76, rue des Saints-Pères

BRUXELLES
Société Belge de Librairie
Ancienne Maison H. GOEMAERE
8, rue Treurenberg

1890

ܬܫܥܝܬܐ ܕܡܪܝ، ܩܪܕܓ ܡܪܙܒܢܐ

ACTA MAR ḲARDAGHI

ASSYRIAE PRAEFECTI

QUI SUB SAPORE II MARTYR OCCUBUIT

SYRIACE JUXTA MANUSCRIPTUM AMIDENSE

UNA CUM VERSIONE LATINA

EDIDIT NUNC PRIMUM

J. B. ABBELOOS, S. T. D.,

UNIVERSITATIS CATHOLICAE LOVANIENSIS RECTOR MAGNIFICUS.

PROLEGOMENA.

Acta Mar Ḳardaghi, quae in ephemeridibus Lovaniensibus *le Muséon*, mense Augusto anni praeteriti, proxime edenda indicabantur, jam publici juris facio. Ea neque in S. E. Assemani collectione martyrum orientalium typis edita, neque in pluribus Europae scriniis publicis, quatenus equidem e catalogis rescire potui, manu scripta reperiuntur; exstant tamen in collectione quae in bibliothecam regiam Berolinensem nuper per E. Sachau inlata est, atque in illius indice (1) notantur sub n° 222.

Textus editioni subjectus extremum occupat locum prioris ex duobus tomis, quos ante plures jam annos pretio mihi comparare potui opera illustrissimi ac doctissimi viri G. Ebedjesu Khayyath, episcopi Chaldaei Amidensis: qui non tantum e codice perantiquo, in bibliotheca ecclesiae S. Pethionis religiose servato, describi curavit apographon meum, sed istud quoque ipse diligentissime contulit ad textum.

Quae autem iis continentur adhuc inedita praeter Ḳardaghi historiam mox, Deo dante, in lucem prodibunt. Interim omnium censum breviter hic exhibere juvat.

Tomo I habentur:

1. Tractatus prior de gloria et triumphis sanctorum martyrum orientalium; pp. 40-151.

2. Tractatus alter de iisdem martyribus deque varietate suppliciorum, passionum ac tormentorum quae subierunt; pp. 151-159.

3. Martyrium S. Simeonis Barsaboë, *catholici*, ܫܡܥܘܢ ܩܬܘܠܝܩܐ ܒܪܨܒܥ̈ܐ, aliorumque qui una cum ipso coronati sunt; pp. 159-330.

(1) *Kurzes Verzeichniss der Sachau'schen Sammlung syrischer Handschriften von E. Sachau.* Berlin 1885.

ܫܒܘܪ , Sanatruk ܣܢܛܪܘܩ , Hormizdae ܗܘܪܡܝܙܕ , Hadaršabur ܗܕܪܫܒܘܪ beatorum; pp. 671-676.

30. Sententiae damnatoriae illorum martyrum; pp. 676 sq.

31. Martyrium Mar Kardaghi; pp. 678-771.

Tomo II leguntur:

1. Martyrium Mar Milis ܡܝܠܝܣ episcopi, Abursam ܐܒܘܪܣܡ presbyteri et Sinai ܣܝܢܝ diaconi; pp. 1-23.

2. Martyrium Baršabiae ܒܪܫܒܝܐ archimandritae et decem fratrum sociorum ejus, necnon magi cujusdam; pp. 24-28.

3. Martyrium Danielis ܕܢܝܐܝܠ presbyteri, et Wardae ܘܪܕܐ virginis; pp. 28 et 29.

4. Martyrium sancti Mar Grigur ܓܪܝܓܘܪ inclyti martyris, qui martyrium peregit sub Chosroa rege; pp. 29-85.

5. Historia Mar Iazidhpanah ܝܙܕܦܢܗ martyris illustris; pp. 85-110.

6. Historia Karkae de Beth Seluk ejusque martyrum; pp. 111-157.

7. Martyrium Narsai (Nersetis) ܢܪܣܝ monachi ex loco Beth-Rasikaie, tempore regis Izdegerdis; pp. 158-174.

8. Martyrium Tatek ܛܛܩ qui dignitatem obtinebat δομεστικου ܕܕܘܡܣܛܝܩܐ regis, ex regione Hadiab (Adiabenae), tempore regis Izdegerd; pp. 174-179.

9. Martyrium decem martyrum Beth-Garmai, sub Izdegerde; pp. 179-186.

10. Martyrium Jacob ܝܥܩܘܒ qui erat custos regis ܢܛܘܪܐ, tempore Vahraranis; pp. 186-204.

11. Martyrium Mar Jacob intercisi; pp. 205-233.

12. Martyrium inclyti Mar Miharšabur ܡܗܪܫܒܘܪ qui in tenebricoso lacu coronatus est; pp. 233-239.

13. Martyrium victoriis refertum Mar Pethion ܦܬܝܘܢ sancti martyris ex regione Blašpar ܒܠܫܦܪ, et Mar Adurhormizd ܐܕܘܪܗܘܪܡܝܙܕ principis magorum ex Behšabur et Anhid ܐܢܗܝܕ hujus filiae; pp. 240-355.

14. De persecutione quam fecit rex Judaeus contra Hamiraie et de malis quibus Christianos affecit; pp. 356-393.

15. Martyrium Mar Babui ܒܒܘܝ *catholici* patriarchae Orientis, et cujusmodi fuit mors Mar Babui; pp. 394-398.

16. Historia et agones mirabiles ac divini martyris sancti Mar Abae ܐܒܐ patriarchae Orientis; pp. 398-474.

17. Epistola ejusdem Mar Abae *catholici* patriarchae ad institutionem fidelium; pp. 474-496.

18. Historia virtutum Mar Sabarješu ܣܒܪܝܫܘܥ *catholici*, patriarchae, confecta a Petro monacho; pp. 496-541.

19. Historia patris nostri insignis et sancti per omnia Mar Giwargis (Georgii) ܓܝܘܪܓܝܣ presbyteri et monachi, et confessoris, et martyris coronati, per sanctum Rabban Mar Babai coenobiarchae in monte Izla; pp. 542-720.

20. Martyrium sanctae Christianae ܟܪܝܣܛܝܢܐ martyris, quae dum ethnica erat vocabatur Iazdui ܝܙܕܘܝ e regione Beth-Garmai, ex Karka de Beth Seluk, narratum a sancto Rabban Mar Babai ; pp. 720-731.

21. Librarii nota ; pp. 732-733.

Ex hac nota patet tomos illos fuisse exaratos Mossulae tempore patriarchae Chaldaeorum Josephi Audu a quodam Gabriele diacono, filio Petri, qui ipse patrem habuit Abdelmasiḥ diaconum e familia Abdu Chaldaei Seerdensis oriundum. Continent paginas in forma octava centimetrorum 24 × 17 scripturae nestorianae nitidae ac mediae spissitudinis, prior quidem 772, alter 732 ; ast in priori, scriptura vacant paginae 64.

Codex originalis, uti jam supra dixi, est ecclesiae S. Pethionis in Amida sive Diarbekir, urbe Kurdistani turcici metropoli, in membrana exaratus characteribus strangelicis, initio ac fine, necnon hinc inde intus etiam, mutilus. Haec de illius aetate ad finem tomi mei secundi sua manu scribebat die 5a Maii anni 1882 Ill. Khayyath praelaudatus: « ex materia in ipso codice tractata, ex forma literarum et usu punctorum (signorum scilicet diacriticorum eorum tantum quae erant olim omnibus cujusque nominis et sectae Syris seu Aramaeis communia), ex collatione etiam seu comparatione facta cum aliis codicibus in eadem hac nostra ecclesia asservatis, videtur non esse antiquior saeculo septimo, neque octavo recentior. »

Qualis vero fuerit origo et quisnam sit valor historicus narrationum, quae supra recensentur, opportunius indagabitur et securius cum cetera adhuc non edita in lucem protulero.

Heic igitur pauca solummodo addenda sunt quae ad editionem Mar Kardaghi martyris propius attinent. Complectitur narratio tota paginas tomi mei alterius ultimas octoginta, ibique incipit verbis ܟܕ ܕܝܢ ܡܠܟܘ ܠܐܣܛܪܛܝܓܘ quae infra pagina 19 leguntur ; quae vero ante ista habentur ex alio codice sua manu descripta ad me misit Ill. Khayyath.

Variantes autem lectiones indicatae litera A a me desumptae fuerunt ex collectione alia *Actorum* Mossulae pariter descripta, quam per aliquot dies volvere licuit ; ast quae sub initio editionis conspiciuntur, notatae litera B, prolatae sunt ex manuscripto quod est penes Rev. D. Bedjan sacerdotem Perso-Chaldaeum in Belgio nostro commorantem, de literis aramaicis antiquis necnon neosyriacis, ut doctis omnibus notissimum est, apprime meritum.

Eas speciminis ergo collegit R. D. Van Hoonacker, S. T. D., professor Lovaniensis ; textum vero integrum e manuscripto meo in commodiorem typographi usum denuo transcripsit R. D. Van Lierde, in hujusmodi opere peritissimus ; uterque autem plagulas prelo egressas officiose una mecum correxerunt ; quibus propterea grates refero debitas, uti et R. P. Van Ortroy, S. J., quod edenda apud typographum curavit plurimum, ac summa narrationis capita in margine posita digessit ut inde Actorum Kardaghi brevis conspectus existeret, quem statim hic subjicimus.

Sanctus Mar Kardagh, praeclaris dotibus ornatus, ethnicus, in aula regis Per-

sarum pro suo merito exceptus, Assyriae praefectus est. Ibi, trementibus christianis, dum arcem exstruebat, in somnio monitus est de futuro suo martyrio.

Beatus autem Abdišu, a Deo jussus, ivit ad Ḳardaghum, cui divinam virtutem manifestavit et cultum ignis astrorumque coram exprobravit. Principis furorem intrepidus placat; falsae religionis eum insimulat convincitque. Propter quod in vincula conjicitur; sed miraculo ethnicos terret et noctu ab angelo Dei liberatur. Hinc satellitum stupor, principis tristitia atque animi conversio.

Visione sancti Abdišu stimulatus, ad eum proficiscitur; in itinere occurrentem satanam crucis signo fugat et martyris Sergii apparitione recreatur. Tandem conveniunt Abdišu et Ḳardagh, seceduntque in specum ubi, daemonum turma coarguta, pane caelitus delato reficiuntur et ab egregio sene anachoreta invisuntur.

Mox baptizatus, domum rediens, iterum satanam signo crucis in fugam vertit vitamque instituit austeram. Eleemosynarum largissimus invitis parentibus, pacificus, operam ponebat assiduam in succurrendo oppressis.

Tantam conversionem detestatus est eius pater, quin animum filii commoveret. Immo uxor sancti, harum liberalitatum impatiens, mira apparitione maritique reprehensione conticuit. Graeci autem et Arabes, audacia efferati, illius agrum depopulati sunt.

Tunc Ḳardagh, postquam superstites suos milites ad Christi fidem adduxerat, cum hostili agmine pacisci frustra conatus, ad nova praelia se accinxit aspersione sacra, voto atque precibus. Cumque hostes fudisset, captivos liberavit votumque Deo vero solvit. Hinc apud regem Saporem magorum et magnatum querelae.

Porro vir sanctus ad aulam accersitus et clam a rege invitatus ut dissimulet, frementibus inimicis comparet et christianum se esse profitetur. Quod rex doluit; eum a morte servare tentat, ita tamen ut poenam capitis in ejus pertinaciam edicat. Martyris constantia coram judicibus elucet. Caelesti visione roboratus, totam noctem oravit. Mane ab irato judice deductus est ad castellum suum, ubi moriendum sibi esset. Quo ut accessit, ceciderunt vincula ejus; ipse autem, ex castelli moenibus, paganorum copias profligavit.

Tunc ad insidias deventum est. Sed blandos oratores beatus devicit tum optimates et cognatos, tum magos, quorum unum sagitta confodit. Novae a rege struuntur fraudes; sed incassum. Fama proximi ejus martyrii gentes affluunt; interea detegit dolos patris sui atque uxoris. Verum apparitione sancti Stephani admonitus, lecta eius martyrii narratione, laetus arcem pandit. Irruunt turbae lapidantque beatum, quem pater ejus conficit.

Coronatus est anno 49 Saporis; atque mox ingenti populi concursu honoratus. Unde institutae sunt celebres nundinae et praepulchrum ei templum exstructum.

Ḳaradagh (turcice *montem nigrum* significans) vel potius Ḳardagh appellatio est quae viris christianis in ditione Assyriaca degentibus haud raro tributa reperitur. Ita a Thoma Margensi, saeculi IX ineuntis scriptore nestoriano, memoratur sub patriarcha Timotheo quidam illius nominis episcopus (Assemani *Bibl. Orient.* tom. III, p. I, 162); itemque alius Ḳardagh, Ardaširi mediante saeculo sexto episcopus, nominatur ab Ignatio Guidi, Z. D. M. G. 1889, p. 408; demum

cathedra pontificalis ecclesiae Arbelensis, apud Ḥazza in coenobio juxta Tigrim posita, erat a S. Ḳardagho jam antiquitus nuncupata (B. O. III, I, 208 ; cfr. G. Hoffmann, *Auszüge aus syrischen Akten persischer Märtyrer*, 238.)

De Ḳardagh autem nostro martyre Amrus apud *Bibl. Orient.* II, 400, " narrat: sub Barbašemino (patriarcha) Ḳardagum Beth-Garmae regulum ex gentilium secta ad christianam fidem conversum, pro ea sub Sapore sanguinem fudisse anno regni ejusdem Saporis quadragesimo nono. „ Haec cum *Actis* congruunt, in quibus tamen distinctius habetur qualis regulus fuerit Mar Ḳardagh: nempe a rege Persarum constitutus est *paṭahša* Assyriae, simulque *marzban* a flumine Tormara usque ad urbem Nisibin. Quippe persica denominatio *patakšah*, *patikšâ*, *pâdôkša* (a *pati* " supra „ et *kšayâmi* " imperium habere „) provinciae praefectum tempore Sassanidarum indicabat; atque *marzbân* (a *marz* " confinia „ et *bân* " magister „ idem significans quod nostratium *markgraaf)* eos provinciarum praefectos designabat qui ad regni limites imperium exercebant (1).

Nomina vero geographica editionis Ḳardaghi nostri aliqua in notis ad *Acta sancti Maris* (Bruxelles 1885) exposita fuerunt, de ceteris alibi tractabo; at operae pretium est animadvertisse flumen Tormara, de quo heic, esse Tamarra Arabum, quem et Dijala appellant. (Vide Hoffmann *op. cit.* 253).

Denique id praemonuisse juvat regem Persarum Saporem, Šabur, sub quo Mar Ḳardagh martyr occubuit, esse Saporem II qui per annos 70 regnavit, hujusque annum 49 esse reponendum anno aerae vulgaris 358.

(1) In his aliisque quae porro occurrunt nominibus persicis declarandis officiosissimum se mihi praestitit Ill. de Harlez, universitatis Lovaniensis professor.

De regimine regni Persarum cfr. Nöldeke, *Geschichte der Perser und Araber zur Zeit der Sasaniden, aus Tabari*, p. 445.

ܬܫܥܝܬܐ[1] ܕܢܨܚܢܘܗܝ

ܕܡܪܝ ܩܪܕܓ ܣܗܕܐ ܢܨܝܚܐ[2].

ܚܒܝܒܝ ܒܘܣܡܐ[3] ܐܝܬܝ ܠܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܬܫܥܝܬܐ ܕܣܗܕܘܗܝ ܘܩܕܝܫܘܗܝ[4] ܕܡܪܢ ܡܫܝܚܐ. ܘܬܘܪܣܝܐ ܐܝܬܝ ܪܘܚܢܝܐ[5] ܠܟܢܘܫܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܨܠܝܒܐ. ܘܗܕܪܐ ܐܝܬܝ ܠܬܘܩܦܗ ܪܒܐ[6] ܕܟܪܣܛܝܢܘܬܐ ܠܨܒܬܐ ܕܒܕܡܗ ܕܒܪ ܐܠܗܐ: ܘܥܘܬܪܐ ܐܝܬܝ ܫܡܝܢܐ ܠܟܠܗܘܢ ܕܪ̈ܐ ܕܡܥܠܝܢ ܠܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܒܡܘܠܕܐ ܪܘܚܢܝܐ ܕܡܥܡܘܕܝܘܬܐ. ܘܡܚܙܝܬܐ ܐܝܬܝ ܡܨܩܠܬܐ[7] ∴ ܕܒܗ ܚܝ̈ܪܝܢ ܦܪ̈ܘܫܐ ܠܫܘܦܪܗ ܠܐ ܡܬܡܠܠܢܐ ܕܡܫܝܚܐ. ܘܩܢ̈ܝܢܐ ܐܝܬܝ ܕܙܕܝܩܘܬܐ. ܠܒܢ̈ܝܗ ܕܥܕܬܐ ܕܩܪ̈ܝܢ ܠܡܠܟܘܬܐ ܫܡܝܢܝܬܐ. ܘܢܘܪܐ[8]

[1] B. *habet* ܥܠ ܚܝܠܐ ܐܠܗܝܐ ܡܫܒܚܐ ܒܚܕܐ ܫܠܝܚܐ ܠܬܫܥܝܬܐ ܕܐܝܠܝܢ ܕܡܪܝ ܩܪܕܓ ܐܝܟ ܗܕܐ ∴ ܕܡܢ ܐܬܪܐ ܐܬܘܪܝܐ ∴ ܘܒܟܠܡܣܐ ܢܘܗܪܢܝܐ. ܫܠܝܛ ܒܫܠܝܐ ܕܥܠ ܡܕܡ ܕܗܘ ܐܬܟܢܫ ܠܬܘܠܡܝܐ ∴ — [2] A. *add.* ܕܒܪܘܬ — [3] B. *hab.* ܚܒܝܒܝ ܘܬܪܝܨܐ — [4] B. ܕܣܗܕܘܗܝ ܘܩܕܝܫܐ — [5] B. ܪܘܚܢܐ — [6] B. ܠܬܘܩܦܗ ܪܘܚܢܝܐ — [7] B. ܡܨܩܠܬܐ — [8] B. ܘܢܘܗܪܐ

Historia victoriarum Mar Kardaghi inclyti martyris.

Cum martyrum historiae ad sancte vivendum incitent,

1. Dilecti mei, sanctae ecclesiae deliciae sunt historiae martyrum ac sanctorum Christi Domini nostri; sunt alimentum spirituale sanctis Crucis conventibus; sunt decus ad celsum christianismi ornamentum sanguine Filii Dei conspersi, sunt coelestes divitiae cunctis generationibus quae per spiritualem baptismi nativitatem sanctam ingrediuntur ecclesiam; sunt speculum expolitum in quo prudentes ineffabilem Christi pulchritudinem contemplantur; sunt praedia justitiae filiis ecclesiae ad regnum coeleste invitatis, atque ignis

ܕܚܘܒܗ ܕܡܫܝܚܐ ܡܫܘܚܠ ܒܢܦ̈ܫܬܐ ܕܡܗܝ̈ܡܢܐ. ܘܐܝܢܐ ܕܪܓܝܓ ܠܩܪܝܢܗܝܢ[1] ܘܠܚܘ̈ܢܐ ܐܡܝ̈ܢܐ ܕܥܡܗܝܢ: ܒܪܐ ܗ̣ܘ ܚܒܝܒܐ ܕܩܕ̈ܝܫܐ: ܗܢܐ ܕܡܬܡܠܠܝܢ ܫܘܦ̈ܪܝܗܘܢ ܕܒܐܠܗܐ ܀

ܒܪܡ[2] ܚܒܝ̈ܒܝ ܪܓܝܓ ܐܢܐ ܕܐܫܬܥܐ ܠܟܘܢ ܢܨ̈ܚܘܗܝ ܬܡܝ̈ܗܐ ܘܐܓܘ̈ܢܘܗܝ ܪ̈ܘܪܒܐ[3] ܕܐܬܠܝܛܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ: ܣܗܕܐ[4] ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܩܪܕܐܓ[5]. ܗ̇ܘ ܕܒܐܓܘ̈ܢܐ ܪ̈ܘܪܒܐ ܕܣܗܕܘܬܗ ܬܗܪܝܢ ܡܠܐ̈ܟܐ ܘܐܬܕܡ̈ܪܘ ܒܢ̈ܝܢܫܐ.

ܗܘ ܗܟܝܠ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܩܪܕܐܓ[6] ܐܝܬܘܗܝ ܗ̄ܘܐ ܡܢ ܓܢܣܐ ܪܒܐ. ܘܡܢ ܫܪܒܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܐܬܘܪ̈ܝܐ. ܘܐܒܘܗܝ ܡܬܝܠܕ ܗܘܐ ܡܢ ܫܪܒܬܐ ܡܫܒܚܬܐ[7] ܕܒܝܬ ܢܡܪܘܕ. ܘܐܡܗ ܡܢ ܫܪܒܬܐ ܡܫܒܚܬܐ[8] ܕܒܝܬ ܣܢܚܪܝܒ. ܘܡܢ ܐܒ̈ܗܐ ܚܢ̈ܦܐ ܘܦܓܪ̈ܢܐ ܕܡܓܘܫܘܬܐ[9] ܐܬܝܠܕ. ܐܒܘܗܝ ܓܝܪ ܓܒܪܐ ܗ̣ܘܐ

[1] B. ܠܩܪܝܢܗܘܢ — [2] B. ܘܒܪܡ — [3] B. ܢܨ̈ܚܘܗܝ ܪ̈ܘܪܒܐ ܘܐܓܘ̈ܢܘܗܝ ܬܡܝ̈ܗܐ — [4] B. ܣܗܕܐ — [5 et 6] B. ܩܪܕܓ — [7 et 8] B. *om.* — [9] B. ܘܦܓܪ̈ܢܐ ܒܦܠܚܘܬܐ ܕܡܓܘܫܘܬܐ

amoris Christi in animabus fidelibus accensus. Quicumque vero earum lectione ac jugi cum iis familiaritate delectatur, fit filius dilectus sanctorum, per quem praedicantur pulchritudines eorum divinae.

enarrare juvat certamina sancti Mar Kardaghi.

2. Itaque, dilecti mei, equidem cupio vobis enarrare miros triumphos agonesque ingentes athletae justitiae, martyris sancti Mar Kardaghi, quem ob magna certamina martyrii mirantur angeli et stupent homines.

Qui, praeclaris dotibus ornatus,

3. Hic igitur sanctus Mar Kardagh erat magni generis et e regia Assyriorum stirpe ; nam pater ejus ortus erat illustri familia Nemrod, mater vero illustri familia Sennacherib ; atque parentibus natus est ethnicis et paganis magiae deditis, siquidem ejus pater vir erat

ܢܕܝܒܐ ܒܡܠܟܘܬܐ[1]. ܘܡܫܡܗܐ ܒܡܓܘ̈ܫܐ. ܠܓܘܫܢܘܝ ܫܡܗ. ܗܘ ܕܝܢ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܩܪܕܐܓ ܫܦܝܪ ܗܘܐ ܒܚܙܘܗ. ܘܪܡ ܗܘܐ ܒܩܘܡܬܗ. ܘܚܣܝܢ[2] ܒܦܓܪܗ. ܘܢܦܫܐ[3] ܡܗܝܪܬ[4] ܒܩܪ̈ܒܐ ܩܢܐ ܗܘܐ. ܘܒܛܥܝܘܬܐ ܕܚܢܦܘܬܐ ܛܒܐܝܬ ܐܚܝܕ ܗܘܐ. ܘܒܦܘܠܚܢܗ ܡܬܩܠܣ ܗܘܐ ܒܟܠܗ ܦܢܝܬܐ ܕܦܪ̈ܣܝܐ.

ܘܟܕ ܐܬܘܗܝ ܗܘܐ ܐܝܟ ܫ̈ܢܝܢ ܥܣܪܝܢ ܘܚܡܫ. ܐܫܬܡܥ ܛܒܗ ܘܓܢܒܪܘܬܗ ܠܫܒܘܪ ܡܠܟܐ ܕܦܪ̈ܣܝܐ. ܘܫܕܪ ܒܬܪܗ، ܠܬܪܥܗ ܒܐܝܩܪܐ ܪܒܐ. ܘܟܕ ܦܩܕ ܘܥܠ ܩܕܡܘܗܝ،[5] ܘܚܙܐ ܠܫܘܦܪܐ ܕܚܙܘܗ ܘܠܚܝܠܬܢܘܬܐ ܕܦܓܪܗ. ܚܕܝ، ܒܗ ܝܬܝܪܐܝܬ. ܘܦܩܕ ܠܗ ܕܒܐܣܦܛܝܘܣ ܩܕܡ ܪ̈ܘܪܒܢܐ[6] ܢܬܚܒܐ[7]. ܘܢܫܕܐ ܓܐܪܐ ܠܢܝܫܐ ܙܥܘܪܐ ܕܩܒܝܥ ܒܪܝܫ ܩܝܣܐ ܪܡܐ. ܘܐܝܬܝܘ ܩܫܬܐ ܘܓܐܪ̈ܐ ܚܡܫܐ ܡܢ[8] ܒܝܬ ܙܝܢܐ ܕܡܠܟܐ. ܟܕ[9] ܫܕܐ ܓܐܪ̈ܐ ܚܡܫܐ

[1] B. *om.* — [2] B. *add.* ܗܘܐ — [3] B. *om.* — [4] B. ܡܗܝܪܘܬܐ — [5] B. ܠܩܕܡܘܗܝ، — [6] B. *add.* ܕܡܠܟܘܬܐ ܟܠܗܘܢ — [7] B. *om. et pergit* ܢܫܕܐ — [8] B. *om.* — [9] B. ܟܕ ܕܝܢ

nobilis in regno et inter magos illustris, nomine Gušnawi. Porro sanctus Mar Kardagh erat pulcher aspectu, statura erectus, et corpore validus, atque animum habebat peritum proeliorum; errore autem ethnicismi vehementer tenebatur, atque ob ejus cultum per totam celebrabatur regionem Persarum.

ethnicus,

4. Jam ubi annos attigit circiter viginti quinque, fama ejus atque fortitudo perlata est ad Šabur regem Persarum, isque misit illumque ad aulam suam cum magno honore accersivit. Cumque eo jubente ingressus esset coram eo et vidisset *rex* pulchritudinem aspectus illius ac corporis virtutem, valde laetatus est de eo, et jussit illi ut in palaestra coram magnatibus luderet, jaceretque sagittam in scopum parvum in summitate alti ligni fixum. Allata sunt ergo arcus et sagittae quinque ex armamentario regis, cumque quinque

in aula regis Persarum pro suo merito exceptus,

ܒܢܝܫܐ[1] : ܘܟܠܗܘܢ[1] ܒܚܕܐ ܕܘܟܬܐ ܐܬܩܒܥܘ. ܘܐܫܬܒܚ ܡܢ ܡܠܟܐ ܘܪܘܪܒܢܘܗܝ,[2] (ܘܠܝܘܡܐ ܐܚܪܢܐ ܦܩܕ ܠܗ ܡܠܟܐ ܕܢܐܬܐ ܠܐܣܦܪܝܣ. ܘܢܫܬܥܐ ܥܡܗ ܒܐܣܦܪܝܣܐ[3] ܥܡ ܫܪܟܐ ܕܪܘܪܒܢܘܗܝ.)[4] ܘܬܗܪܘ ܒܗ ܡܠܟܐ ܘܪܘܪܒܢܘܗܝ,

ܘܠܝܘܡܐ ܕܬܠܬܐ ܢܦܩ ܗܘܐ ܡܠܟܐ ܠܨܝܕܐ ܒܡܐܐ ܘܐܪܒܥܝܢ ܦܪ̈ܫܝܢ[5]. ܘܦܩܕ ܠܗ ܕܢܪܟܒ ܥܠ ܣܘܣܝܐ ܕܡܠܟܐ[6]. ܘܒܪܝܫܐ ܕܡ̈ܐܢܝ ܙܝܢܐ[7] ܢܗܠܟ ܩܕܡܘܗܝ,[8]. ܘܟܕ ܩܪܝܒܝܢ ܠܡܥܠ ܠܚܘܫܐ[9]. ܚܙܘ ܩܕܡܝܗܘܢ ܚܕܐ ܐܝܠܬܐ ܕܪܗܛܐ ܥܡ ܒܪܗ̇[10]. ܘܩܥܐ ܡܠܟܐ ܡܚܕܐ ܟܕ ܐܡܪ. ܐܪܡܝ ܐܝܕܟ ܒܩܫܬܐ ܩܪܕܐܓ[11]. ܗܘ ܕܝܢ ܡܣܪܗܒܐܝܬ. ܢܣܒ ܓܐܪܐ ܚܕ[12] ܘܣܡ ܘܡܬܚ ܒܚܝܠܐ.

[1] B. ܘܟܠܗܘܢ ܒܢܝܫܐ — [2] B. ܘܡܢ ܟܠܗܘܢ ܪܘܪܒܢܘܗܝ — [3] B. ܒܐܣܦܪܝܣܐ — [4] *parenthesin habent* A *et* B. *Dein* B. ܗܘ ܕܟܕ ܬܘܒ : ܬܐܪܘܒܐܝܬ ܘܪܗܛ ܒܗ ... — [5] B. ܒܡܐܐ ܪܘܪܒܢܝܢ ܘܒܬܠܬܡܐܐ ܦܪ̈ܫܝܢ — [6] B. ܕܚܡܗ ܢܦܩ ܒܣܘܣܝܐ ܕܡܢ ܐܘܪ̈ܘܬܗ ܕܡܠܟܐ — [7] B. *add.* ܕܡܠܟܐ — [8] B. *om.* — [9] B. *add.* ܚܕ — [10] B. ܠܚܕܐ ܚܕ. ܗܐ ܐܝܠܬܐ ܚܕܐ ܥܒܪܬ ܩܕܡܝܗܘܢ ܟܕ ܪܗܛܐ ܥܡܗ̇ ܒܪܗ̇ — [11] B. *add.* ܚܠܝܨܐ ܫܠܝܛܐܝܬ ܘܡܫܘܚܐ ܒܩܪ̈ܒܐ — [12] B. *om.*

sagittas emisisset in scopum quae omnes in eodem loco fixae sunt, applausum accepit a rege et magnatibus, (et postridie jussit illi rex ut adiret palaestram seseque una cum reliquis magnatibus exerceret in pila) eumque rex et magnates demirati sunt.

5. Tertia autem die exiit rex ad venationem cum centum et quadraginta equitibus, illique jussit ut equum regis ascenderet ac in capite armigerorum incederet coram ipso; cum autem jam prope ad ingressum saltus venissent, viderunt ante se cervam quamdam una cum hinnuleo suo currentem; atque illico rex clamavit dicens: *admove manum tuam ad arcum Kardagh!* Is ergo velociter cepit sagittam unam, imposuit, et vi tetendit, eaque unica sagitta dejecit

ܘܟܢܫ ܠܟܐܪܐ ܐܘܡܪ ܠܐܝܠܬܐ ܘܠܒܪܗ̇. ܗܝܕܝܢ ܡܠܟܐ ܩܥܐ ܒܩܠܐ ܪܡܐ ܘܐܡܪ. ܚܝ ܩܪܕܐܓ. ܚܝ ܘܚܕܝ ܒܛܠܝܘܬܟ ܘܠܢ ܚܕܐ ܒܢܨܚܢܝܟ. ܘܡܚܕܐ ܕܗܦܟ[1] ܡܠܟܐ ܡܢ ܨܝܕܐ. ܦܩܕ ܘܝܗܒܘ[2] ܠܗ ܡܘܗܒܬܐ ܪܘܪܒܬܐ. ܘܥܒܕܗ ܦܛܚܫܐ ܕܐܬܘܪ ܘܐܩܝܡܗ ܡܪܙܒܢܐ ܡܢ ܢܗܪܐ ܬܘܪܡܪܐ ܘܥܕܡܐ ܠܢܨܝܒܝܢ ܡܕܝܢܬܐ. ܘܫܕܪܗ ܒܙܘܚܐ. ܟܕ ܫܕܪ ܥܡܗ ܡܘܗܒܬܐ ܪܘܪܒܬܐ ܘܐܝܩܪܐ ܐܦ ܠܐܒܘܗܝ.

ܟܕ ܕܝܢ ܩܪܒ ܠܐܬܪܘܬܐ ܕܫܘܠܛܢܗ ܛܒ ܐܬܬܙܝܥ ܡܛܠܬܗ ܥܡܐ ܕܟܪ̈ܣܛܝܢܐ. ܕܝܕܥܝܢ ܗܘܘ ܓܝܪ ܠܛܢܢܗ ܠܐ ܡܫܟܚܢܐ ܕܠܘܬ ܛܢܢܘܬܐ ܕܡܓܘܫܘܬܐ ܘܛܥܝܘܬܐ ܪܒܬܐ ܡܬܩܪܒܐ ܗܘܬ ܡܛܠ ܐܠܗܐ ܡܛܠܬܗ ܒܟܠܗ̇ ܥܕܬܐ. ܕܗܘ ܐܝܟ[3] ܡܨܐ ܚܝܠ ܟܠ. ܢܥܨܐ[4] ܠܚܐܦܗ ܘܠܐ ܢܫܒܩܝܘܗܝ ܕܢܙܝܚ ܪܕܘܦܝܐ ܥܠ ܟܪ̈ܣܛܝܢܐ. ܛܒ ܓܝܪ ܪܕܝܦܝܢ ܗܘܘ ܒܡܠܟܘܬܗ ܕܫܒܘܪ ܨܗܝܐ ܠܕܡܐ ܕܩܕ̈ܝܫܐ. ܟܕ ܕܝܢ ܟܠ

[1] *pro* ܗܦܟ B. *hab.* ܟܕ — [2] B. ܝܗܒܘ — [3] B. *om.* — [4] B. ܢܥܨܝܘܗܝ

cervam ejusque hinnuleum. Tum rex alta voce clamavit dicens: *vivas, Kardagh, vivas tuaque juventa gaude, nosque tuis triumphis exhilara!* Porro statim cum a venatu rediisset rex, jussit illi dare magna munera eumque fecit " patahša " Assyriae et constituit eum " marzban " a flumine Tormara usque ad urbem Nisibin, atque dimisit eum cum pompa, una illi committens ingentia munera et honores patri ejus.

Assyriae praefectus est.

6. Eo autem appropinquante ad regiones ditionis suae, valde propter eum conturbatus est populus christianorum, quippe qui nossent zelum immensum quo magiae errorem fovebat, ideoque illius causa fervens oratio fuit per universam ecclesiam Deo oblata, ut ipse, utpote omnipotens, exstingueret ejus impetum nec sineret eum persecutionem movere adversus christianos; valde enim persecutioni obnoxii erant in regno Šabur sanguinem sanctorum sitientis. Quando

Ibi, trementibus Christianis,

ܠܒܝܬܗ ܕܒܐܪܒܝܠ [1] ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܬܘܪ̈ܝܐ ܥܒܕ ܐܕܐ ܪܒܐ
ܠܐܠܗ̈ܐ ܕܚܢ̈ܦܐ ܚܒܪ ܗܘܐ. ܘܠܡܓܘܫܘܬܐ [2] ܝܬܝܪ ܝܩܪ.
ܘܠܒܝܬ ܢܘܪ̈ܘܬܐ ܡܘܗ̈ܒܬܐ ܦܠ̈ܚܬܐ ܣܡ.

ܘܒܬܪ ܝܘܡ̈ܬܐ ܩܠܝܠ ܫܪܝ, ܕܢܒܢܐ ܚܣܢܐ ܘܒܝܬܐ ܒܚܕ
ܬܠܐ ܚܕ ܕܡܬܩܪܐ ܡܠܟܝ. ܘܒܫܢ̈ܝܐ ܬܪ̈ܬܝܢ ܒܢܐ ܘܫܟܠܠ
ܚܣܢܐ ܚܣܝܢܐ. ܘܒܝܬܐ ܫܦܝܪܐ. ܘܠܬܚܬ ܡܢ ܬܠܐ
ܒܢܐ ܒܝܬ ܢܘܪ̈ܬܐ [3]. ܒܢܦ̈ܩܬܐ ܪ̈ܘܪܒܬܐ [4]. ܘܐܩܝܡ
ܒܗ ܡܓܘ̈ܫܐ ܠܬܫܡܫܬܐ ܕܢܘܪܐ. ܟܕ ܕܝܢ ܒܢܐ ܗܘܐ
ܚܣܢܐ ܗܘ. ܚܙܐ ܡܢ ܠܠ̈ܝܬܐ ܚܕ ܐܬܘܗܝ, ܗܘܐ
ܒܚܠܡܐ. ܚܙܐ ܒܚܠܡܗ ܓܒܪܐ ܚܕ ܥܠܝܡܐ ܦܪܫܐ ܚܕ
ܠܒܝܫ ܘܡܣܝܢ ܙܝܢܗ. ܘܪܟܝܒ ܥܠ ܣܘܣܝܐ ܘܩܐܡ ܠܥܠ
ܡܢܗ. ܘܕܩܪܗ ܒܓܒܗ ܒܥܩܒܐ ܕܪܘܡܚܗ ܘܐܡܪ ܠܗ:
ܩܪܕܓ. ܘܐܡܪ: ܗܐ ܐܢܐ. ܘܐܡ̣ܪ ܠܗ ܡܕܥ ܬܕܥ.
ܕܩܕܡ ܚܣܢܐ ܗܢܐ ܐܝܬ ܠܟ ܕܬܬܢܣܒ ܒܣܗܕܘܬܐ ܕܫܠܡ
ܡܫܝܚܐ. ܘܦܢܝ ܩܪܕܓ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܘܐܢܬ ܡܢ ܐܢܬ ܕܗܠܝܢ

[1] B. ܠܐܪܒܝܠ ܒܠ — [2] B. ܠܡܓܘ̈ܫܐ — [3] B. ܒܝܬ ܢܘܪܐ — [4] B. ܦܓ̈ܡܬܐ

autem pervenit ad domum suam in Arbil Assyriorum urbe, magnum festum diis ethnicorum celebravit, magiam maxime veneratus est atque pyreo munera dedit.

dum arcem exstruebat,

7. Paucis post diebus coepit aedificare arcem et domum in loco quodam edito qui vocatur Melki, atque duorum annorum spatio arcem validam exstruxit perfecitque, uti et domum speciosam ; atque infra collem erexit pyreum magnis expensis, et in eo magos ad cultum ignis instituit. Jam vero dum in aedificanda arce ista occupabatur, nocte quadam dormiens vidit in somnio virum quemdam juvenem equitem, vestitum et accinctum armatura ejus, vectum equo et stantem supra ipsum, qui percussit ipsum in latere extremitate hastae, et dixit : *Kardagh.* Qui respondit : *en ego.* Et ille : *scia stibi ante hanc arcem esse moriendum in testimonium pro Christo.* Respondit illi Kardagh : *Et tu quis es qui talia mihi ominaris ?* Beatus

in somnio monitus est de futuro suo martyrio.

ܡܚܫܒ ܐܢܬ ܠܝ ܀ ܛܘܒܢܐ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗ ܐܢܐ ܐܢܐ
ܣܪܓܝܣ ܥܒܕܗ ܕܡܫܝܚܐ . ܠܐ ܡܢܚܫܘ ܡܢܚܫ ܐܢܐ
ܠܟ ܐܝܟ ܕܐܢܬ ܣܒܪ ܐܢܬ . ܐܠܐ ܗܝ ܕܥܬܝܕܐ
ܕܡܛܬ ܐܘܕܥܬܟ . ܐܝܟ ܕܡܫܝܚܐ ܡܪܝ ܐܘܕܥܢ .
ܟܕ ܕܝܢ ܐܬܬܥܝܪ ܩܪܕܓ ܡܢ ܫܢܬܗ ܕܚܠ ܕܚܠܬܐ
ܪܒܬܐ ܘܐܫܬܥܝܗ ܠܚܠܡܐ ܩܕܡ ܐܡܗ ܒܝܬܝܐܝܬ .
ܐܡܪܐ[1] ܠܗ ܐܡܗ . ܗܘܝܬ ܝܕܥ ܒܪܝ ܀ ܠܐ ܬܒܥܠ
ܠܥܡܐ[2] ܕܟܪ̈ܣܛܝܢܐ . ܡܛܠ ܕܫܪܝܪܐ ܠܝ ܕܠܚܕ ܐܠܗܐ
ܦܠܚܝܢ . ܘܐܠܗܗܘܢ ܚܘܝ ܠܟ ܚܠܡܐ ܗܢܐ . ܗܘ ܕܝܢ
ܠܐ ܐܢܬܝ ܚܠ ܒܠܗ .

ܓܒܪܐ ܕܝܢ ܚܕ ܛܘܒܢܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܥܒܕܝܫܘܥ ܫܡܗ
ܗܘܐ . ܒܡܥܪܬܐ[3] ܕܛܘܪܐ ܕܒܝܬ ܒܓܫ . ܘܓܒܪܐ ܗܘܐ ܪܒܐ
ܒܕܘܒܪܘܗܝ . ܘܒܓܠܝܢܐ ܐܠܗܝ̈ܐ ܡܬܒܣܡ ܗܘܐ . ܘܡܪܝܐ
ܐܡܪ ܠܗ ܒܚܙܘܐ . ܩܘܡ ܚܘܬ ܘܐܬܚܘܝ ܠܩܪܕܓ

[1] B. ܐܡܪܬ — [2] B. ܠܐ ܠܟ ܒܪܝ، ܥܡ ܥܡܐ — [3] A. ܘܒܡܥܪ
ܗܘܐ ܒܡܥܪܬܐ

autem dixit illi : *Ego sum Sergius servus Christi ; non ominando ominor tibi, quemadmodum opinaris ; verum quod futurum est tibi praenuntio sicut Christus dominus meus mihi significavit.*

8. Cum autem evigilasset Kardagh a somno suo, timuit timore magno, somniumque narravit domi coram matre sua privatim. Eique dixit mater ejus : *Hoc noveris, fili mi, non esse aliquid tentandum adversus populum christianorum, nam compertum mihi est unum Deum ab eis coli, atque Deus eorum ostendit tibi istud somnium.* Ille autem minime curavit.

9. Vir quidam beatus erat, Abdišu nomine, in specu montis Beth Bagaš ; vir erat moribus suis insignis ac revelationibus divinis gaudens, cui Dominus dixit in visu : *Surge, descende et ostende te Kardagho marzbano ; nam eum per te capturus sum in meum famu-*

Beatus autem Abdišu, a Deo jussus,

ܡܙܒܢܐ. ܡܛܠ ܕܒܐܝ̈ܕܝܟ ܥܬܝܕ ܐܬܐ ܠܗ ܠܗܝܡܢܘܬܐ. ܣܓܝ ܓܝܪ ܐܬܐ ܠܗ ܕܢܚܫ ܡܛܠ ܫܡܝ. ܩܡ ܕܝܢ ܛܘܒܢܐ ܥܒܕܝܫܘܥ ܘܢܣܒ ܚܘܛܪܗ ܒܐܝܕܗ ܘܛܥܢ ܒܬܪܡܠܐ ܙܥܘܪܬܐ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ. ܘܢܚܬ ܐܝܟ ܕܐܬܦܩܕ ܠܗ.

ܘܒܚܕ ܡܢ ܝܘܡ̈ܬܐ. ܟܕ ܢܦܩ ܗܘܐ ܩܪܕܓ ܠܐܣܛܕܝܘܢ ܠܡܬܕܪܫܘ ܒܐܣܦܝܪܐ: ܗܐ ܩܕܝܫܐ ܥܒܕܝܫܘܥ ܐܪܥ ܒܗ. ܘܦܣܩ ܐܘܪܚܐ ܩܕܡܘܗܝ ܘܥܒܪ. ܗܘ ܕܝܢ ܟܕ ܚܙܗ ܕܥܒܪ ܩܕܡܘܗܝ. ܐܬܚܡܬ ܛܒ. ܘܐܡܪ ܠܕܐܬܝܢ ܥܡܗ. ܦܓܥܐ ܗܘ ܒܝܫܐ ܗܢܐ ܓܒܪܐ. ܘܦܩܕ ܠܩ̈ܠܝܣܐ ܬܪܝܢ: ܕܢܡܚܘܢܝܗܝ ܠܩܕܝܫܐ ܥܠ ܐܦ̈ܘܗܝ. ܘܟܕ ܡ̈ܚܘܗܝ ܡܪܝܪܐܝܬ: ܦܩܕ ܕܢܬܢܛܪ ܥܕ ܦܣܩ ܡܛܠܬܗ ܡܕܡ ܕܘܐܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܩܪܕܓ ܡܚܕܐ ܠܒܝܬܗ ܗܦܟ. ܘܟܕ ܩܠܝܠ ܦܫ: ܬܘܒ ܪܟܒ ܣܘܣܝܐ ܕܢܐܙܠ ܠܐܣܛܕܝܘܢ. ܩܕܝܫܐ ܕܝܢ ܥܒܕܝܫܘܥ ܪܬܚ ܒܛܢܢܐ ܕܐܠܗܐ. ܘܐܪܝܡ ܐܝܕܗ ܘܪܫܡ ܐܬܐ ܕܙܩܝܦܐ ܘܐܡܪ. ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ

latum, et multum ob nomen meum est ipsi patiendum. Surrexit ergo beatus Abdišu, et accepit baculum suum in manu atque in pera parva evangelium sanctum attulit, descenditque prout sibi jussum fuerat.

ivit ad Kardagh,

10. Die quadam cum egressus esset Kardagh in palaestram ad exercendum se in disco, ecce occurrit ei sanctus Abdišu, qui viam ante eum transgressus est et transiit. Ille vero videns quod ante ipsum transiisset vehementer iratus est, et dixit iis qui secum venerant : *Occursus malus est vir iste ;* jussitque duobus asseclis ut sanctum percuterent in facie; et cum eum percussissent acriter, jussit ut custodiretur donec de eo statueret quod aequum sit. Interim Kardagh domum reversus est, cumque (ibi) parumper mansisset, iterum equum ascendit ut palaestram peteret ; sanctus vero zelo Dei exarsit, extulit manum et signavit signum crucis, dicens : *Domine*

ܫܠܛܢܘܬܐ ܚܘܝܘܗܝ ܫܘܒܚܟ ܘܓܠܐ ܠܗ ܚܝܠܟ . ܘܢܕܥܟ
ܕܐܢܬ ܐܢܬ ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ ܘܠܝܬ ܐܚܪܝܢ ܠܒܪ ܡܢܟ :
ܐܝܟ ܕܚܘܝܬܢܝ ܒܚܙܘܐ .

ܟܕ ܕܝܢ ܡܛܘ ܠܐܣܛܕܝܘܢ : ܘܫܪܝܘ ܕܢܛܦܘܢ[1]
ܠܐܣܦܝܪܐ ܟܕ ܪܗܛܝܢ ܒܪ̈ܟܫܐ[2] : ܕܒܩܬ ܠܗ ܐܣܦܝܪܐ
ܒܐܪܥܐ : ܘܠܐ ܐܫܟܚܘ ܕܢܙܝܥܘܢܗ ܡܢ ܕܘܟܬܗ . ܘܡܚܕܐ
ܦܩܕ ܠܚܕ ܡܢ ܦܠܚ̈ܐ : ܕܢܚܘܬ ܢܣܒܗ ܠܐܣܦܝܪܐ ܒܐܝܕܗ .
ܘܠܪܘܚܩܐ ܢܫܕܝܘܗܝ[3] . ܘܟܕ ܢܣܒܗ ܡܢ ܐܪܥܐ ܘܒܚܝܠܐ
ܛܪܦܗ : ܩܕܡ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ܢܦܠܬ . ܘܟܠܗܘܢ ܦܠܚܘܗܝ
ܥܒܕܘ ܗܟܢܐ ܚܕ ܒܬܪ ܚܕ ܘܡܕܡ ܠܐ ܐܘܬܪܘ . ܗܝܕܝܢ
ܬܡܗܘ ܟܕ ܐܡܪܝܢ . ܕܫܪܝܪܐܝܬ ܗܢܐ ܓܒܪܐ ܕܦܓܥ ܒܢ
ܚܪܫܐ ܐܝܬܘܗܝ . ܘܗܘ ܒܚܪ̈ܫܘܗܝ ܐܣܪܗ ܠܐܣܦܝܪܢ
ܘܦܪܟܗ . ܠܡܫܘܚܬܢ[4] . ܥܢܐ ܕܝܢ ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܘܐܡܪ .
ܕܟܕ[5] ܡܛܝܒܝܢ ܗܘܝܢ ܠܡܪܟܒ[6] : ܐܢܐ ܚܙܝܬ ܠܓܒܪܐ

[1] A. ܕܢܛܘܦܘܢ — [2] A. ܒܪܟ̈ܫܐ — [3] A. om. ܘܠܪܘܚܩܐ ܢܫܕܝܘܗܝ — [4] A. om. — [5] A. ܟܕ — [6] A. ܠܡܪܟܒܐ

Deus omnipotens, ostende illi gloriam tuam, et revela ei virtutem tuam, ut cognoscat te esse Deum verum, nec alium esse praeter te, sicut ostendisti mihi in visu.

11. Cum autem pervenissent ad palaestram, et coepissent agitare pilam currentes in equis, adhaesit discus in terra, nec potuerunt eum a loco ejus removere. Statim ergo jussit uni e militibus ut descenderet ad accipiendam pilam manu sua, eamque in longinquum jaceret; quam cum ille accepisset de terra ac vi agitasset, ante pedes ejus cecidit; omnesque milites unus post alium idem fecerunt nec profecerunt quicquam. Tum obstupuerunt dicentes : *Vere vir iste qui occurrit nobis incantator est, qui incantamentis suis ligavit pilam nostram et ludum nostrum impedivit.* Respondit unus ex eis dicens : *Quando in eo eramus ut equos ascenderemus, ego vidi virum*

cui divinam virtutem manifestavit

ܗܘ ܕܐܪܝܡ ܐܝܕܗ ܝܡܝܢܐ ܀ ܘܥܒܕ ܕܡܘܬܐ ܠܨܠܝܒܐ ܕܟܪ̈ܣܛܝܢܐ . ܘܣܦܘ̈ܬܗ ܡܬܬܙܝܥܢ ܗܘ̈ܝ ܀ ܐܝܟ ܗܘ ܕܪܛܢ ܡܠܝܢ ܗܘܐ .

ܗܦܟ[1] ܡܪܙܒܢܐ ܘܥܠ ܠܒܝܬܗ ܀ ܟܕ ܬܡܝܗ[2] ܘܡܬܕܡܪ ܥܠ ܡܕܡ ܕܗܘܐ ܗܘ ܘܟܠܗܘܢ ܚܒܪ̈ܘܗܝ . ܘܡܚܕܐ ܕܝܬܒ ܀ ܦܩܕ ܘܐܥܠܘܗܝ[3] ܩܕܡܘܗܝ ܠܩܕܝܫܐ ܥܒܕܝܫܘܥ . ܘܫܐܠܗ ܒܚܬܝܬܐܝܬ ܘܐܡܪ ܠܗ . ܡܢ ܐܝܟܐ ܐܢܬ ܓܒܪܐ . ܘܡܢܘ ܥܒܕܟ . ܥܢܐ ܕܝܢ ܛܘܒܢܐ ܥܒܕܝܫܘܥ ܘܐܡܪ ܠܗ . ܐܝܟ ܕܫܡܥܬ ܠܝ ܡܢ ܐܒܗ̈ܝ ܀ ܡܢ ܚܙܐ ܩܪܝܬܐ ܕܐܬܪܐ ܕܐܬܘܪܝܐ[4] ܐܬܝܠܕܘܢ ܗܘܘ . ܘܡܛܠ ܕܟܪ̈ܣܛܝܢܐ ܐܝܬܝܗܘܢ[5] ܗܘܘ . ܐܬܛܪܕܘ ܡܢ ܚܢܦ̈ܐ ܛܥܝ̈ܐ . ܘܐܬܘ ܥܡܪܘ ܒܬܡܢܘܢ ܩܪܝܬܐ ܕܐܬܪܐ ܕܩܪܕܘ̈ܝܐ . ܠܝ ܕܝܢ ܕܘܟܬܐ ܡܬܝܕܥܬܐ ܘܡܥܡܪܬ

[1] A. ܘܗܦܟ . ܡܠܝܢ — [2] A. ܬܡܝܗܘ — [3] A. ܦܩܕ ܘܐܥܠܘܗܝ —
[4] A. ܡܢ ܩܪܝܬܐ ܕܒܝܬ ܐܬܘܪܝܐ — [5] A. ܗܘܘ . ܘܟܪ̈ܣܛܝܢܐ ܡܬܛܪܕܝܢ

istum qui levabat manum suam dexteram et faciebat similitudinem crucis christianorum, et movebantur labia sua ad instar mussitantis aliquid.

et cultum ignis astrorumque coram exprobravit.

12. Tum reversus est marzban et ingressus est domum suam stupens et admirans de eo quod contigerat, sicut et omnes socii sui. Statim vero ac resedisset, jussit introduci coram se sanctum Abdišu, huncque acriter interrogavit, dicens : *Undenam es tu, homo, et quodnam opus tuum ?* Respondit autem beatus Abdišu et dixit : *Sicut mihi relatum est a parentibus meis, ex Haza, pago regionis Assyriorum oriundi erant ; sed quia christiani erant, expulsi sunt ab ethnicis errore infectis, veneruntque ut domicilium figerent in Tamanun pago regionis Kurdorum. Me quod attinet, certum locum aut domicilium determinatum non habeo, quia audivi de Christo domino meo, qui*

ܡܫܡܫܢܐ ܦܪܘܩܐ [1] ܠܝܬ ܠܗ. ܡܛܠ ܕܡܫܡܫ ܡܢ ܡܫܝܚܐ ܡܪܝ، ܗܘ ܕܐܬܐ ܘܦܪܩܢ ܒܡܘܬܗ ܩܕܝܫܐ ܀ ܕܠܝܬ ܗܘܐ [2] ܠܗ ܐܝܟܐ ܕܢܣܡܘܟ ܪܫܗ. ܟܕ ܠܓܡܪ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܘܥܠܝܐ [3] ܘܬܚܬܝܐ ܕܝܠܗ ܐܢܘܢ. ܘܗܘ ܐܚܝܕ ܘܡܕܒܪ ܘܢܛܪ ܠܗܘܢ. ܕܝܠܝ ܕܝܢ ܐܝܬܘܗܝ. ܕܒܠܐ ܫܠܝܐ ܐܪܝܡ ܬܫܒܘܚܬܐ ܘܐܬܠ ܬܘܕܝܬܐ ܠܐܠܗܐ ܥܒܘܕܢ ܘܡܕܒܪܢܢ ܀ ܗܘ ܕܒܪܢ ܒܨܠܡܗ ܘܩܪܢ ܒܕܡܘܬܗ ܀ [4] ܘܦܪܩܢ ܒܝܚܝܕܗ ܕܠܒܫ ܦܓܪܢ. ܘܝܗܒ ܠܢ ܝܕܥܬܐ ܘܣܘܟܠܐ ܀ ܕܠܐ ܢܣܒܪ ܐܠܗܐ ܠܒܪܝܬܐ. ܘܠܐ ܢܬܠ ܣܓܕܬܐ [5] ܕܠܗ ܠܒܠܚܘܕܘܗܝ، ܕܡܬܚܝܒܐ ܀ ܠܒܪ̈ܝܬܐ ܕܒܝܕܗ ܗܘܝ، ܘܐܝܬܝܗܝܢ ܀ ܐܝܟ ܕܐܢܬܘܢ ܚܢܦ̈ܐ ܛܥ̈ܝܐ.

ܘܟܕ [6] ܫܡܥ ܩܪܕܓ ܐܬܚܡܬ ܛܒ. ܘܦܩܕ ܕܢܡܚܘܢܝܗܝ، ܠܩܕܝܫܐ ܥܠ ܦܘܡܗ. ܟܕ ܕܝܢ ܛܘܒܢܐ ܥܒܕܝܫܘܥ ܡܬܢܓܕ [7] ܥܠܝܒ ܗܘܐ ܀ ܚܝܠܬܢܝܬ، ܒܫܡܝܐ [8] ܫܪܝ

[1] A. ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܒܚܘܒܐ ܡܫܡܫܢܐ ܦܪܘܩܐ — [2] A. *om.* — [3] A. ܘܥܠܝ̈ܐ — [4] A. ܠܗܘܢ. ܘܒܠܐ ܫܠܝܐ ܡܫܡܫܝܢ ܠܗ ܬܫܒܘܚܬܐ ܘܬܘܕܝܬܐ ܠܐܠܗܐ ܥܒܘܕܢ. ܗܘ ܕܒܪܢ ܒܨܠܡܗ ܘܒܕܡܘܬܗ... — [5] A. *add.* ܠܒܪ̈ܝܬܐ — [6] A. ܟܕ — [7] A. *om.* — [8] A. *om.*

venit et redemit nos morte sua sancta, eum non habuisse ubi caput suum reclinaret, quamquam omnino caelum et terra, superiora et inferiora illius sint, quae quidem ipse tenet, gubernat et conservat. Opus autem meum est ut sine intermissione exaltem gloriam et reddam laudem Deo factori nostro et moderatori nostro, qui creavit nos ad imaginem suam et vocavit nos in similitudinem suam, et redemit nos per Unigenitum suum qui corpus nostrum induit, et dedit nobis scientiam et intelligentiam ut non putemus creaturas esse deos, neque adorationem tribuamus, ipsi soli debitam, creaturis quae per ipsum factae sunt et existunt, prout vos (facitis) ethnici errantes.

14. Quae ut audivit Kardagh, iratus est valde, et jussit ut sanctum in ore percuterent. Cum autem beatus Abdišu acriter vapu-

Principis furorem intrepidus

ܗܘ̈ܝ. ܘܡܛܫܝܐܝܬ ܠܐܠܗܐ ܡܨܠܐ ܗܘܐ: ܕܢܫܠܡܝܘܗܝ ܒܥܒܕܐ ܗܿܘ ܕܐܡܪ[1] ܠܗ ܒܓܠܝܢܐ. ܘܐܡܪ ܠܗ ܩܪܕܓ ܒܚܡܬܐ. ܠܡܢܐ ܩܪܐ ܐܢܬ ܠܢ ܣܓܘ̈ܕܝ ܠܒܪ̈ܝܬܐ ܐܘ ܣܒܐ[2] ܣܟܠܐ.

ܛܘܒܢܐ ܕܝܢ ܥܒܕܝܫܘܥ ܫܬܩ ܘܠܐ ܦܢܐ ܠܗ ܦܬܓܡܐ. ܘܐܡܪ ܠܗ ܩܪܕܓ. ܠܐ ܡܦܢܐ ܐܢܬ ܠܝ ܦܬܓܡܐ. ܠܐ ܝܕܥ ܐܢܬ ܕܥܠ ܡܘܬܟ ܘܥܠ ܚܝ̈ܝܟ ܫܠܝܛ ܐܢܐ: ܛܘܒܢܐ ܕܝܢ ܥܒܕܝܫܘܥ ܐܡܪ ܠܗ: ܣܒܪ ܐܢܐ ܡܪܝ ܕܗܘ ܕܥܠ ܦܘܡܗ ܡܚܝܢ ܠܗ[3]: ܗܕܐ ܡܠܦܝܢ ܠܗ ܕܠܐ ܙܕܩ ܠܗ ܕܢܡܠܠ. ܘܡܛܠ[4] ܗܕܐ ܠܐ ܦܢܝܬ[5] ܦܬܓܡܐ ܠܪܒܘܬܟ[6]. ܗܿܝ ܕܝܢ ܕܐܡܪܬ ܕܥܠ ܡܘܬܝ ܘܥܠ ܚܝ̈ܝ ܫܠܝܛ ܐܢܬ ܠܐ ܫܪܝܪܐ. ܠܟ ܐܝܬ ܠܟ ܫܘܠܛܢܐ ܕܬܩܛܘܠ ܦܓܪܐ. ܘܗܕܐ ܠܐ ܡܘܬܐ ܚܫܝܒ ܠܢ[7] ܠܥܒ̈ܕܘܗܝ ܕܡܫܝܚܐ ܘܠܣܓ̈ܘܕܘܗܝ ܕܙܩܝܦܐ[8]: ܐܠܐ ܚܝ̈ܐ ܫܪܝܪ̈ܐ ܘܠܐ ܡܚܒܠ̈ܢܐ. ܥܠ

[1] A. ܡܕܡ ܕܐܬܐܡܪ — [2] A. *om.* — [3] A. ܕܗܘ ܕܡܚܝܢ ܠܗ ܥܠ ܦܘܡܗ — [4] A. ܡܛܠ — [5] A. *add.* ܠܟ — [6] A. *om.* — [7] A. ܚܫܝܒ ܠܗ — [8] A. *om.* ܘܠܣܓܘܕ ... ܥܠ ...

laret, oculi ejus in caelum intenti erant et secreto Deum orabat ut opere perficeret quod per revelationem significaverat ipsi. Et dixit illi Kardagh tono acerbo : *Quare vocas nos adoratores creaturarum, o senex insipiens ?*

15. Beatus autem Abdišu siluit et non respondit illi verbum; et dixit illi Kardagh : *Non respondes mihi verbum ; nonne scis me necis ac vitae in te habere potestatem ?* Beatus autem Abdišu dixit illi : *Puto, domine, quod si quem in ore percutiant, id eum docent ipsum loqui minime decere, ac propterea non respondi verbum majestati tuae. Quod autem ais mortis et vitae te habere in me potestatem, verum non est ; est tibi potestas occidendi corpus, et hoc non reputatur mors a nobis Christi famulis et adoratoribus crucis, sed (potius) vita vera et*

ܢܦܫܝ ܕܝܢ ܘܥܠ ܚܝܝ ܕܒܡܫܝܚܐ : ܐܦ ܠܐ ܚܕ ܫܘܠܛܢܐ
ܐܝܬ ܠܟ . ܘܠܢ ܡܪܢ ܠܒܒ ܘܦܩܕ : ܒܣܒܪܬܗ ܟܕ ܐܡܪ .
ܠܐ ܬܕܚܠܘܢ ܡܢ ܐܝܠܝܢ ܕܩܛܠܝܢ ܦܓܪܐ : ܢܦܫܐ ܕܝܢ
ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܠܡܩܛܠ : ܕܚܠܘ[1] ܕܝܢ ܡܢܝ : ܕܡܫܟܚܢܐ
ܐܦܐ ܕܠܢܦܫܐ ܘܠܦܓܪܐ ܐܘܒܕ ܒܓܗܢܐ . ܒܪܡ ܐܢ[2]
ܨܒܐ ܐܢܬ ܕܐܡܠܠ ܥܡܟ : ܐܢܝܚ ܪܘܓܙܟ ܘܦܝܣ ܢܦܫܟ .
ܘܗܒ ܠܝ ܡܫܡܥܘܬܟ ܒܡܫܝܢܐܝܬ . ܘܦܩܘܕ ܕܠܐ ܬܘܒ
ܢܚܡܘܢܢܝ .

ܗܝܕܝܢ ܝܡܐ ܠܗ ܩܪܕܓ ܟܕ ܐܡܪ . ܕܡܠܠ ܡܕܡ ܕܨܒܐ
ܐܢܬ : ܘܬܘܒ ܠܝܬ ܕܢܡܚܝܟ ܠܟ . ܩܕܝܫܐ ܕܝܢ ܥܒܕܝܫܘܥ
ܥܢܐ ܘܐܡܪ ܠܗ . ܡܘܕܐ ܐܢܬ ܠܗܕܐ ܕܟܠ ܕܐܝܬܘܬܐ ܗܘ
ܘܠܐ ܗܘܐ ܥܒܝܕܐ ܗܘ : ܗ̈ܘܝܘ ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ : ܐܡܪ
ܠܗ ܡܪܙܒܢܐ . ܐܝܢ ܡܘܕܐ ܐܢܐ . ܐܡܪ ܠܗ ܛܘܒܢܐ .
ܘܡܘܕܐ ܐܢܬ ܕܟܠ ܕܒܪܝܐ ܗܘ ܘܠܐ ܗܘܐ ܐܝܬܘܬܐ
ܗܘ[3] ܒܪܝܬܐ ܗܘ : ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܙܒܢܐ . ܐܝܢ ܗܟܢܐ

[1] A. ܕܚܝܠ — [2] A. ܕܝܢ — [3] A. ܗܘ̇ . ܗܘ

immortalis; in animam vero meam et in vitam meam in Christo, ne ulla quidem est tibi potestas, nosque Dominus confortat et jubet in evangelio suo dicens: ne timeatis ab iis qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed timete me, qui possum et animam et corpus perdere in gehenna. Verum si vis ut loquar tecum, mitiga iram tuam et paca animum tuum, et praebe mihi auditum tuum comiter, et jube ut me iterum non percutiant.

16. Tum juravit illi Kardagh dicens: *Loquere quodcumque volueris, nec quisquam te denuo percutiet.* Sanctus autem Abdišu respondit et dixit illi: *Concedis tu hoc, omne quod est ens et non fuit factum, esse Deum verum?* Dicit illi marzban: *immo concedo.* Dicit illi beatus: *et confiteris tu omne quod factum est et non est ens (permanens) esse creaturam?* Dicit illi marzban: *immo, sic confiteor.* Iterumque dixit

placat; falsae religionis eum insimulat

ܡܘܕܐ ܐܢܐ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ ܠܗ ܛܘܒܢܐ. ܘܝܕܥ ܐܢܬ ܕܠܒܪܝܬܐ ܠܐ ܙܕܩ ܠܡܣܓܕ: ܘܟܠ ܕܣܓܕ ܠܒܪܝܬܐ ܠܐܠܗܐ ܒܪܘܝܗܘܢ ܡܓܪܐ: ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܙܒܢܐ. ܐܝܢ ܡܪܝ. ܫܪܝܪܐܝܬ ܐܡܪܬ ܘܗܟܢܐ ܐܝܬܝܗ̇. ܐܠܐ ܚܘܝ ܡܢܘ ܕܣܓܕ ܠܒܪܝܬܐ. ܐܡܪ ܠܗ ܛܘܒܢܐ. ܐܢܬ ܘܟܠܗܘܢ ܚܢܦܐ ܚܒܪܝܟ ܠܒܪܝܬܐ ܣܓܕܝܢ ܐܢܬܘܢ [1].

ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܙܒܢܐ. ܐܢ ܬܚܘܐ ܕܠܒܪܝܬܐ ܣܓܕ ܐܢܐ ܘܠܐܠܗܐ ܡܪܓܙ [2]: ܚܕܝܐܝܬ ܫܠܡ ܐܢܐ ܠܟ ܘܩܒܠ ܡܠܦܢܘܬܟ ܐܢܐ. ܘܠܛܝܒܘܬܐ ܪܫܝܬܐ ܠܟ ܥܒܕ ܐܢܐ. ܐܢ ܕܝܢ ܠܐ ܬܚܘܐ: ܕܥ [3] ܕܡܒܣܪܘ ܡܬܒܣܪ ܐܢܬ ܠܝ. ܐܡܪ ܠܗ ܛܘܒܢܐ. ܠܐ ܣܓܕ ܐܢܬ ܠܫܡܫܐ ܘܠܣܗܪܐ: ܘܠܢܘܪܐ ܘܠܡܝܐ ܘܠܐܐܪ ܘܠܐܪܥܐ. ܘܐܠܗ̈ܐ ܘܐܠܗ̈ܬܐ ܩܪܐ ܐܢܬ ܠܗܘܢ: ܐܡܪ ܠܗ ܩܪܕܓ. ܐܝܢ ܣܓܕ ܐܢܐ ܠܗܘܢ. ܡܛܠ ܕܐܝܬܝ̈ܐ ܐܢܘܢ ܘܠܐ ܥܒܝ̈ܕܐ. ܐܡܪ ܠܗ ܛܘܒܢܐ. ܡܢ ܐܝܟܐ ܐܪܐ ܐܫܟܚܬܘܢ ܕܢܗܝܪ̈ܐ ܐܝܬܝ̈ܐ ܐܢܘܢ ܘܠܐ ܥܒܝ̈ܕܐ.

[1] A. ܣܓܕܝܢܬܘܢ — [2] ܡܪܓܙܐܢܐ — [3] A. *add.* ܘܚܝ

ei beatus: *agnoscisne creaturis adorationem adhibere non esse licitum, omnemque qui adorat creaturas Deum illarum creatorem incitare ad iram?* Dicit illi marzban: *Immo, domine, vere dixisti, et ita res est; verum ostende mihi quisnam adoret creaturas.* Dicit illi beatus: *tu et omnes ethnici socii tui creaturas adoratis.*

17. Dicit illi marzban: *Si ostenderis me creaturas adorare et irritare Deum, libenter consentiam tibi, et doctrinam tuam amplectar, et benevolentiam praecipuam tibi habebo; si autem id non probaveris mihi, scito me a te in contemptum vocari.* Respondit illi beatus: *Nonne adoras tu solem et lunam, et ignem et aquas, et aërem et terram eaque deos et deas vocas?* Dicit illi Kardagh: *immo, haec adoro, eo quod entia (permanentia) sunt haec, et non facta.* Dicit illi beatus: *Undenam ergo comperisti luminaria esse entia et non facta?* Dicit illi Kardagh:

ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܕܟܝ. ܡܢ ܪܗܛܗܘܢ ܐܡܝܢܐ. ܘܡܛܠ[1]
ܫܘܠܡܐ ܕܟܝܢܗܘܢ. ܘܡܛܠ ܗܝ[2] ܕܡܟܬܪܝܢ ܒܚܝܠܐ
ܕܟܝܢܗܘܢ ܘܠܐ ܡܫܬܚܠܦܝܢ ܐܝܟ ܫܪܟܐ: ܘܠܥܠ ܒܪܘܡܐ
ܣܝܡܝܢ.

ܐܡܪ ܠܗ ܛܘܒܢܐ. ܗܠܝܢ ܕܐܡܪܬ ܒܬܘܩܢܗܘܢ ܗܘ[3]
ܢܣܒܘ ܡܢ ܒܪܘܝܗܘܢ ܘܠܘ ܡܘܠܚܐ ܗܘ ܕܐܝܬܝܗܘܢ. ܕܠܘ
ܕܝܢ ܐܝܬܝܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܝܕܝܥܐ ܡܢ ܗܝ ܕܐܦܠܐ ܚܝܐ ܐܝܬܝܗܘܢ.
ܘܐܢ ܐܡܪ ܐܢܬ ܕܚܝܐ ܐܝܬܝܗܘܢ: ܡܫܐܠ ܐܢܐ ܦܢܐ ܠܝ.
ܐܝܠܝܢ ܗܢܘ ܚܝܐ ܩܢܝܢ. ܕܢܦܫܬܐ: ܘܠܡܢ ܠܐ ܡܬܬܪܣܝܢ
ܐܝܟ ܢܦܫܬܐ. ܐܘ ܕܠܡܐ ܡܠܝܠܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܘܦܪܘܫܐ.
ܘܐܢ ܡܠܝܠܐ ܘܦܪܘܫܐ ܐܡܪ ܐܢܬ ܠܗܘܢ: ܘܐܝܟܢ
ܠܐ ܦܣܩܝܢ ܒܙܒܢ ܚܡܝܡܘܬܗܘܢ ܘܢܝܚܝܢ ܡܢ ܡܪܕܝܬܗܘܢ.
ܐܠܘ ܓܝܪ ܡܠܝܠܐ ܗܘܐ ܫܡܫܐ: ܒܣܬܘܐ ܡܒܛܠ
ܗܘܐ ܠܥܘܫܢܐ ܕܩܘܪܐ. ܘܒܩܝܛܐ[4] ܡܣܓܐ ܗܘܐ
ܚܡܝܡܘܬܗ. ܘܒܐܬܪܐ[5] ܕܦܢܝ ܡܢ ܓܒܘܗ ܡܟܝܢ ܗܘܐ.

[1] A. add. ܠܐ — [2] A. ܘܡܛܠ ܗܝ — [3] A. om. — [4] A. add. ܠܐ — [5] A. ܘܐܬܪܐ

e cursu eorum constanti; et propter immutabilitatem (var. A) *naturae eorum, et ex eo quod perdurent in vi naturae suae et non mutentur sicut cetera, et supra in excelso posita sint.*

18. Dicit illi beatus : *Ea quae dixisti, in constitutione sua acceperunt a Creatore suo et non ad laudem pertinent suae essentiae. Quod enim non sint entia permanentia patet ex eo quod nec viventia sint; nam si dicas ea esse viventia, peto a te, responde mihi : haec scilicet vitam possident, aut animantium, et tunc quare non nutriuntur ut animalia? aut forte rationalia sunt et mente praedita, sed si rationalia ea dicas et mente praedita, tunc quare non cohibent opportune calorem suum et cessant a cursu suo? Si enim rationalis esset sol, in hieme aboleret impetum frigoris, in aestate non* (var. A) *augeret calorem suum, atque*

convincitque.

ܘܐܝܟܐ ܕܚܡܝܡ ܦܩܣ ܗܘܐ ܠܙܠܝܩ̈ܘܗܝ. ܘܒܪܗܛܗ ܐܡܝܢܐ ܠܐܐ ܗܘܐ ܘܚܫ. ܟܠ ܓܝܪ ܕܚܝ ܘܡܬܚܫܢܐ ܘܡܬܬܙܝܥ ܡܢ ܢܦܫܗ: ܗܢܐ ܐܦ ܠܐܐ. ܘܟܠ ܕܠܐ ܚܝ ܘܠܐ ܠܐܐ: ܗܢܐ ܡܢ ܐܚܪܢܐ ܡܬܬܙܝܥ. ܟܐܦܐ ܘܓܐܪܐ ܘܡܪܟܒܬܐ: ܡܢ ܐܚܪ̈ܢܐ[1] ܡܬܬܙܝܥܝܢ. ܘܠܐ ܠܐܝܢ ܡܛܠ ܕܐܦ ܠܐ ܚܝ̈ܝܢ. ܘܦܪܚܬܐ ܘܚܝ̈ܘܬܐ ܡܢ ܢܦܫܗܘܢ ܡܬܬܙܝܥܝܢ ܘܠܐܝܢ[2]. ܐܢ ܗܟܝܠ ܡܢ ܢܦܫܗܘܢ ܡܬܬܙܝܥܝܢ ܢܗܝܪ̈ܐ ܥܡ ܐܣܛܘܟܣ̈ܐ: ܐܦ ܠܐܝܢ ܘܚܫܝܢ ܡܛܠ ܕܡܬܚܫܢ̈ܐ ܐܢܘܢ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܠܘ ܡܢ ܢܦܫܗܘܢ ܡܬܬܙܝܥܝܢ: ܐܝܟ ܕܐܦ ܓܠܝܐ ܗܘ ܕܫ̈ܬܝܩܐ ܐܢܘܢ ܘܕܠܐ ܢܦܫ. ܘܡܛܠ ܗܕܐ ܠܐ ܠܐܝܢ. ܘܒܚܝܠܐ ܕܐܚܪ̈ܢܐ ܡܬܬܙܝܥܝܢ ܒܕܡܘܬ ܟܐܦܐ ܘܓܐܪܐ ܘܡܪܟܒܬܐ. ܗܢܘܢ ܡܢ ܐܠܗܐ. ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܡܢܢ[3].

ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܙܒܢܐ. ܘܠܡܢܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܒܐܪܥܐ

[1] A. ܐܚܪܢܐ — [2] A. add. ܡܛܠ ܕܐܦ ܚܝ̈ܝܢ. — [3] A. ܗܢܘܢ ܡܢ ܐܠܗܐ ܡܬܬܙܝܥܝܢ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܢܗܝܪ̈ܐ ܘܐܣܛܘܟܣ̈ܐ: ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܡܢܢ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܟܐܦܐ ܘܓܐܪܐ ܘܡܪܟܒܬܐ:

in regione quae frigidior est alia calorem produceret et ubi calidum est cohiberet radios suos, denique in cursu suo constanti fatigaretur et pateretur. Quodcumque enim vivit ac sensibile est (i.e. pertinens ad ordinem rerum sensibilium, non mere spiritualium) et movetur a semetipso, hoc quoque fatigatur; et omne quod non vivit nec fatigatur, hoc ab alio movetur. Lapis et sagitta et currus moventur et non fatigantur, quoniam nec vivunt; sed volucer et animantia a semetipsis moventur et (ideo) fatigantur. Si ergo a semetipsis moverentur luminaria et elementa, etiam fatigarentur et paterentur, quandoquidem sensibilia sunt; verum quia non moventur a semetipsis, sicut etiam potet ea esse muta et sine anima, idcirco non fatigantur, sed vi aliorum moventur instar lapidis et sagittae et currus, illa quidem a Deo, haec vero a nobis.

19. Dicit illi marzban : *Quare ergo magis quam terrena possident*

ܡܢܝܢ ܘܗܠܟܐ ܐܡܝܢܐ . ܘܢܘܗܪܐ ܘܚܝܠܐ ܕܡܦܨܝ̈ܢ ܡܢ
ܫܘܚܠܦܐ ܘܚܘܒܠܐ ܘܟܘܠܝܐ . ܐܡܪ ܠܗ ܛܘܒܢܐ . ܡܛܠ
ܕܗܢܘܢ ܒܕܡܘܬܐ ܐܝܬ ܐܢܘܢ ܕܗ̈ܕܡܐ ܡܕ̈ܒܪܢܐ ܕܒܦܓܪܐ :
ܐܝܟ ܡܘܚܐ ܘܟܒܕܐ ܘܠܒܐ[1] . ܐܝܟܢܐ ܕܐܢ ܐܢܫ ܢܫܩܘܠ
ܐܢܫ ܡܢ ܦܓܪܐ ܛܦܪܐ ܐܘ ܣܥܪܐ ܐܘ ܫܢܐ .
ܚܘܣܪܢܐ ܗܘ ܡܢܘܬܢܝܐ : ܐܢ ܕܝܢ ܢܫܩܘܠ ܐܢܫ ܠܡܘܚܐ
ܐܘ ܠܠܒܐ ܐܘ ܠܟܒܕܐ : ܥܡ ܕܐܝܟ ܗܠܝܢ ܐܒܕܢܐ ܗܘ
ܕܟܠܗ ܚܝܘܬܐ : ܗܟܢܐ ܐܦ ܐܢ ܐܒܕܐ ܚܕܐ ܡܢ ܗܠܝܢ
ܕܡܢܘ̈ܬܐ ܐܢܝܢ ܙܥܘܪ̈ܬܐ ܕܩܘܝܡܗ ܕܥܠܡܐ ܐܝܟ
ܚܝܘ̈ܬܐ ܘܙܪ̈ܥܐ : ܚܘܣܪܢܐ ܗܘ ܡܢܘܬܢܝܐ : ܐܢ ܕܝܢ
ܫܒܩ ܗܘܐ ܒܪܘܝܐ ܕܢܗܝܪ̈ܐ ܢܬܚܒܠܘܢ : ܚܘܒܠܐ ܗܘܐ
ܗܘܐ ܕܥܠܡܐ ܟܠܗ . ܢܗܝܪ̈ܐ ܓܝܪ ܚܘܨܐ ܐܢܘܢ ܕܟܠܗ
ܠܓܘܫܡܐ ܕܒܪܝܬܐ . ܗܕ̈ܡܐ ܐܢܘܢ ܓܝܪ ܪ̈ܫܝܐ[2] ܘܥܝ̈ܢܐ
ܘܡܘܚܗ ܕܥܠܡܐ . ܘܡܢܗܘܢ ܐܝܬܘܗܝ ܟܠܗ ܚܡܝܡܘܬܐ
ܕܒܓܘ̈ܫܡܐ ܘܒܥܩ̈ܪܐ . ܘܛܘܟܣܐ ܕܙܒ̈ܢܐ ܘܡܢܝܢܐ ܕܫ̈ܢܝܐ
ܘܕܝܪ̈ܚܐ ܘܕܫܒ̈ܘܥܐ ܘܕܝܘ̈ܡܬܐ .

[1] ܘܟܒܕܐ ܘܠܒܐ — [2] A. ܘܗܕ̈ܡܐ ܐܢܘܢ ܪ̈ܫܝܐ ܘܥܝ̈ܢܐ

motum stabilem, et lumen et vim quae immunis sit a mutatione et corruptione et obice? Dicit illi beatus: *quia haec sunt ad instar membrorum principalium in corpore, veluti cerebrum et jecur et cor; ad hunc modum ut si quis tollat e corpore unguem vel capillum vel dentem, damnum sit partiale, sin vero tollat quis cerebrum aut cor aut jecur, cum talibus perditio fiat totius animalitatis; ita, si pereat una ex his quae partes constituunt parvas constitutionis mundi, veluti animantia et semina, damnum est partiale; si autem permitteret Creator ut luminaria perirent, destructio fieret mundi totius; luminaria enim vinculum sunt totius corporis creationis; membra sunt enim praecipua et oculi et cerebrum mundi; atque ex eis est omnis calor qui corporibus et radicibus inest, necnon ordinatio temporum et numerus annorum et mensium et hebdomadum et dierum.*

ܠܘ ܕܝܢ[1] ܡܢ ܢܦܫܗܘܢ ܡܪܘܬܐ ܩܢܝܢ ܗܠܝܢ: ܐܠܐ[2] ܡܢ ܚܝܠܐ ܘܚܟܡܬܐ ܕܒܪܘܝܗܘܢ ܢܣܒܘ. ܟܕ ܠܐ ܚܝܝܢ ܘܠܐ ܪ̈ܓܫܝܢ. ܘܐܝܟܢܐ ܕܐܢ ܢܗܘܘܢ[3] ܥܣܪܐ ܐܢܫ̈ܝܢ ܒܒܝܬܐ ܚܕ: ܘܚܕ ܡܢܗܘܢ ܢܩܒܠ ܢܟܝܢܐ ܒܚܙܬܗ: ܗܘ ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܡܬܟܪܝ ܒܚܫܘܟܐ ܟܕ ܫܪܟܐ ܐܚ̈ܪܢܐ ܡܦܨܝܢ ܡܢ ܟܐܒܗ: ܐܢ ܕܝܢ ܠܫܪܓܐ ܕܒܓܘ ܒܝܬܐ[4] ܐܘ ܠܬܪܥܐ ܬܣܟܘܪ: ܠܟܠܗܘܢ ܕܒܒܝܬܐ ܢܣܝܢܗ ܕܡܪܕܘܬܐ ܡܛܝܐ[5]: ܗܟܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܚܘܣܪܢܐ ܕܗܠܝܢ ܕܫܪܟܐ: ܒܚܘܣܪܢܐ ܕܢܗܝܪ̈ܐ. ܘܡܢ ܗܕܐ ܐܬܚܙܝܬ: ܕܠܘ ܐܝܬ̈ܝܐ ܐܢܘܢ ܢܗܝܪ̈ܐ ܐܠܐ ܥܒ̈ܝܕܐ: ܘܠܐ ܚ̈ܝܐ ܐܢܘܢ ܘܠܐ ܪ̈ܓܫܢܐ. ܘܡܢ ܕܠܗܘܢ ܣܓܕ ܠܐܠܗܐ ܒܪܘܝܗܘܢ ܡܪܓܙ. ܘܗܟܢܐ ܘܐܦ ܐܣܛܘ̈ܟܣܐ. ܐܪܥܐ ܐܡܪܢܐ ܘܡ̈ܝܐ. ܘܢܘܪܐ ܘܐܐܪ ܥܒ̈ܝܕܐ ܐܢܘܢ. ܘܠܐ ܚ̈ܝܐ ܘܠܐ ܪ̈ܓܫܢܐ. ܘܐܝܟܢܐ ܢܬܩܪܘܢ ܐܝܬ̈ܝܐ ܗܢܘܢ ܕܚܕ ܡܢ ܚܒܪܗ ܡܬܢܟܪ ܘܡܬܚܒܠ: ܘܟܠ ܚܕ ܡܢܗܘܢ

[1] A. ܡܢ ܟܕ ܠܐ — [2] A. ܐܠܐ ܟܕ — [3] A. ܕܟܕ — [4] A. *add.* ܬܪܥܐ — [5] A. ܕܒܒܝܬܐ ܐܢܘܢ ܡܪܕܘܬܐ ܡܛܝܐ

20. *Ast non a semetipsis et proprio jure ista possident, sed ex virtute et sapientia Creatoris sui acceperunt, quandoquidem nec vivunt nec sentiunt. Et quemadmodum si sint decem homines in una domo, et unus ex eis accipiat laesionem in visione sua, iste solus caesus est caligine dum ceteri immunes infirmitate ejus remanent; si vero lucernam quae intra domum extinguas aut januam claudas, omnes qui in domo sunt calamitatis experimentum attingit; hoc modo amissio ceterorum referenda est ad (amissionem) luminarium. Ex hoc patet luminaria non esse entia (permanentia) sed facta, nec esse vita aut sensu praedita : qui ergo illa adorat, Deum eorum creatorem irritat. Et sic pariter elementa, terram dico et aquam et ignem et aerem, facta sunt, nec vivunt vel sentiunt ; et quomodo vocari possent entia (permanentia) ea quorum unum ab alio*

ܙܟܘܬܗ ܚܒܠܬܐ ܗܝ ܕܚܒܪܗ. ܐܪܥܐ ܓܝܪ ܡܫܬܪܝܐ ܡܢ ܡܝ̈ܐ ܐܦ ܡܬܛܪܦܐ. ܘܡܝ̈ܐ ܡܬܒܠܥܝܢ ܡܢ ܐܪܥܐ ܘܐܒܕܝܢ. ܘܡܬܦܠܓܝܢ ܐܦ ܡܢ ܐܐܪ. ܘܢܘܪܐ ܡܬܕܥܟܐ ܡܢ ܡܝ̈ܐ ܘܐܒܕܐ. ܘܐܐܪ ܡܬܚܒܫ ܒܙܩܐ ܘܡܫܬܠܗܒ[1] ܡܢ ܢܗܝܪ̈ܐ ܘܡܬܡܙܓܐ ܒܗ ܣܪܝܘܬܐ ܘܡܐܩܘܬܐ. ܘܡܟܠܐ ܟܠ ܚܕ ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܡܢܗ ܘܠܗ: ܡܘܒܕܢܐ ܗܘ ܕܟܠ ܐܦ ܕܥܡܗ.

ܘܡܫܬܪܝܢ[2] ܘܡܫܬܚܠܦܝܢ ܘܣܢܝܩܝܢ ܚܕ ܠܚܕ: ܘܟܠ ܕܣܢܝܩܐ[3] ܗܘ ܗܘܝܐ ܗܘ. ܘܟܠ ܕܠܐ ܗܘܝܐ ܗܘ ܠܐ ܣܢܝܩܐ ܗܘ. ܐܝܟܢܐ ܓܝܪ ܕܠܐ ܗܘܝܐ ܠܐ ܣܢܝܩܐ ܐܝܬܘܗܝ ܒܟܠ: ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܐܦ ܟܠ ܕܗܘܝܐ ܗܘ[4] ܣܢܝܩܐ ܗܘ. ܕܣܢܝܩܝܢ ܓܝܪ ܐܝܬܝܗܘܢ ܐܣܛܘܟܣ̈ܐ: ܐܦ ܗܘ ܣܘܥܪܢܐ ܡܣܗܕ. ܘܠܐ ܡܫܟܚ ܟܠ ܚܕ ܡܢܗܘܢ. ܕܠܒܪ ܡܢ ܚܒܪܗ ܠܡܣܝܒܪܘ ܠܓܢܗ. ܐܪܥܐ ܓܝܪ ܣܢܝܩܐ ܟܠ ܡܝ̈ܐ ܠܘܬ ܡܘܠܕܘܬܐ. ܘܡܝ̈ܐ ܣܢܝܩܝܢ ܠܐܐܪ

[1] A. ܘܡܫܬܠܗܒܐ — [2] A. *om.* ܕܥܡܗ. ܘܡܫܬܪܝܢ — [3] A. ܕܣܢܝܩ
[4] A. *om.* ܗܘ

dissolvitur et corrumpitur, et quibus cujusque victoria est profligatio alterius? Terra enim aquis dissolvitur et abripitur, aquae deglutiuntur a terra et pereunt, ac dissipantur pariter ab aere; ignis autem extinguitur ab aquis et perit; aer denique includitur in utre, et inflammatur a luminaribus, et admiscetur ei foetor et gravitas; verbo, singula per se sunt omnibus, etiam sibi conjunctis, perditionis principium.

21. *Item dissolvuntur et mutantur et indigent alterum alterius; atqui omne quod indiget, factum est, et omne quod non factum est non indiget: quemadmodum enim increatum nullius indigens est, ita etiam omne quod est factum indigens est. Quod autem elementa sint indigentia, res ipsa testatur; nam non potest aliquod eorum absque concursu alterius sustinere seipsum. Terra enim indiget aquis ad germinatio-*

ܕܢܣܩܘܢ ܘܢܫܕ ܐܢܘܢ. ܘܢܘܪܐ ܬܘܒ ܒܠܥܕ ܡܢ ܩܝܣܐ ܕܡܢ ܐܪܥܐ ܘܡܝܐ ܘܐܐܪ ܡܬܝܠܕܝܢ: ܠܐ ܡܨܝܐ ܕܬܥܒܕ ܡܥܒܕܢܘܬܗ̇.

ܦܝܕܝܢ ܐܬܚܙܝܬ ܕܣܢܝܩܝܢ ܐܢܘܢ. ܘܐܢ ܣܢܝܩܝܢ ܐܢܘܢ: ܐܦ ܗܘܝܢ ܐܢܘܢ. ܠܐ ܗܘܝܐ ܓܝܪ ܠܐ ܒܠ ܠܗ ܣܢܝܩ: ܐܦܠܐ ܒܠ ܐܚܪܢܐ. ܠܐ ܗܘܝܐ ܚܝܐ ܐܝܬܘܗܝ ܘܐܦ ܡܠܝܠܐ[1]. ܐܣܛܘ̈ܟܣܐ ܓܝܪ ܠܐ ܚ̈ܝܐ ܐܦܠܐ ܡܠ̈ܝܠܐ[2]. ܟܠ ܓܝܪ ܕܚܝ ܘܡܬܚܙܐ: ܡܢ ܠܗ ܡܬܬܙܝܥ ܘܚܫ. ܐܣܛܘ̈ܟܣܐ ܓܝܪ ܠܘ ܒܠܚܘܕ ܠܐ ܡܠ̈ܝܠܐ ܐܝܬܝܗܘܢ: ܐܠܐ ܐܦܠܐ ܚ̈ܝܐ ܘܠܐ ܪ̈ܓܫܐ. ܠܢܨ̈ܒܬܐ ܓܝܪ ܐܟ ܚ̈ܝܘܬܐ ܐܝܬ ܚܝܐ. ܠܗܠܝܢ ܦܝܢ ܕܪ̈ܒܝܢ ܘܡܦܪ̈ܥܢ[3]. ܘܗܠܝܢ[4] ܡܬܬܙܝܥܢܘܬܐ ܘܫܢܝܐ ܥܡ ܦܘܪܫܢܘܬܐ ܕܪ̈ܓܫܐ. ܠܐܣܛܘ̈ܟܣܐ ܕܝܢ ܘܠܐ ܚܕܐ ܡܢ ܗܠܝܢ ܐܝܬ. ܐܠܐ ܥܬܝ̈ܕܐ ܐܢܘܢ

[1] ܐܢܘܢ ܚܕ ܒܠ ܚܕ. ܘܐܦ ܗܘܝܐ ܐܢܘܢ. ܠܐ ܗܘܝܐ ܓܝܪ ܒܠ ܠܗ ܣܢܝܩ. ܘܠܐ ܒܠ ܐܚܪ̈ܢܐ. ܘܠܐ ܠܐ ܚ̈ܝܐ A. — [2] ܗܘܝܐ ܚܝܐ ܐܝܬܘܗܝ، ܐܦ ܡܠܝܠܐ. ܘܠܗܠܝܢ A. — [3] ܘܡܦܪ̈ܥܝܢ A. — [4] ܐܝܬܝܗܘܢ܂ ܘܐܦ ܠܐ ܡܠ̈ܝܠܐ

nem; aquae indigent aere qui eas ascendere faciat et effundat; ignis pariter sine lignis, quae a terra et aquis et aere generantur non potest exerere actionem suam.

22. *Igitur patet haec indigere; et si indigent, etiam facta sunt. Quod enim non factum est neque quantum ad essentiam indiget, neque quantum ad aliud; quod non est factum vivens est et rationale; elementa vero nec viventia sunt nec rationalia; quodcumque enim vivens est et visibile per seipsum movetur et patitur; ast elementa non solum irrationalia sunt, sed et vita ac sensu destituta. Plantis aeque ac animantibus vita inest, illis quidem quia crescunt et germina emittunt* (var. A), *his vero competit motio et migratio cum sensuum discretione; ast ele-*

ܒܕܡܘܬ ܟܐܦ̈ܐ. ܘܡܢ ܕܠܗܠܝܢ ܣܓܕ ܘܐܝܬܝ̈ܐ ܚܫܒ
ܠܗܘܢ : ܠܐܠܗܐ ܒܪܘܝܗܘܢ ܡܪܓܙ. ܒܘܠܝܬܐ ܬܪܝܨ
ܩܪܝܬܟܘܢ ܣܓ̈ܕܝ ܠܒܪ̈ܝܬܐ : ܘܢܘ̈ܟܪܝܐ ܡܢ ܐܠܗܐ.

ܘܟܕ ܗܠܝܢ ܫܡܥ ܡܪܙܒܢܐ : ܐܬܚܡܬ ܛܒ. ܕܠܐ
ܫܒܩܬܗ ܛܥܝܘܬܐ ܕܢܬܛܦܝܣ ܠܡ̈ܠܘܗܝ ܕܛܘܒܢܐ[1]. ܘܦܩܕ
ܥܠ ܩܕܝܫܐ ܥܒܕܝܫܘܥ ܕܢܬܐܣܪ ܒܐܣܘ̈ܪܐ ܩܫܝ̈ܐ :
ܘܢܬܚܒܫ ܒܒܝܬܐ ܚܫܘܟܐ. ܘܢܬܝܗܒ ܠܗ ܡܢ ܪܡܫܐ
ܠܪܡܫܐ ܠܚܡܐ ܩܠܝܠ. ܡ̈ܝܐ ܕܝܢ ܠܓܡܪܐܝܬ[2]. ܐܬܐܣܪ
ܕܝܢ ܩܕܝܫܐ ܘܐܬܚܒܫ : ܟܕ ܚܕܐ ܗܘܐ ܘܡܙܡܪ ܘܐܡܪ.
ܡܪܝܐ ܡܥܕܪܢܝ ܠܐ ܐܕܚܠ : ܡܢܐ ܥܒܕ ܠܝ ܒܪܢܫܐ.
ܘܠܝܘܡܐ ܐܚܪܢܐ : ܢܦܩ ܗܘܐ ܡܪܙܒܢܐ ܠܢܚܫܝܪܐ
ܘܠܨܝܕܐ. ܘܡܬܚ ܗܘܐ ܩܫܬܗ ܕܢܫܕܐ ܓܐܪܐ : ܘܢܦܠ
ܩܕܡ ܪ̈ܓܠܘܗܝ. ܘܗܟܢ ܗܘܐ ܓܕܫܬ ܐܦ ܠܦ̈ܠܚܐ ܕܥܡܗ.

[1] A. ܛܥܝܘܬܐ ܕܢܬܬܪ ܒܡ̈ܠܘܗܝ ܕܓܒܪܐ — [2] ܘܡ̈ܝܐ ܠܐ ܢܬܠܘܢ ܠܗ

mentis nihil inest istorum, sed muta sunt instar lapidum, et qui ista adorat et entia (permanentia) existimat, Deum eorum creatorem incitat ad iram. Jure itaque merito vocavi vos adoratores creaturarum, et alienos a Deo.

23. Quae quum audisset marzban, iratus est valde, quia ei non permisit error ut acquiesceret verbis Beati; jussitque ut sanctus Abdišu vinciretur vinculis validis, et includeretur in tenebricosa domo, eique daretur a vespera ad vesperam parum panis, aqua autem omnino (non daretur). Vinctus ergo est sanctus et inclusus, gaudens interim et cantans dicendo: *Dominus adjutor meus, non timebo quid faciat mihi homo* (1).

Propter quod in vincula conjicitur;

24. Postridie autem exierat marzban ad venationem et capturam et tetenderat arcum suum ut ejacularet sagittam; quae cecidit ad pedes ejus; atque idem accidit etiam militibus qui eum comitaban-

sed miraculo ethnicos terret

(1) Cfr. Ps. 56; Vulg. 55.

ܘܟܕ ܙܒ̈ܢܬܐ ܣܓܝ̈ܐܬܐ ܢܣܝܘ : ܠܐ ܨܒܐ ܐܐܪ ܠܡܫܩܠ
ܓܐܪ̈ܐ ܕܫܕܝܢ ܗ̣ܘܘ . ܘܟܕ ܗܕܐ ܗܘܬ ܐܝܟܢ : ܕܚܠܘ
ܕܚܠܬܐ ܪܒܬܐ . ܘܩܪܐ ܡܪܙܒܢܐ ܘܐܡܪ ܠܒ̈ܢܝ ܟܢܫܗ .
ܣܒܪ ܐܢܐ ܕܓܒܪܐ ܗ̣ܘ ܕܐܠܗܐ ܗܢܐ ܣܒܐ ܗ̇ܘ ܕܐܣܝܪ ܠܢ .
ܘܒܨܠܘܬܗ ܗܘܬ ܬܕܡܘܪܬܐ ܗܕܐ ܘܐܬܬܚܝܕܘ ܡܐ̈ܢܝ
ܙܝܢ ܥܠ ܕܡܪܡܪܝܢܢ ܠܗ . ܘܗܦܟ ܡܚܕܐ ܘܥܠ ܠܒܝܬܗ
ܒܥܩܬܐ ܪܒܬܐ . ܘܫܟܒ ܟܕ ܠܐ ܠܥܣ ܘܠܐ ܐܫܬܝ . ܘܣܡ
ܗ̣ܘܐ ܒܪܥܝܢܗ ܕܠܨܦܪܐ ܢܫܪܝܘܗܝ ܠܛܘܒܢܐ
ܥܒܕܝܫܘܥ .

ܘܒܦܠܓܗ ܕܠܠܝܐ : ܢܘܗܪܐ ܥܙܝܙܐ[1] ܐܬܡܠܝ ܒܝܬܐ
ܕܒܗ ܐܣܝܪ ܗ̣ܘܐ ܛܘܒܢܐ ܥܒܕܝܫܘܥ . ܘܟܢܫܐ ܪܒܐ
ܕܪ̈ܘܚܢܐ ܐܬܚܙܝܘ ܠܗ . ܟܕ ܒܩܠܐ ܪܡܐ ܡܙܡܪܝܢ
ܗ̣ܘܘ ܘܐܡܪܝܢ . ܩܥܘ ܙܕܝ̈ܩܐ ܘܡܪܝܐ ܫܡܥ ܐܢܘܢ
ܘܦܪܩ ܐܢܘܢ . ܘܩܪܝܒ[2] ܡܪܝܐ ܠܐܝܠܝܢ[3] ܕܩܪܝܢ ܠܗ

[1] A. ܪܒܐ ܘܥܫܝܢܐ — [2] A. ܩܪܝܒ ܗܘ — [3] A. ܠܬܪ̈ܝܨܝ ܠܒܐ . ܘܠܐܝܠܝܢ

tur. Cumque pluries pertentassent, noluit aer ferre sagittas quae emittebantur, ac dum id accidebat, timore ingenti correpti sunt. Dixit vero marzban comitibus suis : *Opinor ego virum Dei esse senem istum a nobis vinctum, atque precibus ejus evenisse miraculum istud, ac impedita fuisse arma nostra quia eum exacerbavimus.* Mox reversus est et domum suam cum magna tristitia ingressus est, et decubuit quin manducasset aut bibisset ; statuit autem primo mane beatum Abdišu liberare.

et noctu ab angelo Dei liberatur.

25. Jam vero media nocte domus in qua vinctus erat beatus Abdišu repleta est luce fulgenti, et magnus coetus spirituum ei apparuit, alta voce cantantium et dicentium : *Clamaverunt justi, et Dominus exaudivit eos, et liberavit eos* (1) ; *prope est Dominus iis qui invocant Eum in veritate, et faciet voluntatem timentium Ipsum ; exaudiet*

(1) Ps. 34, 18 ; Vulg. 33.

ܒܩܘܫܬܐ : ܘܥܒܕ ܨܒܝܢܐ ܕܕܚܠܘܗܝ . ܫܡܥ ܒܥܘܬܗܘܢ ܘܦܪܩ ܠܗܘܢ . ܟܕ ܐܦ ܗܘ ܛܘܒܢܐ ܥܒܕܝܫܘܥ : ܥܡܗܘܢ ܡܙܡܪ ܗܘܐ ܟܕ ܚܕܐ : ܘܕܚܠܬܐ ܪܒܬܐ ܢܦܠܬ ܥܠ ܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܩܪܝܒܝܢ ܗܘܘ . ܘܚܕܪܝ ܒܝܬܐ ܕܒܗ ܐܣܝܪ ܗܘܐ ܛܘܒܢܐ . ܘܡܚܕܐ ܬܪ̈ܥܐ ܟܠܗܘܢ ܐܬܦܬܚܘ[1] . ܘܡܠܐܟܐ ܕܡܪܝܐ ܩܪܒ ܠܐܣܘ̈ܪܘܗܝ ܕܛܘܒܢܐ : ܘܢܦܠܘ ܐܣܘ̈ܪܐ ܡܢ ܐܝ̈ܕܘܗܝ ܘܡܢ ܪ̈ܓܠܘܗܝ . ܘܠܒܟܗ ܒܐܝܕܗ ܘܢܓܕܗ ܘܐܦܩܗ ܡܢ ܒܝܬ ܐܣܝ̈ܪܐ ܢܛܘܪܬܐ . ܘܟܕ ܐܦܩܗ ܠܒܪ ܫܒܩܗ ܡܢ ܐܝܕܗ . ܘܐܡܪ ܠܗ ܬܐ ܒܬܪܝ . ܘܗܘ ܐܙܠ ܗܘܐ ܩܕܡܘܗܝ ܒܠܒܘ̈ܫܐ ܡܨ̈ܠܚܐ : ܥܕܡܐ ܕܐܝܬܝܗ ܠܡܥܪܬܗ . ܘܫܒܩܗ ܘܐܙܠ .

ܘܟܕ ܗܘܐ ܨ̈ܦܪܐ : ܦܩܕ ܗܘܐ ܡܪܙܒܢܐ ܕܢܫܪܘܢܝܗܝ ܠܩܕܝܫܐ ܘܢܦܩܘܢܝܗܝ ܠܩܕܡܘܗܝ . ܘܟܕ ܦܬܚܘ ܘܥܠܘ ܗܢܘܢ ܕܐܫܬܕܪܘ : ܐܫܟܚܘ ܐܣܘ̈ܪܐ ܟܕ ܣܝܡܝܢ ܒܠܚܘܕ :

[1] A. ܬܪ̈ܥܐ ܕܒܝܬ ܐܣܝ̈ܪܐ ܐܬܦܬܚܘ

deprecationem eorum et salvos faciet eos (1). Porro etiam beatus Abdišu cum eis cantabat gaudens; et timor magnus cecidit super omnes qui prope erant et circumdabant domum in qua vinctus erat Beatus. Subito vero portae omnes apertae sunt, et angelus Domini accessit ad vincula Beati, et catenae ceciderunt e manibus ejus et pedibus: et apprehendit eum manu et traxit eum et adduxit eum e carcere (seu) custodia. Cumque perduxisset eum foras, dimisit eum e manu sua, et dixit illi: *veni post me,* et ipse antecedebat eum in vestimentis splendidis, donec adduxisset eum in speluncam ejus; tamque reliquit eum et abiit.

26. Facto autem mane, jussit marzban ut solverent sanctum et educerent coram ipso. Cumque aperuissent et ingressi essent ii qui missi fuerant, invenerunt tantum catenas positas, et odore aroma- Hinc satellitum stupor.

(1) Ps. 144, 18 et 19.

ܘܒܪܝܚܐ ܕܒܣ̈ܡܐ ܛܒ̈ܐ ܡܠܐ ܗܘܐ ܟܠܗ ܒܝܬܐ. ܘܟܕ
ܒܥܐܘܗܝ ܠܛܘܒܢܐ ܘܠܐ ܐܫܟܚܘܗܝ: ܐܬܕܡܪܘ ܘܗܘܘ
ܒܕܚܠܬܐ ܪܒܬܐ. ܘܪܗܛܘ ܡܣܪܗܒܐܝܬ ܘܐܘܕܥܘ
ܠܡܪܙܒܢܐ ܟܕ ܐܡܪܝܢ. ܐܬܝܢ ܡܪܢ. ܘܥܠܢ. ܘܐܫܟܚܢ
ܐܣܘܪ̈ܐ [1] ܗܠܝܢ ܟܕ ܣܝܡܝܢ: ܘܒܝܬܐ ܟܕ ܡܠܐ ܗܘܐ
ܪܝܚܐ ܕܗܪ̈ܘܡܐ. ܠܓܒܪܐ ܕܝܢ ܠܐ ܐܫܟܚܢܝ. ܘܟܕ
ܗܠܝܢ ܫܡܥ ܡܪܙܒܢܐ: ܒܕܚܠܬܐ ܪܒܬܐ ܘܒܟܪܝܘܬܐ
ܢܩܫ ܗܘܐ. ܘܡܚܐ ܗܘܐ ܘܡܒܟܐ ܗܘܐ ܥܠ ܐܦ̈ܘܗܝ. ܘܒܟܐ ܗܘܐ [2]
ܡܪܝܪܐܝܬ ܘܐܡܪ. ܘܝ ܠܝ. ܘܝ ܠܝ. ܘܝ ܠܝ ܕܐܫܢܝܬ ܠܓܒܪܐ
ܕܐܠܗܐ. ܫܪܝܪܐܝܬ ܪܒ ܗܘ [3] ܐܠܗܗܘܢ ܕܟܪ̈ܣܛܝܢܐ:
ܘܗܘܝܘ ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ ܕܥܒܕ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܘܟܠ
ܕܒܗܘܢ. ܘܠܝܬ ܐܠܗܐ ܐܚܪܝܢ ܠܒܪ ܡܢܗ.

ܘܡܚܕܐ ܩܡ ܥܠ ܠܩܝܛܘܢܐ: ܘܨܝܪ ܠܗ ܒܟܘܬܠܐ
ܡܕܢܚܝܬܐ [4] ܐܬܐ ܕܨܠܝܒܐ. ܘܢܦܠ ܥܠ ܐܦ̈ܘܗܝ ܥܠ

[1] A. ܐܬܝܢ ܡܪܢ، ܐܢܫ ܕܡܣܒܬ. ܘܐܫܟܚܢ ܠܐܣܘܪ̈ܐ — [2] A. ܪܒܬܐ ܢܩܫ ܥܠ ܐܦ̈ܘܗܝ، ܘܒܟܐ ܗܘܐ — [3] A. ܕܫܪܝܪܐܝܬ ܪܒ ܗܘ — [4] A. *om.*

tum bonorum fragrabat tota domus. Cum vero quaesiissent Beatum et non invenissent, obstupuerunt et correpti sunt magno timore, et cucurrerunt celeriter et nunciaverunt marzbano dicentes : *venimus, domine, et ingressi sumus, et invenimus vincula haece posita, ac domum repletam odore aromatum, virum vero non invenimus.* Quae cum audisset marzban, timore magno et tristitia affectus percussit faciem suam et flevit amare dicens : *vae mihi, vae mihi, vae mihi quia vexavi virum Dei : vere magnus est Deus christianorum, et ipse est Deus verus qui fecit caelum et terram et omnia quae in eis sunt, nec est deus alius praeter eum.*

principis tristitia

27. Et subito surgens ingressus est cubiculum et delineavit in pariete orientali signum crucis, et cecidit super faciem suam in ter-

atque animi conversio.

ܐܪܥܐ : ܘܨܠܝ ܗܘܐ ܩܕܡܘܗܝ[1] ܘܐܡܪ . ܡܫܝܚܐ ܐܠܗܗܘܢ ܕܟܪ̈ܣܛܝܢܐ : ܥܢܝܢܝ ܘܩܒܠܢܝ ܘܠܐ ܬܛܠܡܢܝ[2] . ܘܐܫܘܝܢܝ ܕܐܬܡܢܐ ܥܡ ܣܓܘ̈ܕܝܟ : ܘܐܬܪܫܡ ܒܪܘܫܡܐ ܩܕܝܫܐ . ܐܢܐ ܓܝܪ ܡܗܝܡܢܬ ܘܐܘܕܝܬ ܘܡܘܕܐ ܐܢܐ : ܕܐܢܬ ܐܢܬ ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ : ܐܝܟ ܕܡܘܕܝܢ ܘܡܠܦܝܢ ܣܓܘ̈ܕܝܟ ܟܪ̈ܣܛܝܢܐ . ܐܢܗܘ ܗܟܝܠ ܕܒܪ ܐܢܫܐ ܗܘܐ ܗܘ ܕܐܬܚܙܝ ܠܝ ܒܐܣܟܡܐ ܕܒܪܢܫܐ : ܘܡܠܠ ܥܡܝ ܒܫܡܟ : ܘܐܢܐ ܒܠܐ ܝܕܥܬܝ ܡܪܡܪܬܗ[3] : ܐܫܘܝܢܝ[4] ܕܐܚܙܝܘܗܝ ܬܘܒ ܘܐܫܐܠ ܡܢܗ ܫܘܒܩܢܐ ܕܣܟܠܘ̈ܬܝ . ܘܒܐܝܕܗ ܐܬܩܪܒ ܠܝܕܥܬܟ ܘܠܒܝܬܘܬܟ[5] . ܘܐܢ ܚܕ ܡܢ ܡܠܐܟ̈ܝܟ ܩܕܝ̈ܫܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܗܘ ܕܐܬܚܙܝ ܠܝ ܒܐܣܟܡܐ ܕܒܪܢܫܐ : ܢܬܚܙܐ ܠܝ ܡܬܘܒ ܘܢܠܦܢܝ ܡܕܡ ܕܘܠܐ ܠܝ ܠܡܥܒܕ . ܘܡܚܕܐ ܕܫܠܡ ܨܠܘܬܗ ܘܚܬܡ ܢܦܫܗ ܒܐܬܐ ܕܨܠܝܒܐ : ܗܐ ܩܠܐ ܚܠܝܐ ܘܪܓܝܓܐ[6] ܐܫܬܡܥ ܠܗ ܕܐܡܪ .

[1] A. *om.* — [2] A. ܥܢܝܢܝ ܘܩܒܠܬܢܝ، ܠܐ ܬܛܠܡܐ — [3] A. ܘܐܢܐ ܝܕܥܬ ܡܪܡܪܬܗ — [4] A. *add.* ܡܪܝ، — [5] A. *om.* — [6] A. ܩܠܐ ܪܓܝܓܐ

ܘܡܙܝܢܝܢ: ܪܗܛܘ ܟܕ ܐ̈ܠܨܝܢ ܗܘܘ ܠܟܢ̈ܫܐ ܘܐܡܪܝܢ[4]:
ܕܟܠܢܫ ܟܐܦܐ ܢܣܒ ܘܢܪܓܘܡܝܘܗܝ[5] ܠܛܘܒܢܐ: ܡܓܘ̈ܫܐ
ܕܝܢ ܐܬܟܢܫܘ ܥܡ ܪ̈ܘܪܒܢܐ ܟܠܗܘܢ: ܘܝܬܒܘ ܘܩܪܘ
ܗܘܘ ܦܘܣܩܢܐ ܕܕܝܢܗ ܕܛܘܒܢܐ ܗܘ ܕܡܢ ܡܠܟܐ ܐܫܬܕܪ
ܗܘܐ. ܗܘ ܕܥܕܬܐ ܩܬܝܪܣܝܣ ܡܥܕܐ ܕܬܩܪܝܘܗܝ. ܦܪ̈ܣܝܐ
ܕܝܢ ܩܪܝܢ ܠܗ ܢܒܫܬܓ[6].

[1] A. ܟܬܒܐ ܕܚܕܬܐ — [2] A. ܘܪ̈ܘܪܒܐ — [3] A. ܘܓܒܪ̈ܐ — [4] A. ܪܗܛܝܢ ܘܐ̈ܠܨܝܢ ܗܘܘ ܠܟܢ̈ܫܐ ܟܕ ܐܡܪܝܢ — [5] A. ܘܢܪܓܡܘܢܝܗܝ — [6] A. ܕܢܒܫܬܓ

64. Itaque statim surrexit Beatus, et flexit genua, et oravit, et amplexus est codicem evangelii sancti, et signavit se signo crucis, et aperuit portam arcis suae, et exiit sicut sponsus qui egreditur e thalamo. Cumque hoc innotuisset turmis, cecidit tumultus in castris et cucurrerunt omnes cum festinatione, christiani, judaei et ethnici, magni et parvi, viri et mulieres, et currebant ut viderent Beatum accipientem martyrii palmam. Equites autem equitantes et armati accurrerunt, cogentes turmas et dicentes : *quisque lapidem sumat et lapidet Beatum;* magi vero congregati sunt cum optimatibus cunctis, et sederunt et legerunt instrumentum sententiae Beati quod fuerat missum a rege, quod Ecclesia Καθαίρεσις (depositionem) appellare consuevit, Persae vero vocant Nibištagh.

arcem pandit. Irruunt turbae

ܗܘ ܕܝܢ ܛܘܒܢܐ ܟܕ ܚܙܐ ܠܟܢ̈ܫܐ ܕܚܢ̈ܦܐ ܘܕܝܗܘ̈ܕܝܐ
ܕܫܩܝܠܝܢ ܟܐ̈ܦܐ ܘܪܗܛܝܢ ܕܢܪܓܡܘܢܝܗܝ ܀ ܚܪ ܒܫܡܝܐ
ܘܨܠܒ ܢܦܫܗ ܒܐܬܐ ܕܨܠܝܒܐ. ܘܨܠܝ ܒܩܠܐ ܪܡܐ
ܘܐܡܪ. ܡܪܝ ¹ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ² ܒܪܗ ³ ܕܐܠܗܐ ³
ܥܕܪܝܢܝ ܒܫܥܬܐ ܗܕܐ. ܘܐܫܘܝܢܝ ܕܒܦܪܗܣܝܐ ܐܬܚܠܛ
ܒܟܢ̈ܫܐ ܕܩܕ̈ܝܫܝܟ ⁴. ܘܡܚܕܐ ܗܦܟ ܒܘܪܟܐ. ܘܟܕ ܩܡ
ܠܥܠ ܡܢܗ ܓܘܪܐ ܕܟܐ̈ܦܐ ܀ ܢܦܨ ⁵ ܐܢܘܢ ܡܢܗ ܘܩܡ
ܒܚܐܪܘܬ. ܘܗܟܢܐ ܐܦ ܠܬܢܝܢܘܬܐ ܕܬܪ̈ܬܝܢ ܥܒܕ ⁶. ܘܟܕ
ܦܪ̈ܫܐ ܘܡܓܘ̈ܫܐ ⁷ ܐܠܨܝܢ ܗܘܘ ܠܟܢ̈ܫܐ ܕܒܥܘܫܢܐ
ܢܫܕܘܢ ܟܐ̈ܦܐ ܀ ܥܢܐ ܛܘܒܢܐ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܠܐ
ܡܐܬ ܐܢܐ ܐܠܐ ܐܢ ܟܕ ܐܒܝ ܢܫܕܐ ܒܝ ܟܐܦܐ.
ܐܒܘܗܝ ܕܝܢ ܕܪܘܐ ܗܘܐ ܒܛܘܥܝܝ ⁸ ܕܡܓܘܫܘܬܐ ܀
ܘܕܚܠ ⁹ ܗܘܐ ܡܢ ܡܘܬܐ ܀ ܘܡܫܬܦܪ ܗܘܐ ¹⁰ ܠܡܠܟܐ

¹ A. *om.* — ² A. *add.* ܡܪܢ, — ³ A. *om.* — ⁴ A. ܕܩܕ̈ܝܫܐ — ⁵ A. ܘܢܦܨ —
⁶ A. ܘܗܟܢܐ ܠܬܢܝܢܘܬܐ ܕܬܪ̈ܬܝܢ ܥܒܕܘ ܠܗ — ⁷ A. ܕܡܓܘ̈ܫܐ — ⁸ A.
ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܐܘ ܟܢ̈ܫܐ ܕܥ̈ܠܠܝܢ ܠܟ ܗܕܪܬܘܢ ܒܦܘܩܕܢܗܘܢ
ܕܐܢܐ ܡܐܬ ܐܢܐ ܒܟܐ̈ܦܐ ܕܡܠܟܘܢ. ܐܢ ܠܐ ܐܢܫܐ
ܐܒ ܢܫܕܐ ܒܝ ܟܐܦܐ. ܐܒܘܗܝ ܕܝܢ ܕܪܘܐ ܒܛܘܥܝܘܬܐ —
⁹ A. ܘܕܚܝܠܬ — ¹⁰ A. *om.*

lapidantque Beatum, quem pater ejus conficit.

65. Ipse vero Beatus, ut vidit turmas ethnicorum et judaeorum qui portabant lapides et currebant ut ipsum lapidarent, aspexit ad caelum et signavit se signo crucis oravitque alta voce dicens : *Domine Jesu Christe, fili Dei, adjuva me in hac hora, et dignum fac ut cum fiducia admiscear turmis sanctorum tuorum.* Atque ilico genuflexit; et cum erectus esset supra ipsum acervus lapidum, propulit eos a se et surrexit fortiter. Atque ita quoque altera vice fecit. Cumque equites et magi cogerent turmas ut cum vi jacerent lapides, respondit Beatus et dixit eis : *non moriar ego nisi quando pater meus jecerit in me lapidem.* Pater autem ejus qui inebriatus erat errore magismi, qui timebat mortem ac placere cupiebat regi et optima-

ܘܠܪܓܘܡܐ[1] : ܫܩܠ ܫܘܫܦܗ ܘܦܪܣܗ ܥܠ ܐܦܘ̈ܗܝ. ܘܫܕܐ ܟܐܦܐ ܠܪܓܘܡܝܬܐ ܕܒܪܗ. ܘܡܚܕܐ ܫܢܝܬ[2] ܢܦܫܗ ܕܐܬܠܝܛܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ[3] ܠܚܝ̈ܐ ܕܠܥܠܡ.

ܘܒܗ̇ ܒܫܥܬܐ : ܪܝܚܐ ܕܒܣ̈ܡܐ ܦܫ ܒܟܠܗ[4] ܐܬܪܐ ܕܒܗ ܐܬܪܓܡ ܛܘܒܢܐ. ܘܗܐ ܩܠܐ ܐܫܬܡܥ ܕܐܡ̇ܪ : ܫܦܝܪ ܐܬܟܬܫܬ ܘܚܝܠܬܢܐܝܬ ܙܟܝܬ ܢܨܝܚܐ ܩܪܕܓ. ܬܐ ܒܚܕܘܬܐ ܘܣܒ ܟܠܝܠܐ ܕܙܟܘܬܟ[5] ⁘ ⁘ ⁘

ܐܬܟܠܠ ܕܝܢ ܗܘ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܩܪܕܓ : ܒܫܢܬ ܐܪܒܥܝܢ ܘܬܫܥ ܕܫܒܘܪ[6] ܡܠܟܐ ܒܝܘܡ ܥܪܘܒܬܐ. ܘܒܗ ܒܠܠܝܐ ܕܢܓܗ ܫܒܬܐ ܐܬܟܢܫܘ ܓܒܪ̈ܐ ܡܪ̈ܚܡܢܐ : ܘܚܛܦܘ

[1] A. *add.* ܗܘܕܝܢ *et habet* ܫܩܠ ܠܫܘܫܦܗܘܪܝ *sed in margine* ܗ̄ ܫܘܫܦܐ — [2] A. ܐܫܬܢܝܬ — [3] A. *om.* — [4] A. *add.* ܒܟܠܗ̇ ܐܪܒܥܐ ܘܒܗܘ — [5] A. ܘܗܘܐ ܩܠܐ ܚܝܠܬܢܐ ܘܐܫܬܡܥ ܕܐܡܪ ܬܐ ܒܠܡ ܠܦܘܬܐ ܕܚܝܠ ܐܬܟܬܫܬ ܘܠܗ ܥܡܟ ܗܐ ܚܕ̈ܐ ܐܢܐ ܕܚܙܝܬܟ ܢܘܗܪܐ ܡܢܗܪܝܢ ܒܕܘ̈ܪܐ ܠܡܕ̈ܒܪܢܐ ܘܠܡ̈ܠܟܐ. ܘܠܙܕ̈ܝܩܐ ܕܠܐ ܢܦܠ ܒܗܘܢ ܐܦܠܐ ܘܪܘܪ̈ܒܐ ܘܒܘܩܪܐ ܘܡܝܩܪܐ. ܘܡܒܪ̈ܟܬܐ ܐܝܟ ܐܬܠܝܛܐ ܢܨܝܚܐ ܩܪܕܓ. ܬܐ ܒܚܕܘܬܐ ܘܣܒ ܟܠܝܠܐ ܕܙܟܘܬܟ ܐܬܠܝܛܐ ⁘ — [6] A. *add.* ܠܝܠܝܐ

tibus, accepit tegumentum suum volvitque super faciem suam et jecit lapidem ad lapidationem filii sui. Et statim migravit anima athletae justitiae ad vitam aeternam.

66. Atque eadem hora suffitus aromatum flavit per universam regionem in qua lapidatus est Beatus, et ecce audita est vox dicens: *perbelle pugnasti et fortiter vicisti, illustris Kardagh! Veni in gaudium et accipe coronam victoriae tuae!*

67. Coronatus est autem sanctus Mar Kardagh anno quadragesimo nono Šapur regis die veneris. Atque eadem nocte quae lucescit in sabbatum, congregati sunt viri misericordes et rapuerunt corpus

Coronatus est a° 49 Saporis

ܠܦܓܪܗ ܕܩܕܝܫܐ ܡܢ ܢܛܘܪܘܗܝ ܘܩܒܪܘܗܝ ܒܐܝܩܪܐ ܪܒܐ ..

ܘܟܠ ܫܢܐ ܒܗ ܒܝܘܡܐ ܕܐܬܟܠܠ ܒܗ ܛܘܒܢܐ[1] ܆ ܡܬܟܢܫܝܢ ܗܘܘ ܥܡܡܐ ܠܕܘܟܬܐ ܕܒܗ ܐܬܟܠܠ. ܘܥܒܕܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܥܐܕܐ ܘܕܘܟܪܢܐ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ. ܘܡܛܠ ܣܓܝܐܘܬܐ ܕܟܢܫܐ ܆ ܫܪܝܘ ܗܘܘ ܐܦ ܠܡܙܒܢ ܘܠܡܙܒܢܘ[2] ܒܝܘܡܬܐ ܕܕܘܟܪܢܗ ܕܩܕܝܫܐ. ܘܟܕ ܪܕܐ ܗܘܐ ܙܒܢܐ ܠܡܙܒܢܘܗܝ ܆ ܐܬܥܒܕ ܫܘܩܐ ܪܒܐ[3] ܒܕܘܟܬܐ ܕܒܗ ܐܬܪܓܡ ܛܘܒܢܐ ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܢܐ. ܘܕܘܟܪܢܗ ܕܝܢ ܕܩܕܝܫܐ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܆ ܘܫܘܩܐ ܫܬܐ ܝܘܡܝܢ[4]. ܘܡܬܩܪܐ ܫܘܩܐ ܕܡܠܟܝ ܥܠ ܫܡ ܩܪܝܬܐ ܕܚܨܢܗ ܕܛܘܒܢܐ.

ܒܬܪܟܢ ܕܝܢ ܐܦ ܗܝܟܠܐ ܪܒܐ ܘܫܦܝܪܐ ܒܢܦܩܬܐ ܪܘܪܒܬܐ ܐܬܒܢܝ ܥܠ ܫܡܗ ܕܛܘܒܢܐ ܆ ܡܢ ܐܢܫܐ ܡܗܝܡܢܐ ܘܫܘܝܐ ܠܕܘܟܪܢܐ ܛܒܐ. ܥܡܗ ܕܬܠܐ ܗܘ

[1] A. *hab.* ܘܟܠ ܫܢܐ ܒܗ ܒܫܘܠܡ ܫܢܬܐ ܕܩܛܝܠܐ ܒܝܘܡ ܒܪܘܟܬܐ. ܒܗ ܒܝܘܡܐ ܕܐܬܟܠܠ ܛܘܒܢܐ — [2] A. ܫܪܝܘ ܥܡܡܐ ܠܡܙܒܢܘ ܐܦ ܠܡܙܒܢܘ — [3] A. ܐܬܥܒܕܘ ܫܘܩܐ ܪܘܪܒܐ — [4] A. ܘܫܬܐ ܝܘܡܝܢ ܫܬܐ ܥܒܕܝܢ

sancti a custodibus ejus et sepelierunt illud cum honore magno.

et frequenti populi concursu honoratus. Unde institutae sunt celebres nundinae

68. Singulis vero annis, eo die quo coronatus est Beatus, conveniunt populi in locum in quo coronatus est, et faciunt ei festum et memoriam per triduum ; atque propter multitudinem turmarum coeperunt item emere et vendere in diebus commemorationis Sancti. Et tempore procedente, factae sunt nundinae magnae in loco ubi lapidatus est Beatus usque hodie. Porro commemoratio Sancti trium dierum est, nundinae vero sex dierum ; et nominatur forum Melki juxta nomen pagi in quo (situm erat) castellum Beati.

et praepulchrum

69. Postea vero etiam templum magnum et pulchrum magnis expensis exstructum est sub invocatione Beati ab hominibus fidelibus et dignis bonae recordationis, apud tumulum super quem lapi-

ܕܟܠܠ ܐܬܥܛܪ ܡܕܝܢܐ ܡܪܝ ܩܪܕܓ. ܕܫܘܝܢ ܢܬܚܫܒ
ܕܒܨܠܘܬܗ ܢܬܥܕܪ ܒܥܠܡܐ ܗܢܐ ܡܠܐ ܕܘܘܢܐ. ܘܒܥܠܡܐ
ܚܕܬܐ ܗܘ ܕܠܐ ܥܒܪ: ܢܣܒ ܒܨܠܘܬܗ. ܘܥܡܗ
ܢܬܒܣܡ. ܒܛܝܒܘܬܗ ܘܒܪܚܡܘ̄ܗܝ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ.
ܗܘ ܕܠܗ ܘܠܐܒܘܗܝ، ܘܠܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ. ܬܫܒܘ̄ܚܬܐ ܘܐܝܩܪܐ
ܘܪܘܡܪܡܐ ܠܥܠܡܥܠܡܝܢ. ܐܡܝܢ ܀
ܫܠܡܬ ܣܗܕܘܬܐ ܕܡܪܝ ܩܪܕܓ ܩܕܝܫܐ ܘܣܗܕܐ ܢܨܝܚܐ[1] ܀

[1] A. *pro* ܒܬܪܟܢ .... ܢܨܝܚܐ ܀ *habet:* ܒܬܪܟܢ ܐܬܒܢܝ ܡܗܝܡܢܐ
ܕܗܒܐ ܘܣܐܡܐ. ܘܒܢܘ ܠܗ ܗܝܟܠܐ ܐܪܒܥܐ. ܘܗܝܟܠܐ
ܐܚܪܢܐ ܕܒܝܬ ܣܗܕܐ. ܘܡܕܒܚܐ ܘܦܢܝܐ ܘܒܝܬ ܥܡܕܐ.
ܘܐܬܩܕܫ ܒܒܝܬ ܡܕܒܚܐ ܘܐܦܝܘ ܥܠܘܗܝ، ܢܦܩܬܐ
ܪܘܪܒܬܐ ܥܠ ܥܡܗ ܕܠܘܒܢܐ ܡܢ ܐܢܫܐ ܡܗܝܡܢܐ ܥܘܕ̈
ܠܕܘܟܪܢܐ ܛܒܐ. ܘܥܠܡ ܕܥܒܕ ܠܗ ܕܘܟܪܢܐ ܒܗܘ ܝܘܡܐ
ܕܒܗ ܐܬܥܛܪ ܢܬܘܐ ܕܒܥܗ ܕܗܘ ܠܘܒܢܐ ܢܗܘܐ ܠܗ
ܡܢܬܐ ܘܚܘܬܪܐ ܠܚܝܬܐ. ܘܢܬܥܕܪ ܒܥܠܡܐ ܗܢܐ.
ܘܒܥܠܡܐ ܚܕܬܐ ܕܠܐ ܥܒܪ ܢܣܒ ܒܨܠܘܬܗ. ܘܥܡܗ
ܢܬܒܣܡ ܡܢܘܐ ܡܚܝܠܐ ܘܡܬܘܒܐ ܘܡܥܒܕܐ ܕܥܡܕ
ܬܫܒܘܚܬܗ ܕܠܘܒܢܐ ܢܬܘܘ ܠܪܚܡܐ ܘܠܚܢܢܐ ܒܝܘܡ
ܕܝܢܐ ܘܒܪܚܡܝܐ ܒܛܝܒܘܬܗ ܕܡܪܚܡܢܐ. ܗܘ ܕܠܗ ܥܡ ܐܒܘܗܝ
ܘܬܘܕܝܬܐ ܘܠܐܒܘܗܝ، ܘܠܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܬܫܒܘܚܬܐ
ܘܐܝܩܪܐ ܘܪܘܡܪܡܐ ܘܐܘܫܢܢܐ ܗܫܐ ܘܒܟܠܙܒܢ ܘܠܥܠܡ
ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ܘܐܡܝܢ.
ܫܠܡܬ ܬܫܒܘܚܬ ܣܗܕܘܬܗ ܕܠܘܒܢܐ ܡܪܝ ܩܪܕܓ
ܘܠܐܠܗܐ ܫܘܒܚܐ ܐܡܝܢ ܀

datus est beatus Mar Kardagh. Utinam nos digni efficiamur qui per preces ejus adjuvemur in mundo hoc pleno miseriarum atque in mundo novo non perituro gratiam accipiamus per preces ejus et cum ipso jucundemur, per benignitatem et misericordiam Domini nostri Jesu Christi, cui una cum Patre et Spiritu sancto gloria et honor et celsitudo in saeculum saeculi. Amen. **templum ei exstructum.**

EXPLICIT MARTYRIUM MAR KARDAGH SANCTI ET MARTYRIS ILLUSTRIS.

INDEX ALPHABETICUS

QUORUNDAM NOMINUM, PRAESERTIM PROPRIORUM,

QUAE IN ACTIS MAR ḲARDAGHI OCCURRUNT.

Prima nota numeralis paginam, aliae lineas designant.

PASSIONES TRES MARTYRUM AFRICANORUM

SS. MAXIMAE, DONATILLAE ET SECUNDAE,

S. TYPASII VETERANI
ET S. FABII VEXILLIFERI.

---

1. Notum est Africanorum longe plura quam aliarum regionum martyrum Acta authentica vel fide digna ad nos pervenisse. Quorum numero jam licet nobis duo adjungere: quae quidem non ita sincera existimamus ut ex praesidialibus Actis fideliter excerpta judicanda sint, attamen conscripta censemus ab aliquo christiano qui vel rebus gestis interfuerit vel narrationem suam ex testimoniis certae fidei hauserit. Quibus et tertiam subicimus Passionem, non ita sane magni pretii, quod illius scriptor materiam satis jejunam rhetoricis artificiis et inani verborum pompa nimis amplificavit, non prorsus spernendam tamen, quoniam idem scriptor martyris certamini et loco et aetate videtur fuisse proximus.

2. I. Principem inter haec documenta locum tenet Passio sanctarum trium virginum Maximae, Donatillae et Secundae, quarum cultum in Africa olim celebrem testantur tum vetusta martyrologia et praecipue kalendarium ecclesiae Carthaginensis ineunte saeculo VI confectum (1), tum vetus inscriptio inter rudera Coloniae Bisicae Lucanae (qui locus modernis temporibus *Testûr* nuncupatur) reperta, hoc tenore concepta (2)

SANCTAE TRES
MAXIMA
DONATILLA
ET SECUNDA
BONA PUELLA

Hanc Passionem certe vidit Ado, quippe qui ejus compendium satis accuratum tradiderit in suo Martyrologio ad diem 30 Julii. Quod compendium ad eundem diem exscripserunt majores nostri (3), vehementer dolentes quod ipsa Acta primigenia nusquam reperire potuerant. Illa tandem exhibuit nobis codex Parisinus lat. 5306, (fol. 190^{v}-191^{v}): qui cum fere pessime ab imperito quodam librario

(1) Testimonia illa collegit Sollerius noster ad diem 30 Julii, tom. VII, p. 146, numm. 1, 2. — (2) *Corp. Inscr. Lat.*, tom. VIII, p. 172, n. 1392. — (3) *Act. SS.*, tom. cit., p. 147.

descriptus sit, adeo ut saepissime quid significent singulae sententiae ne conjectando quidem attingere valeas, nescio quo felici casu contigit ut in hac parte (sicut et in Passione S. Typasii, de qua mox) longe sit emendatior aut saltem pravae lectiones facile corrigantur.

3. Circa hanc Passionem autem inprimis advertendum est eam iis notis insigniri quae ipsius sinceritatem maxime commendent. Etenim cum multa particularia referat, nihil inter haec occurrit quod cum ratione temporum et cum iis quae in Actis certo sinceris leguntur non optime concordet, ut ex adnotationibus infra illi subiciendis facile patebit, nec minus quam haec simplicitate sermonis nitet. Iisdem indiciis colligitur scriptorem ab aetate martyrum quarum certamina descripsit non longe fuisse remotum; idque inde confirmatur, quod non solum Anulinum proconsulem, sed et Modaticium et Arcadium duoviros et Fortunatum venatorem propriis nominibus appellavit (1).

4. Maxime vexavit tum Ruinartium (2) tum Sollerium (3), quod in Adonis compendio martyres passae dicuntur sub Gallieno. Cum enim, ut recte notavit Sollerius, de Anulino S. Crispinae judice sub Diocletiano ex hujus sanctae probatissimis Actis plane constet, is vero satis aperte pronuntiet tres nostras virgines saevitiam suam non ita pridem expertas (4), non videtur earum martyrium a S. Crispinae certamine multum removeri posse, censendumque adeo ad eandem persecutionem spectare ad quam ipsa S. Crispina pertinet, scilicet Diocletiani. Jam vero, licet et in Actis nostris Gallieni nomen legatur, at simul praefigitur nomen Maximiani, et quidem in titulo, sicut prius scriptus erat, solius. Itaque, cum in altero certe horum nominum error irrepserit, facile concluditur in Gallieno potius quam in Maximiano appellando allucinatum esse aliquem indoctum Actorum exscriptorem. Unde denique persecutioni Diocletiani et Maximiani et anno 304, quo maxime saeviit in Africa persecutio (5), sanctarum trium virginum martyrium illigandum videtur.

5. Altera praecipua quaestio versatur circa martyrii locum. Hunc *civitatem Turbitanam* fuisse indicant Acta (6), seu, ut legitur in kalendario Carthaginensi et vetustis martyrologiis (7), *Tuburbitanam*. Sed duplex in Africa proconsulari erat civitas hujus nominis, altera *Thuburbo Majus*, altera, a priori fere 43 milibus passuum seu 54 chiliometris ad septentrionem et aliquantulum ad occidentem distans, *Thuburbo Minus* (8). Inter utramque dubius haesit Sollerius (9), neque nobis aliqua apparet ratio cur alteram prae altera eligamus. Non *a)* mentio *possessionis Cephalitanae* (10), quae, ut ex sequentibus apparet, non procul ab illa civitate Turbitana sita et ipsa municipium erat, quippe quae decuriones haberet et duoviros. Apud veteres enim geographos illius nominis *Cephalitani* in Africa solum

(1) Numm. 1, 6. — (2) *Act. sinc. mart.* (Amstel. 1713), p. 450, not. 6. — (3) *Act. SS.*, tom. cit., p. 146, num. 4. — (4) Ait nempe Anulinus ad S. Crispinam : " Vivere diu " desideras, aut mori in poenis, sicut et caeterae consortes tuae Maxima, Donatilla " et Secunda? " (Ruinart, p. 450.) — (5) Cfr. Ruinart, p. 449 init. — (6) Numm. 3, 5. — (7) Cfr. *Act. SS.*, tom. cit., p. 146, numm. 1, 2. — (8) Cfr. Tab. II ad calcem tomi VIII *Corp. Inscr. Lat.* — (9) *Act. SS.*, tom. cit., p. 147, num. 5. — (10) Act. num. 1.

nuncupatur promontorium quoddam in extrema Syrti majori (1), ac proin longe ab utraque Thuburbitana civitate dissitum, neque in eo loco usquam memoratur fuisse municipium. Praeterea sedem episcopalem *Cefalensem* in Africa Proconsulari indicant Acta synodalia saeculi V et saeculi VII (2), sed nequaquam quae provinciae pars episcopo hujus sedis subjecta esset. Neque (quod aliquis forte conicere posset) *possessio Cephalitana* ea civitas fuisse supponi potest quae alio nomine vocata fuerit *Villa Magna*, decem fere chiliometris a Thuburbo Majori distans: nam in elencho episcoporum qui interfuerunt Collationi Carthaginensi anno 411, in quo nominatur Fidentius episcopus Cefalensis, et alter affertur Augendus episcopus Villaemagnensis (3). Nec *b)* aliquid juvat inscriptio supra memorata (num. 2): locus enim in quo reperta est aequali fere spatio distat (ad occidentem) ab utraque civitate Thuburbitana, et quidem eodem quo hae civitates inter se.

Reliqua quae ad elucidanda Acta spectant, vide infra in adnotationibus.

6. II. S. Typasii martyrium, cultum et ipsum nomen nulla hactenus, quae noverimus, antiqua vel recentiora documenta memorarunt (4). Acta tamen ejus, quae idem nobis exhibet codex Parisinus lat. 5306 (fol. 34v-35v), eandem sinceritatis speciem, quin et pluribus indiciis confirmatam, prae se ferunt atque Acta SS. Maximae, Secundae et Donatillae, licet scriptor forte nimius fuerit in exaggerandis prodigiis et rerum illius aetatis, quae extra Africam agebantur, non adeo scitum se praebuerit. Sed certe naevi isti tanti non sunt ut eos apud scriptorem aequalem aut supparem, qui magis pietatem sectaretur quam doctrinam, reperiri adeo mirandum videatur.

7. III. S. Fabii Passionis hanc epitomen Martyrologio suo ad diem 31 Julii intexuit Ado: *Caesareae, passio sancti Fabii martyris. Qui cum ferre vexilla praesidalia recusaret, primum diebus aliquot in carcerem trusus est: deinde productus sistitur ante tribunal. Interrogatus semel et iterum, in Christi confessione perdurat: et mox a furibundo judice capitali sententia condemnatur. Post haec, inhumatum corpus custodiri jubetur: quod post triduum reticulo insutum, in maris profunda, seorsum caput, seorsum cadaver immergitur. Sed Domini virtute rescisso reticulo, membra capiti revocantur, et scapulis cervix cum indiciis passionis adjungitur. Atque ita suae integritati redditum corpus, unda blandiore ad Cartenianum litus evectum, condigno cultu a fidelibus tumulatum est.*

8. Ipsa Acta unde haec desumpta fuerint reperire non potuit Bollandus (5). At paulo post apographum Passionis S. Fabii ex codice quodam Moissiacensi exscriptum Parisiis ad socios suos attulit Papebrochius (6), quae Sollerio *non gravis narrationis speciem, sed potius luxuriantis calami stylum exercentis adornationem sapere* videbatur, *qua nimirum Adonis elogium oratorie amplificatur* (7), ac proinde *dignam prorsus non esse* judicavit *quae inter Acta connumeretur, aut tali*

(1) Cfr. Cellarius, *Notitia orbis antiqui*, part. III, p. 78. — (2) Cfr. Morcelli, *Africa Christiana*, tom. I, p. 133. — (3) Mansi, *Conc.*, tom. IV, pp. 266, 265. — (4) Sagaciter tamen nobis suggessit eruditus quidam vir Typasium latere sub nomine *Revocati*, qui in Martyrologio Hieronymiano ad diem 10 januarii, id est IV idus januarii, annuntiatur (cfr. *Act. SS.*, tom. I Jan., p. 602). — (5) *Act. SS.*, ad d. 31 Julii, tom. VII, p. 179, n. 3. — (6) Ibid., p. 180, n. 7. — (7) Not. ad Martyrologium Usuardi, 31 Jul. (*Act. SS.*, tom. VI Junii, part. II, p. 473.)

nomine veniat, utpote mera dictio, quae verboso magis panegyristae aut concionatori quam serio historico conveniat, hinc inde etiam ab Adoniano sensu aberrans (1). Itaque eam prorsus supprimendam censuit. Sed ut severum hoc judicium Sollerii quoad cetera etiam de Passione, quam praeter codicem Parisinum lat. 5306 exhibuerunt nobis et codices item Parisini lat. 5323, 17002 et Nov. Acq. 2180, proferri posse concedamus, at prorsus denegandum est illam *hinc inde etiam ab Adoniano sensu aberrare:* nulla enim vel minima hujusmodi discrepantia in ea notanda venit. Itaque vel Moissiacense apographum ab hac Passione non parum diversum fuit, vel nimis leviter illud legit Sollerius.

9. Sed neque, quod spectat ad hanc Passionem prolixiorem, illi parti censurae Sollerianae adstipulari fas nobis est, ubi dicitur secundum Adonis elogium confecta esse. Nimirum inprimis advertendum est codices 17002 et Nov. Acq. 2180, ubi Passionem S. Fabii legi diximus, exaratos esse saeculo X. Jam vero in ea Passione occurrunt nonnulli munerum tituli aetati martyris recte convenientes (2), quos in Adoniano compendio frustra requiras. Hos a scriptore qui extremo saeculo IX vel ineunte vixerit, tam apposite introductos fuisse prorsus incredibile est. Praeterea ex fine Passionis (3) patet eam a Cartennensi indigena conscriptam esse, qui et civium suorum pietatem erga sacras exuvias, quas sibi divinitus collatas existimabant, et contentionem exortam inter eos et Caesarienses, qui suum sibi deberi conclamabant martyrem, disertissime testatur: quae sane religionem christianam quo scribebat tempore in ea regione florentem demonstrant; id autem rursus a post-Adoniana aetate alienum est.

10. Censemus itaque hanc Passionem concinnatam esse saeculo IV vel V. Quod autem scribendi genus in ea deprehenditur ex una parte satis rude et barbarum, ex alia vero rhetoricis ampullis ad nauseam turgidum, nemo rursus apud Africanum scriptorem illius aetatis admodum mirabitur.

I. PASSIO SS. MAXIMAE, SECUNDAE ET DONATILLAE.

Passio sanctarum virginum Maximae et Secundae et Donatillae, quae passae sunt sub Maximiano imperatore * et Anolino proconsule IIII kalendas augusti.

* *cod.* imperatorem, *et in margine add.* et Gallieno

1. In illis diebus Maximianus et Gallienus imperatores litteras miserunt per omnem illam provinciam ut christiani sacrificarent in possessione * Cephalitana (1). Anulinus vero

* *cod.* passione

(1) Tom. VII Julii, p. 180, n. 7. — (2) Quibus subjectae sunt adnott. 4, 5, 6. — (3) Numm. 10, 11. — (1) Quisnam hic locus fuerit, ut diximus supra (p. 108, num. 5), definire nequivimus. Quod si quis putaverit *possessionem* illam *Cephalitanam* fuisse vicum quendam suburbanum Thuburbitanae civitatis, ad quam civitatem pertinerent decurio et duoviri modo indicati, huic opinioni non adeo refragari ausim.

proconsul ingressus est, hora scilicet vespertina. Qui sexta noctis hora surgens, quendam decurionem vocavit ut Modaticium et Archadium magistratus (2) adduceret. Qui cum venissent, jussum est eis a proconsule ut universos [ad]scirent christianos. Qui statim miserunt privatos officiales (3) ad publicam exhibitionem christianorum. Et cum circa horam diei tertiam proconsul pro tribunali (4) sedisset (5), omnes christiani in eadem possessione congregati sunt. Et adstantibus universis, Anolinus proconsul dixit: *Christiani estis an pagani* (6)? Quod omnes dixerunt: *Christiani sumus.* Anolinus proconsul dixit: *Maximianus et Gallienus, pii et augusti imperatores, litteras ad me dare dignati sunt ut christiani omnes veniant et sacrificent; qui autem noluerint et eorum praecepta non audierint, diversis tormentis et cruciatibus puniantur.* Tunc timuerunt valde universi sibi et uxoribus suis, et etiam juvenes et virgines; inter quos etiam fuerunt presbyteri et diacones cum universo clero. Qui omnes prostrati adoraverunt execrabilia idola (7).

2. Erant autem ibi virgines speciosae et castimonialae * duae, Maxima et Donatilla. Campitana (8) vero clamare

* *ita cod.*

(2) *Magistratus* proprie dicebantur *duoviri jure dicundo.* Cfr. Marquardt et Mommsen, *Handbuch der römischen Alterthümer*, tom. IV (ed. II), p. 154. — (3) Apparitores hic videntur designari qui mandatis duumvirorum exequendis deputati erant; *officialis* autem *publici* vocabulo, quod in sequente numero occurrit, unus eorum qui ad *officium* proconsulis pertinebant. — (4) " *Pro tribunali* idem est ac in tribunali, quemadmodum dicimus *pro suggestu* „. Ita Forcellini, ed. de Vit., in v° *tribunal*, 5. Sed non ita accommodari potest haec interpretatio ad alium hujus Passionis locum (num. 5), ubi bis dicitur proconsul *protribunal ascendere*, nisi id attribuatur scriptoris inscitiae, qui scilicet ex locutione *pro tribunali* sedere substantivum nomen *protribunal* effinxerit. — (5) De frequente usu illius locutionis *pro tribunali sedit* in Actis sinceris martyrum, cfr. Edm. Le Blant, *Les actes des martyrs*, § 59 (p. 145). — (6) Hac voce a proconsule significatos esse idololatras, prorsus incredibile est. Apud christianos vero eam in usu fuisse saltem ineunte saeculo IV colligitur ex epitaphio Catanae posito Juliae Florentinae infanti ante obitum Constantini *(Corp. Inscr. Lat.*, tom. X, p. 729, n. 7112), ubi haec *pagana nata et... fidelis facta* legitur. — (7) Apostasia hujusmodi universalis totius alicujus civitatis non semel memoratur in historia ecclesiae Africanae. Cfr. Paul Allard, *Histoire des persécutions pendant la première partie du III[e] siècle*, p. 312-17, et *La persécution de Dioclétien, ses commencements*, in *Revue des questions historiques*, janvier 1890, p. 39. — (8) Nisi haec vox ab aliquo scriba corrupta fuisse judicetur, censenda est propria sermonis Afrorum. Apud hos saeculo IV *Campitae* dicti sunt haeretici nonnulli, quod in campis seu ruri conven-

coepit (9) dicens : *Omnes venimus deos adorare, et ecce sunt hic duae virgines quae neque praecepto imperatorum oboedierunt nec sacrificare volunt.* Anolinus proconsul dixit : *Nomina earum * edicito mihi.* Campitana dixit : *Maxima et Donatilla dicuntur.* Anolinus proconsul officiali publico jussit eas exhibere (10). Cumque adducerentur, adstantes (11) dixerunt : *Ecce praesto sumus* (11). *Quam interrogationem nobis cogitas facere?* Anolinus dixit : *Cujus auctoritatis es, quae imperatores pios et augustos contemnis?* Maxima respondit : *Ego sum auctoritatis fidei christianae, quam colo* (12). Anolinus proconsul dixit : *Quot annorum es?* Maxima respondit : *Numquid filia magi sum, quomodo tu magus es* (13)? Anolinus proconsul dixit : *Unde scis quia magus sum?* Maxima respondit : *Quoniam in nobis Spiritus sanctus est, in te vero daemonium se demonstrat.* Anolinus proconsul dixit : *Per Deum vivum te adjuro ut dicas mihi quot annorum es.* Maxima respondit : *Nonne dixi tibi quoniam tu magus es?* Anolinus dixit : *Indica mihi quot annorum es, si tibi constat.* Maxima respondit : *Costae membrorum tuorum confringantur. Nam ego annorum sum xiiii*^{cim}. Anolinus proconsul dixit : *Hodie illos complebis, si non sacrificaveris diis.* Maxima respondit : *Tu illis sacrifices, qui similis es * illis.* Anolinus dixit : *Imminet tibi sententia.* Maxima respondit : *Utique et ego hoc cupio et volo.* Anolinus dixit : *E[r]go praepara animam tuam ad sententiam.* Maxima respondit : *Melius mihi a te sententiam sumere quam unum et verum Deum contemnere.* Anolinus dixit : *Quid desperas? Sacrificabis an non?*

* *cod.* eorum

* *cod.* (*pro* similis es) similes

ticula sua agere consueverant (cfr. Cangii *Glossar.*, v° *Campitae).* An forte hoc loco vox *Campitana* idem sonat quod *rusticana* et subaudienda vox *plebs?* Vereor sane ne conjectura videatur audacior; sed alia interpretatio probabilis nulla occurrit. — (9) Hujusmodi clamores plebis judices adversus christianos excitantis non ita raro memorantur in Actis sinceris. Cfr. Le Blant, *Actes des Martyrs*, §§ 28 et 29 (pp. 81, 82). — (10) Paulo superius etiam sermo est (num. 1 med.) de publica exhibitione christianorum. *Exhiberi* scilicet propria locutione dicebantur rei qui ad judicis tribunal sistebantur. Cfr. ibid., § 59 (p. 149). — (11) Et hae voces *(adstare* et *praesto esse)* ad formulas rei judiciariae pertinent. Cfr. ibid., p. 153-55. — (12) Haec et aliae quaedam responsiones quae inferius leguntur, ad illarum genus pertinere videntur quas christiani judicibus referre edocti erant. Cfr. ibid., p. 95. — (13) Contumeliosa verba a martyribus in judices prolata non adeo insolita fuisse, praesertim in Africa, certis testimoniis ostendit Le Blant, ibid., p. 33 sqq.

Maxima respondit : *In Deo meo persevero; deos vero alienos non adorabo.* Anolinus dixit : *Ego adhuc patiens sum, donec invenias* * *mentem tuam.* Maxima respondit : *Mens mea mecum est; nam et Dominus confortat me adversum te : unde tu eris infirmus, ego vero fortior.*

* *cod.* inveniam

3. Anolinus dixit : *Qui ergo sunt tecum?* Maxima respondit : *Donatilla soror mea.* Anolinus dixit : *Donatilla, christiana es an pagana?* Donatilla respondit : *Adhuc daemon perseverat in te. Tu ab illo tentaris, sed alios tentare non poteris.* Anolinus dixit : *Adhuc in hac eadem voluntate perseveratis?* Donatilla respondit : *Auctoritas nostra Christus es[t], auctoritas tua diabolus est. Inter Deum et diabolum magna distantia est. Per nos Deus benedicitur, per te vero diabolus maledicitur.* Anolinus dixit : *Sacrificate vos : quia bonum est timere et praeceptum dominorum servare.* Donatilla respondit : *Praeceptum imperatoris cadet, praeceptum autem Domini manet in aeternum.* Anolinus dixit : *Considera tecum, puella, ne tormenta patiaris.* Donatilla respondit : *Tormenta tua proderunt multum animae meae.* Anolinus vero eadem die distulit, et jussit eas ad civitatem Turbitanam perduci; praece[pi]t etiam ut neque aquam neque panem sumerent. Maxima et Donatilla responderunt : *Nos cibum habemus Altissimi, tu autem cibum diaboli.* Anolinus dixit : *Date eis fel et acetum, et haec edant et bibant.* Maxima et Donatilla responderunt : *Acetum et fel valde serva tibi, et acetum confirmetur in te semper.* Anolinus autem tunc exarsit in iram et a Turbo eas procedere jussit.

4. Cumque illae surgerent et ambularent, erat ibi quaedam puella, nomine Secunda, annorum circiter xii^{cim}, cui multae condiciones sponsales evenerant et omnes contempserat, quia unum tantum diligebat Deum. Cumque eas proficisci videret, per maenianum domus suae nimis excelsum respiciens, exinde se praecipitavit, nullum habens ante oculos intuitum divitiarum parentum : omnes utique mundi hujus, ut dictum est, squalores contempsit, divitias despexit, unum concupivit, quem in aeternum invenire meruit. Ergo proficiscentibus Maxima et Donatilla a Turbo, Secunda clamabat : *Nolite, sorores, me dimittere.* Maxima et Donatilla dixerunt

ei : *Vade, quia unica es patri tuo : cui eum dimitteres?* Secunda vero dicebat : *Melius est mihi contemnere patrem carnalem et diligere spiritalem.* Maxima et Donatilla dixerunt ei : *Considera aetatem patris tui, et noli eum dimittere.* Secunda dixit : *Reddet vobis Deus, si me dereliqueritis.* Maxima respondit : *Scito quia nobis sententia praeparata est. Numquid poteris sufferre?* Sancta Secunda dixit : *Me sententia hujus mundi terrere non potest, quia sponsum quaero spiritalem Jesum Christum.* Maxima respondit : *Fragilis est caro hujus aetatis.* — *Sed sponsum ego cupio accipere qui virginitatem non corrumpit. O qualis sponsus est qui mi[ni]mas consolatur et confortat.* Donatilla respondit : *Eamus ergo, puella. Dies nobis properat passionis et angelus benedictionis obviam venit nobis.* Exierunt itaque de loco illo, et sol occubuit.

5. Et cum iterum redirent postea in civitatem Turbitanam Maxima et Donatilla et Secunda, quinto kalendas augusti, circa horam nonam Anolinus proconsul protribunal ascendit et Maximam et Donatillam sub sententia introduci (14) jussit. Cumque inducerentur, Anolinus dixit : *Vel in h[ac] civitate sacrificabitis an non?* Maxima respondit : *Jam cui promisimus animas nostras, ipsi sacrificamus.* Et proconsul iterum eadem die distulit sententiam. Alia vero die, id est iiij kalendas augusti, hora prima (15), Anolinus protribunal ascendit, et Maximam et Donatillam jussit jactari ad verbera. Maxima vero dixit : *Magnae plagae non sunt ubi caro vapulat et spiritus salvatur atque anima redimitur et confortatur.* Anolinus autem, videns annullari suam poenam, jussit testarum et calicis plagas parari et eas ibi poni. Maxima et Donatilla responderunt : *Magnum habemus medicum, qui curat plagas quas nobis infligis et animas nostras confortat. Tu quidem minoraris in poena, et nos amplificamur in gloria. Tu minoraris in sententia, et nos melioramur in Dei confidentia.* Tunc proconsul jussit eas in equuleum imponi. Maxima vero et Donatilla dixerunt : *Secundum judicium Dei est quod homo*

(14) Cfr. Le Blant, p. 148. Quae statim praecedunt verba *sub sententia* idem videntur significare quod in aliis Actis *sub voce praeconia* (cfr. ibid.). — (15) De judiciis summo mane institutis cfr. ibid., p. 59.

pro domino suo patiatur. Anolinus dixit : *Si jam defecerunt fauces earum et siccaverunt, date eis tatibam* (16) *bibere.* Maxima et Donatilla dixerunt : *Tu quidem fatuus es. Nonne nos habemus condimentum nostrum Deum altissimum?* Proconsul dixit : *Maximae et Donatillae carbones igneos super comam capitis aspergite.* Maxima et Donatilla responderunt : *Verum est quod scriptum est in lege : Transivinus per ignem et aquam, et pervenimus in refrigerium.*

6. Tunc Anolinus jussit Maximam et Donatillam in amphitheatrum deponi. Maxima et Donatilla dixerunt : *Jam hora nobis appropinquat; da sententiam quam vis* (17). Proconsul dixit : *Recedite a me, quoniam jam deficio.* Maxima et Donatilla dixerunt : *Quomodo ad unam horam defecisti? Nunc venisti et jam lassus es.* Anolinus dixit : *Maximam et Donatillam et Secundam tormentis jubemus affligi. Maximam, Donatillam et Secundam cum bestiis pugnare praecipimus.* Et illae dixerunt : *Hora prope est : quod vis facere fac* (17). Tunc proconsul jussit Fortunato venatori (18) adducere sibi ursum quem habebat ferocem, qui per duos vel tres dies non comederat, ipsumque dimittere ut has virgines devoraret. Quae responderunt : *In nomine Domini nostri Jesu Christi exsuperabimus te hodie.* Eadem autem hora Fortunatus venator ursum dimisit ferocem. Qui antequam ad Maximam sanctam properaret, coepit Donatilla ipsi dicere : *Fac quod tibi praeceptum est; noli timere.* Statimque ursus * vocem dedit, et Maxima vocem ejus intellexit; et pedes ejus bestia linxit et virgines Dei illaesas dimisit. Tunc Anolinus proconsul ex tabella sententiam recitavit (19): *Maximam et Donatillam et Secundam gladio puniri jubemus.* Et ipsae *

* *cod.* ursum

* *cod.* ipsi

(16) Hanc vocem nusquam explicatam aut citatam repperimus. Ex contextu liquet per eam designatum fuisse apud Afros aliquod genus potus conditi, quo vires patientium recreabantur ne in tormentis deficerent. — (17) *Fac quod vis,* quae formula non raro in Actis martyrum occurrit. Cfr. Le Blant, *Actes des martyrs,* p. 85. — (18) *Venatores* seu *bestiarii* vulgo appellabantur ii qui, sive ad id ob admissa scelera damnati sive mercede conducti sive virtutis ostentandae gratia cum bestiis in amphitheatro congrediebantur. Hic vero hoc nomine designari potius videtur qui hujusmodi ludorum aliquam praefecturam gerebat. — (19) Et haec formula sollemnis judiciorum erat. Cfr. Le Blant, pp. 111, 120, 167.

responderunt : *Deo gratias* (20). Et statim passae sunt. Earum vero corpora posita sunt in amphiteatro in loco exceptorio (21) ubi qui[e]verunt in pace, regnante Domino nostro Jesu Christo, qui vivit cum Deo Patre et regnat cum Spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

II. PASSIO S. TYPASII VETERANI.

* *vel* Cicabis.

Passio sancti Typasii martyris, qui passus est Ticabis *(1) sub Claudio comite III° idus januarii.

1. In temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum parva adhuc christianitatis religio fuerat et per universam propemodum terram bella surrexerant. Nam in partibus Orientis Narseus quidam nomine assumpserat tyrannidem (2), in Britannia Carausius rebellaverat (3), Achilleus Aegyptum Lybiamque vastabat (4), in partibus quoque Galliarum Bacaudae crudeliter saeviebant (5). Praeterea in Sitifensi provincia (6) gentiles, qui semper pacati fuerant et Quinquegentiani vocantur (7), direptis provincialium facultatibus atque universis possessoribus incolisque prostratis, latrocinia perpetrabant. Contra quos multi judices (8) produxerant *, et

* *leg.* processerant?

(20) Cfr. ibid., p. 237. — (21) *Locum exceptorium in amphitheatro*, in quo capite damnati decollarentur vel eorum sepelirentur cadavera, apud scriptores de antiquitatibus romanis nusquam memoratum repperimus. — (1) *Tigava* seu *Tigava castra* in Mauretania Caesariensi memorant Plinius et Itinerarium Antonini. Cfr. Bischoff und Möller, *Vergleichendes Wörterbuch der Geographie* (Gothae, 1829), p. 971. — (2) Agitur hic manifeste de Narseo rege Persarum, qui Armeniam invaserat et anno 297 a Galerio Maximiano Caesare devictus fuit. Cfr. Tillemont, *Hist. des Emp.*, tom. IV (Brux. 1732), p. 16-17. — (3) Carausius in Britannia imperio potitus anno 287, interfectus est anno 293 ab Allecto, qui in ejus locum successit. At ipse a Constantio Caesare devictus et caesus est anno 296. Cfr. ibid., pp. 6, 12, 14. — (4) Et is a Diocletiano caesus est anno 296 vel 297. Cfr. ibid., p. 15. — (5) Sed a Maximiano Augusto repressi sunt anno circiter 286. Cfr. ibid., p. 5. — (6) Paulo ante annum 277 Mauretania Caesariensis in duas provincias divisa est, quarum altera antiquum nomen retinuit, altera *Mauretania Sitifensis* nuncupata est. Cfr. Marquardt et Mommsen, *Handb. der röm. Altherthümer*, ed. II, tom. IV, p. 485. — (7) *Quinquegentanei gentiles Mauretaniae Caesariensis* memorantur in inscriptione quadam antiqua, *Corp. Inscr. lat.*, tom. VIII, p. n° 2615. — (8) *Judices* saepe vocari soliti sunt rectores provinciarum. Cfr. Böcking, *Not. dignit. Occid.*, pp. 1147, 1186.

universi cum magnis exercitibus victi perierant, in tantum ut terribili horrore nullus jam comes ad ipsas partes auderet accedere et duces, qui ad Sitifensem provinciam mittebantur, aut aegritudinem fingerent, aut veluti naufragia formidantes, in vicinas Italiae insulas residerent. Tanta erat desperatio ut Africa Romanis necata videretur imperio. Diocletianus itaque, oppressus tantorum clade bellorum, Maximianum ex Caesare fecit Augustum eumque adversus Quinquegentianos ad Sitifensem misit (9), qui edicto suo universos ad auxilium milites convocaret.

2. Tunc beatissimus Typasius, qui jam dignis stipendiis inter commilitaneos militabat (10), contempta saeculari vita totum se christianae devotioni tradiderat, ut per omne vitae suae tempus numquam omnino cum vicinis suis aut commilitonibus vel ex levi causa aut contentione diceretur * auditus, atque a praeposito (11) suo compulsus, cum diversis vexillatoribus (12) venit ad praelium. Sed Maximianus imperator ante diem pugnae donum (13) militibus voluerat erogare. Eadem nocte beatissimum Typasium Gabriel angelus visitabat et universa quae futura essent per ordinem monuit.

* *cod.* doceretur

(9) Videtur hic omnino indicare scriptor Passionis, Maximianum Augustum creatum esse quo tempore in Africam trajecit, Quinquegentaneos debellaturus. Perperam sane : etenim Augustus factus est anno 286, antequam in Galliam proficisceretur ad reprimendos Bagaudas, quod et eodem anno perfecit (Tillemont, tom. cit., pp. 4,5). Africam vero petiit anno 297 adversus Quinquegentaneos pugnaturus, qui jam inde ab anno 289 Romanos praeliis vel rapinis lacessebant : quos etiam mox profligavit (Cfr. Marquardt, tom. cit., p. 485). — (10) Legendum, ni fallor, *militarat :* nam ex superioribus verbis *dignis stipendiis* et ex iis quae statim sequuntur colligitur Typasium fuisse ex numero *veteranorum* qui, jam absoluto militiae tempore, sed nondum missione accepta, *vexillarii* nuncupari solebant, quod *sub vexillo* suo manebant, et eorum turmae *vexilla* seu *vexillationes.* Cfr. Marquardt, op. cit., tom. V, pp. 421, 448-52. — (11) Qui vexillationi veteranorum praeerat, proprie *praepositus* dicebatur. Cfr. ibid., p. 451. — (12) Legendum videtur *vexillariis* aut *vexillationibus.* Cfr. supra not. 10. — (13) Distinguendum est duplex genus *donorum* quae militibus conferre consueverant imperatores. Alterum proprie dicebatur *donativum* et erat certa summa pecuniae quae singulis militibus donabatur (cfr. Marquardt, tom. V, p. 136) ; alterum proprie dicebatur *donum militare,* id est insignia quaedam seu decora, ut phalerae, torques, coronae, etc., quae singularibus militibus et praefectis conferebantur in virtutis aut alicujus rei fortiter gestae praemium (cfr. ibid., p. 554-59 ; G. Henzen, *I doni militari de' Romani* in *Annali dell' Istituto di corrispondenza archeologica,* tom. XXXII (1860), p. 205-10). Hoc loco potius *donativum* significari videtur.

Mane autem facto, cum ad nomen faceret (14) Maximianus Augustus in campo et lectione vocitaretur (14) beatissimus Typasius, aurum de manu Maximiani accipere noluit et se Christi militem dixit (15). Cumque adversus eum Maximianus fuisset iratus, sanctus Typasius respondit : *Noli commoveri, venerabilis imperator. Si me Christo servire dimiseris, et istos barbaros sine certamine superabis, et intra hos quadraginta dies non solum de Oriente et de Galliis, sed et de Britanniis et Aegypto victoria nuntiantur* (16). Maximianus Augustus dixit : *Poteris quod desideras obtinere, si quod promittis impleveris.* Statimque eum praecepit custodiri, ut poenas lueret, si quod praedixerat non probaret. Et continuo eum praepositus cunei ejus accepit atque in ferrea vincula conjecit.

3. Alia vero die, Maximianus dum ad venationem cum septem equitibus proficisceretur, ante eum onager de silva surrexit. Quem cum pertinaciter sequeretur, in acies incidit barbarorum. Sed ut dicta Typasii beatissimi complerentur, manu sua cum paucis hostium multitudinem interfecit universosque fugavit *. Et continuo ad eum Quinquegentiani legatos miserunt, pacem petentes, et duris condicionibus succumbentes, obsides tradiderunt. Tunc Maximianus, oppressis rebellionibus et pace facta, jussit sanctum Typasium ad quadragesimum diem sub diligentia militari et sine injuria custodiri (17). Intra hos igitur dies de omnibus provinciis, ubi bella commota fuerant, Diocletiani imperatoris victoria nun-

* *cod.* fugabit

(14) *Ad nomen facere* et *lectione vocitari*. Has formulas ut rei militaris proprias nusquam explicatas repperi ; sed notum est hujusmodi donorum distributiones ita fieri solitas esse ut singuli milites nominatim vocati, officiali aliquo ex albo nomina illorum proclamante, ad imperatorem accederent, donum ex ejus manu accepturi. — (15) Videtur hic Typasius, sicut miles ille quem laudat Tertullianus in suo libello *De corona*, et sicut Maximilianus ille cujus Acta edita sunt apud Ruinart *(Act. sinc.* p. 300) et Marcellus centurio (ibid., p. 302), in ea opinione fuisse ut militiam saecularem cum professione religionis christianae componi non posse putaret. Atqui tamen jam *dignis stipendiis militaverat ;* sed forte tunc nondum christianus erat vel adhuc severiori illa opinione non imbutus ; aut certe nunc asceticum vitae genus amplexus, quippe *contempta saeculari vita totum se christianae devotioni tradiderat*, a militia deinceps prorsus abstinendum duxit. — (16) Ita codex, et paulo inferius etiam (num. 3 extr.), *victoria nuntiata sunt.* — (17) Scilicet, ut videtur, carceris molestiis solutus, *liberae* cuidam *custodiae* deputatus est. Cfr. Forcellini, ed. De Vit, v° *custodia*.

tiata sunt. Et statim Maximianus Augustus a[d] se produci jussit beatissimum Typasium atque ei honestam missionem (18) cum testimonio totius exercitus dedit.

4. Depositam itaque militiam *, sanctus Typasius ad * *ita cod.* domum suam rediens, arma et cingulum posuit atque sibi in agro suo monasterium (19) fecit et ibidem tempore infinito permansit. Igitur Diocletianus et Maximianus imperio suo, deletis gentibus, laetabantur. Sed post aliquantos annos Maximianus, quanta illi favor divinus per beatissimum Typasium praestitisset [oblitus], edictum per Africam misit, ut demolirentur ecclesiae, incenderentur divinae legis codices, turificarent sacerdotes et populi, atque omnes revocarentur ad militiam veterani (20). Eodem tempore sanctus Typasius solus in monasterio quod sibi construxerat habitabat. Tunc praepositus saltus (21) atque decurio (22) eum cum cingulo quo[d] deposuerat vel cum scuto et lanceis de eadem cellula protraxerunt atque eum Claudio, qui tunc Caesariensis provinciae dux (23) fuerat (24), tradiderunt.

(18) Dig., lib. 49, tit. 16, l. 13, § 3: *Missionum generales causae tres: honesta, causaria, ignominiosa. Honesta est, quae tempore militiae impleto datur; causaria, cum quis vitio animi vel corporis minus idoneus militiae renuntiatur; ignominiosa causa est, cum quis propter delictum sacramento solvitur.* — (19) Usurpatur hoc loco vox *monasterium* significatione primaeva, qua cellulam ab asceta solitario occupatam designabat, ut paulo inferius distinctius indicatur. Cfr. Cangii *Glossarium*, ad h. v. — (20) *Revocati* proprie dicebantur veterani, qui missione honesta militiae sacramento soluti, postea, urgente aliqua peculiari necessitate, rursus ad vexilla vocabantur. Cfr. Marquardt, tom. V, p. 376. — (21) Diximus supra (not. 11), proprio nomine *praepositum* dictum fuisse eum qui vexillationi veteranorum praeesset. Sed quid sibi hoc loco vult adjecta vox *saltus?* A conjecturis abstineo: nimis enim timendum videtur ne ista vox, sicut aliae innumerae in codice nostro, turpiter a scriba corrupta sit. — (22) *Decurio* praeerat tertiae parti turmae equitum. Singulae scilicet *turmae* triginta constabant equitibus, quibus praeerant duces tres, horum autem primus etiam totius turmae *praefectus* dicebatur, reliqui duo *decuriones* tantum. Cfr. Marquardt, tom. V, p. 337; Graevius, *Antiq. Rom.*, tom. X, p. 893-91. — (23) *Dux et praeses Mauretaniae Caesariensis*, cujus insignia et qui sub ejus dispositione essent ipsiusque officium descripta sunt *Not. dignit. Occid.*, cap. 29 (ed. Böcking, p. 86). — (24) Id est, ut opinor, *tunc... erat.* Idque inde confirmatur, quod ex iis quae mox sequuntur colligitur Typasium tunc in Mauretania Caesariensi, non in Sitifensi, habitasse. Dicitur enim (num 5 init.) Typasius a Maximiano *in Sitifensi provincia* honestam missionem accepisse, quibus verbis satis indicatur eos qui colloquebantur tunc in Sitifensi provincia non versari.

5. Quem cum Claudius comes (25) vidisset, praeposito et decurioni dixit : *Quare istum cum veste lugubri meis oculis ingessistis* * ? Decurio respondit : *Typasius iste in nostra vexillatione militabat, sed a domno nostro Maximiano Augusto in Sitifensi provincia honestam missionem meruerat, et depositis in domo sua armis in solitudinem aedificavit sibi domum in qua solus habitabat. Modo praeceptum venit imperatorum nostrorum Diocletiani et Maximiani ut omnes veterani ad signa propria revocarentur ; et convenimus istum Typasium ut ad militiam rediret, et noluit. Insuper christianum se dicit et diis, sicut praeceptum est, sacrificare contempsit. Ideo perduximus eum ad potestatem tuam, ut et militet et diis immolet.* Claudius comes dixit : *Quis vocaris vel quid agis* (26) ? Respondit : *Typasius vocor ; veteranus sum. Modo milito Christo, qui antea militaveram saeculo.* Claudius comes dixit (27) : *Quare nigra veste indutus es ?* Sanctus Typasius respondit : *Ista vestis non est nigra, sed alba. Nam christiani saccis induuntur ut remissionem peccatorum consequi mereantur. Scriptum est enim : Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur.* Claudius comes dixit : *Depone istam vanitatem et imperatorum praeceptis oboediens redi ad signa victricia* *. Sanctus Typasius respondit : *Nemo post victoriam redit ad pugnam. Ego saeculum vici et inter servos Christi nomen dedi. Christo milito, Christo servio, et pro Christo, si in me volueris saevire, sustineo.* Claudius comes dixit : *Nosti quia bestiarium merentur desertores qui signa relinquunt* (28). Sanctus Typasius respondit : *Ego non sum desertor ; nam, sicuti omnes cives mei noverunt, inculpate militavi. Honestam missionem cum voto Maximiani imperatoris accepi.* Claudius comes dixit : *Sed absolutus es legibus imperatori[s]. Licet illi emendare quod voluit. Ipse te, ut dicis, honestam missionem donavit* * ; *ipse jussit nunc oraculo sanctionis ut cum omnibus veteranis ad militiam revertaris.* Sanctus

* *sic* ingressi estis

* *cod.* victricie

* *cod.* donabit.

(25) Hac voce significatur sive titulus honoris seu dignitatis singularis et perpetuus sive, cum aliquo additamento, muneris (cfr. Forcellini. ed. De-Vit, tom II, p. 293, n. 11 sqq.). Priori sensu in hoc documento usurpatam esse satis videtur liquere. — (26) Cfr. Le Blant, *Actes des martyrs*, p. 66. — (27) Cfr. ibid., p. 160. — (28) Haec poena sane statuitur Dig., lib. 49, tit. 16, l. 3, § 10.

Typasius respondit : *Ego miles Christi sum; tibi militare non possum.* Claudius comes dixit : *Sacrifica diis.* Sanctus Typasius respondit : *Ego Christo sacrificium laudis exhibeo; semper laus ejus in ore meo. Nam lapidea et lignea simulacra non colo.* Claudius dixit : *Nescio qua desperatione ductus utrorumque imperatorum nostrorum praecepta disposuisti contemnere. Fac quod jusserunt Augusti imperatores nostri et revertere ad militiam, ne exemplo mortis tuae ceteri desertores habeant quod timere* *. Sanctus Typasius respondit : *Jam tibi dixi,* (* *ita cod.*) *ego Christo milito, ad istam saecularem vitam non revertor.* Claudius comes dixit : *Quid opus est verbis? Cingatur et accipiat arma.* Cumque a militibus cingeretur et hastilia in manu ejus ponere[n]tur, statim balteus minutatim ruptus est et hastilia ipsa confracta sunt.

6. Quo facto, comes vehementer expavit, et eum in custodiam recipi * jussit. (* *cod.* recepi) Post aliquod autem tempus, dum per civitates in conventum pergeret Claudius comes (29), in itinere secutus est sanctum Typasium, et mirabatur quod per tantum tempus in custodia positus non fuisset aut squalore aut inedia maceratus. Subito ejus strator (30), a diabolo correptus, de equo cecidit et spumans graviter vexabatur. Cum autem fugerent universi, sanctus Typasius occurrit et ei signum Salvatoris Christi nostri in fronte salutari digito posuit; et continuo strator ille liberatus surrexit et genua sancto Typasio coepit osculari. Et ex illo die Claudius comes semper illi de convivio suo escas copiosissimas dirigebat *. (* *cod.* diligebat) Quas sanctus Typasius dum acciperet, non comedebat, sed omnia pauperibus erogabat.

7. Tandem Claudius supervenit, et procedenti * illi ad (* *cod.* praecedenti) publicum, tumultus exortus est militaris, eo quod turificantibus omnibus solus sanctus Typasius contemneret imperiale praeceptum. Sed Doncius praepositus et Lucius decurio (31) fuerunt hujus seditionis concitatores, quod maxime insistebant Claudio duci ut sanctum Typasium

(29) Cfr. Le Blant, op. cit., p. 50. — (30) *Stratore* uti reservatum erat summo exercitus duci et rectoribus provinciarum Caesarearum. Marquardt, tom. V, pp. 337, 534. — (31) Cfr. supra, adnott. 11, 22.

sacrificare compelleret. Cumque Claudius comes reluctatus diu fuisset et tumultum militum sustinere non posset, sanctum Typasium perduci jussit e carcere. Quod cum fieret, Claudius comes dixit : *Typasi, consule sanguini tuo* (32) *et sacrifica diis, et pare imperialibus constitutis.* Sanctus Typasius respondit : *Non facio* (33). Claudius comes respondit : *Nisi feceris, morieris.* Sanctus Typasius respondit : *In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti libenter occidor; quia mihi vita Christus est et mori lucrum.* Sic Claudius comes cum maerore animi sententiam recitavit (34) : *Diu sustinui Typasium veteranum, ut ad militiam rediret et diis Romanis hostias immolaret. Et cum pertinaciter nollet, ego eum, deposito judicantis vigore, exhortatus sum ne periret. Sed quia in eadem superstitionis perversitate duravit et jussionibus Augustorum nostrorum parere contempsit, gladio eum animadverti placuit, ut ex ejus morte omnes discant statutis imperatorum oboedire.* Sanctus vero Typasius oculos ad caelum levavit et ita dixit : *Gratias tibi ago* (35), *Domine Jesu Christe, qui me servum tuum dignatus es de isto saeculo liberare.* Productus itaque a militibus extra civitatem, decollatus est atque in eodem loco sepultus est. Et super ipsum tumulum posuerunt ejus scutum; de quo scuto universi christiani minuta fragmina abscidentes pro sua fide rapiebant (36), et languentibus et paralyticis et daemoniacis et omnibus male habentibus superponentes, curati sunt.

8. Tunc Doncius praepositus et Lucius decurio, qui fuerant in morte martyris Typasii seditionis auctores, dum starent ante Claudium ducem, subito solutis omnium membrorum nervis ruptisque visceribus atque oculis amissis, incensi febribus et tormentis, exspiraverunt, ita ut omnes populi eorum execrarentur interitum et universi adclamarent sanctum martyrem Typasium divino arbitrio fuisse defensum. Post breve autem tempus Salvator noster Jesus Christus pro ultione ecclesiarum laborantium martyrumque suorum

(32) Cfr. Le Blant, op. cit., p. 72, 73. — (33) Cfr. ibid., p. 81. — (34) Cfr. ibid., p. 121. — (35) Cfr. ibid., p. 237-38. — (36) Cfr. ibid., p. 253-56.

Diocletiani et Maximiani ademit imperium. Nam quotiens accipiebant diademas et purpuras, confestim graviter vexabantur, ut nec cibum caperent nec somno reficerentur nec respirare nec super genua sua consistere aut vivere penitus potuissent; quotiens autem privati fuissent, recipiebant invalidi sanitatem (37). Cum autem se vidissent multo jam tempore tali contagione tabescere, sponte sua deposuerunt ornamenta regalia, quod nec antea nec postea factum est, manu sua qui eis successerant tradiderunt, et in possessionibus suis, imperantibus aliis, privati vixerunt. Sed Maximianus, qui persecutionis hujus fuerat princeps, dum su[b] praetextu inimicitiarum Maxenti[i] filii sui Constantino imperatori genero suo pararet * insidias, detectus per Faustam filiam suam, quae dolo marito renuntiaverat, profugit Massiliaeque oppressus, [ea] causa Constantini jussu * est peremptus; ut de omnibus sanctus martyr Typasius doceatur de judicio vindicatus.

* *cod.* paratas

* (C. j.) *cod.* Constantino justus

Tertio iduum januari[ar]um (38) requievit in pace. In cujus defensione semper adfuit Deus et Jesus Christus filius ejus et Spiritus sanctus, cui est honor et gloria, virtus et potestas in saecula saeculorum. Amen.

III. PASSIO S. FABII VEXILLIFERI (1).

Passio beatissimi Fabii sancti [1] martyris [2], qui passus est in civitate Caesarea [3] (2) sub Diocletiano et Maximiano consulibus [4] die pridie [5] kalendas augusti [6].

1. Cum martyrum gloriae passionibus adquisitae recolun-

Tit. — [1] *om.* 2, 4. — [2] Christi *add.* 4. — [3] (in c. C.) *om.* 2, 4 — [4] imperatore 4. — [5] (d. p.) *om.* 2. — [6] (d. p. k. a.) *om.* 4; (Passio-aug.) Passio sancti Fabii martyris, quae est II kalendas augusti 3.

(37) Haec scilicet rumore populari apud christianos ferebantur. — (38) Anno circiter 304. Nam, ut notum est, anno 303 latum est decretum persecutionis de quo supra num. 4, et anno 304 persecutio maxime in Africa saeviit. — (1) Ex codicibus Parisinis Nov. Acq. lat. 2180 (1), lat. 17002 (2), lat. 5323 (3) et 5306 (4). Sed permulta menda manifesta, quibus ex librariorum inscitia scatent 1, 2 et praecipue 4 singillatim notare supervacaneum duximus. — (2) Caesarea scilicet in Mauretania

tur, et beato certamine edita reserantur felicium monumenta virtutum, et debitum honorandis martyribus redditur, efficiuntur piae mentes exemplorum incentivis armatae, [ut] etiamsi martyrium non potuerint adipisci, adparticipium [1] triumphantium mereantur honorando martyria promereri [2], ut quorum triumphis ascisci [3] cupiunt conscientiae voluntate, non imparem sumant ex devotione mercedem. Nam si pessimis factis animum tantummodo commodare peccare est, quomodo non optimis voto communicare virtutis est? Et cum Deus omnipotens judicem se non solum factorum insinuet, sed etiam et votorum, cur non piissimum votum in martyribus semper intentum conciliet gaudium [4] beatorum, sancto David approbante: *Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus?* Hoc autem stilo devotionis adscitus, sancti Fabii martyris venerabilem passionem rei ordinem [5] prosecutus expediam et factis singulis roborem quoque veritatis adsignem; et quamquam facundiae copiis et eloquentiae cothurno haec digna sunt [6] recenseri, tamen in dono [7] Dei pro modulo pauperioris ingenii duo minuta quae habeo non negabo, volens, si ita est, notam temeritatis locuturus incurrere quam silentio male caute [8] peccare: ut etsi sermo in arte delinquat, votum in officio non offendat, dummodo quod scientiae minus est, conscientiae non decedat [9].

2. Erat igitur Fabius beatissimus hic Christi juvenis generosae stirpis beatiori lare progenitus, sed nobilior tunc potissimum extitit cum augustus martyr effulsit. Quattuor illo tempore principibus imperantibus saeculum gerebatur [1], Diocletiano et Maximiano Augustis, Constantio et Maximiano (3)

Num. 1. — [1] ad participium 2, 3, 4. — [2] promoveri 2, 3, 4. — [3] adscieri 2, 3, abscidi 4. — [4] gaudio 2, 3, 4. — [5] ordine 3. — [6] sint 2, 3, 4. — [7] dona 3, 4. — [8] cauta 1, 3, 4. — [9] decidat 3, 4.
Num. 2. — [1] regebatur 3.

Caesariensi : nam civitas in litore maris sita indicatur (infra numm. 9, 10) et corpus S. Fabii *longa per aequoris spatia a Caesariensis pelagi regione ad Cartennitanum litus* advectum (num. 10 ante med.). Cartennum autem Caesarea octoginta chiliometris distat ad occidentem (cfr. tab. III ad calcem tomi VIII *Corp. Inscr. lat.*). — (3) Galerio scilicet, qui Maximiani cognomen assumpsit quando

consulibus [2]. Ex his unus, qui Orientis partibus praesidebat, mittit ad socios suos per diabolum scripta feralia, ut beatum Fabium a christianorum castris ad turificationis nefas compellerent (4), et [3] unius veneno cunctorum mentes inficiens, odium christiani nominis crudelis ingenii exercendum [4] esse censuerunt. Ibat per campum saeculi edictorum feralium saeva tempestas, et mundi facie aequa praeceptionis caligo praenubilans, fidei solem perfidia noctis obscurabat. Ferebatur velut in diluvio saeculi arca fidelium; hinc persecutionis jactata turbinibus, illinc nefariis flatibus perturbata, inter profanorum cautes et scopulos perfidorum non sinebatur anchoram tutae stationis securitati committere. Fremebat horrisonis [5] rabidus leo rugitibus, et immanis bestia ora crudelia vastis ictibus rictibusque frendebat. Indicit ergo fidei campum infausta perfidia, et quasi e summa mundi arce tuba sacrilegii percrepante christianam militiam provocabat ad pugnam. In libertatem vocatis negabatur ipsa libertas, nec invenire animam suam poterat nisi qui eam pro Christo Domino ponebat [6]. Domino et magistro nostro dicente : *Qui perdiderit animam suam propter me, inveniet illam.*

3. Sed hic Fabius noster, inclitus miles et martyr invictus, qui se sciret amorem caeli praeferre ambitionibus mundi, fidei armis emicuit, et militiae saecularis dando repudium, ad invictricia castra statim signa convertit, et qui didicerat ex evangelio duobus dominis non posse servire, soli Deo maluit, spreto diabolo, famulari. Nam cum dies festiva, non diabolo sed martyri gloriosior, illuxisset, essetque tunc ad celebranda infausta sollemnia procedendum, inter ceteros, quos suis parere necesse erat officiis, etiam hunc florentissimum juvenem, virtutibus potius quam aetate [1] pollen-

— [2] *ita omnes codd. leg.* Caesaribus. — [3] *om* 1. — [4] exerendum 2. — [5] horridis sonis 1, 4. — [6] perdebat 2, 4.
Num. 3. — [1] (v. p. q. a) *om.* 1.

Caesar renuntiatus est. — (4) Manifeste hic sermo est de generali persecutionis edicto Nicomedia anno 303 ad omnes imperii Romani partes misso.

tem, ad circumferendum vexillum [2] gestamina signorum gradus militiae praesidalis [3] obtulerat. Ecce itaque, dum praeco argutis vocibus crebriter insonaret et singulos actus sui memores tumultuosis clamoribus in directione pompae executionalis arceret, dedere [4] singuli operam et propria negotia sollicite [5] securare deproperant [6]. Tunc ille vir sanctus, talia secum corde volutans, interioris hominis vota concepta medullitus exteriori mandavit [7]. *Heu me*, inquit, *Fabi, et huic pesti ad capessenda sacrilegia processurus in obsequium comitaris et sacramento facinoris, si tamen* [8], *etsi non consentaneus, certe conscius, obsecundator adstabis? Audies* [9] *edicta feralia; etsi non libens, tamen non videnda videbis. Feres adhuc figmenta sacrilegarum imaginum, qui ex baptismo crucis Christi portas triumphale* [10] *vexillum? Absit, absit,* inquit, *a nobis, quia ego meo collo veham vel ulterius manu contrectem. Hic jam nobis* [11] *nullus est locus, ubi Pater relinquitur Deus, negatur Christus et amittitur Spiritus sanctus. Eia, eia, anima; quicquid illud est quod potest in perniciem corporis demoliri crudelitas, ferto constanter, nec in luctationem* [12] *futuri certaminis deseras carnem, quam plerumque parem tibi effecit* [13] *terrena fragilitas, sed communiter cum ea partire virium fortitudinem. Habeto in hac congressione consortem cum qua exspectandam tibi noveris in illa die remunerationis mercedem.*

4. Hac igitur se exhortatione confortans et secum locutus in pectore, promptum ad passionem spiritum feliciori conscientia pruritabat. At ecce subito praeconis clamor increpuit et semiplenus [1] vociferando sermonibus processum judicis (5) intimavit; statimque de remotiori parte praetorii profanus praeses exivit. Praecedit judicem suum obsecundantium

— [2] (c. v.) circumferenda vexilla 2, 3, 4. — [3] praesidialis 3, 4. — [4] *om.* 2. — [5] solliciti 2, 3, 4. — [6] (s. d.) cura reddere properant 3. — [7] mandabit 1 *(sed passim in hoc codice scripta occurrit littera* b *pro* v), mandabat 2, 3, 4. — [8] (si t.) tum 2, 4. — [9] Audiens 2, 4. — [10] triumphalem 1, triumphales 2. — [11] (j. n.) n. j. 2, 3, 4. — [12] luctatione 2, 4. — [13] efficit 3, et fecit 2, 4.

Num. 4. — [1] semiplenis 2, 4.

(5) Cfr. supra, p. 116, adnot. 8.

longa deductio, admoti fasces [2], intenti lictores et purpurati praeibant praesidem diversis meritis sacerdotes; atque ille, omnibus se in diversis actibus aptantibus, substitit et ab obsequio pedem retraxit. Cumque insistente officii (6) principe juberetur beatissimus Fabius praesidialia signa gestare [3], gloriosa ilico prorupit in voce: *Quousque*, inquit, *et haec portenta gestabo aut vehendas accipio imagines mortuorum? Ultra non patiar; non feram fusa auro figmenta. Fuerit licet stultitiae ut his vanissimis superstitionibus militarem; jam nunc mihi christiana est cordis [4] militia et divinis castris invigilans sacris inhaerebo semper excubiis. Jam dudum magna et vera prospectans, pompam saeculi scitus irrideo, non ignarus quod consulto despiciam, non nescius pro certo [5] quid [6] teneam. Reddidi Caesari officium temporale; nunc me ad aeternum judicem toto animo corporeque converto. Altera me castra desiderant, quae ipse semper optavi. Hic regalis tiro aliquamdiu famulatus sum; illic mansuris [7] perpetim stipendiis promovebor.*

5. Haec illo fiducialiter profitente, omnis illa agminis multitudo suspensa est. Praeses (7) obstupuit, et totius provinciae universale concilium in verba martyris ex ore indicantis attenti expectabant judicis motionem in eum saevire tormentis et [in] Fabium crudelitate ardere. At ille, subtili lenitate [in] lenocinium patientiae diabolica fraude commotus, tradi [1] martyrem jubet in carcerem, scilicet ne repentina confessionis eruptio non ex animi sententia sed fortuitu casu tempestivae sugillationis emergeret, existimans [2] non venisse de meditato consilio quod utique diutissime maturatus jam sermo signaverat. *Habeat*, inquit, *eum interim*, nequissimus judex, *custodia carceralis; mandetur in imo* [3] *obstrusus ergastuli; labefactetur elata cervix nexibus stridentium catenarum;*

— [2] (a. f.) admotae faces 2. — [3] gestaret 2, 4. — [4] cordi 3. — [5] (p. c.) praecepto 2, 4. — [6] quo 1, 2, 4. — [7] mansurus 2, 4.
Num. 5. — [1] trudi 2, 4. — [2] aestimans 2, 4. — [3] ima 2, 3, 4.

(6) Id est cohortis officialium. Cfr. Böcking, *Notit. dignit. Orient.*, p. XIII; Le Blant, *Actes des martyrs*, p. 121 sqq. — (7) Rector provinciae Mauretaniae Caesariensis proprio titulo *Dux et Praeses* dicebatur. Cfr. Marquardt, tom. IV, p. 485-86.

manus noxialibus[4] *vinculis arceantur*[5]. *Forsitan ab inceptis ausibus paenitebit, et mentis recuperans sanitatem, sibi hunc errorem deposcet ignosci. Si vero in hac praesumptione permanserit, competens fertur in rebelle caput debita ultione*[6] *sententia, poenam a principibus, quos mortuos dicere non timuit luiturus.* Accipiunt ergo laetum abdita carceris confessorem, mox caelo gloriosum martyrem redditura; sed constans illa amoris dominici fortitudo lucrum sibi magis gratulabatur afferri, quod faenore patiendi sciebat se ad praemium properare martyrii. Heu, diabole, in contrarium gratularis, sed nescis. Dum putas martyri ad poenam posse proficere[7] injuriam carceralem, fecisti eum in saeculo positum saeculum non videre. Obsidio illa teterrima[8] quaesita custodiae[9] praesagia prima sunt aucupata victoriae. Debuit enim differri martyris votum, ut per ordinem passionis[10] robusta fides mereretur adipisci martyrium. Minus autem haberet gloriam[11], si non videretur per ordinem martyrii cucurrisse, cui momentaneus mortis incursus et quasi inopinatus eventus auferret multum titulis triumphalibus[12] gloriae.

6. Paucis igitur exactis diebus[1], ad specialem confessionis agonem ex ferali custodia praeside jubente producitur. Sistitur ad tribunal (8) et[2] gaudens in eo quod communicaret in aliquo passionibus Domini, eo magis arripuit fiduciam confitendi[3]. Interrogatus semel atque iterum, in eadem devotione permansit. Loquebatur coram praeside testimonium Christi, qui se praesumebat non posse in ejus confessione confundi. *Fabi*, inquit praesul ille, *consule tibi* (9). *Cur contra rerum dominos et principes nostros malefidus obniteris et nihil profuturo consilio incassum tibi inanis gloriae argumenta componis? Cernis septum te ab utrisque*[4] *tormentis; aspicis diversis vallatum te esse suppliciis. Nunc in corpus tuum omnis carnificum poena grassabitur; nunc inter poenas evisceratus, hunc*

— [4] noxalibus 2, 3, 4. — [5] artentur 2, 4. — [6] ultionis 2, 3, 4. — [7] (sed nescis-proficere) *om.* 1. — [8] deterrima 2, 3, 4. — [9] custodia 2. — [10] *om.* 1. — [11] gloriae 3, 4. — [12] (t. t.) tituli triumphalis 3.

Num. 6. — [1] (e. d.) d. e. 2, 4. — [2] *om.* 3. — [3] confidendi 2, 3, 4. — [4] utriusque 3.

(8) Cfr. Le Blant, ibid., p. 151-52. — (9) Cfr. ibid., p. 72-73.

pertinacem spiritum et obstinatam animam tortus expones, atque laniatus membratim inter cruciamenta deficies. Spondeo culpae praeteritae veniam, si errorem tuum protinus fatearis. Atque ille beatissimus martyr, qui tot palmas quot promittebantur supplicia devotionis speculo numeraret: *A proposito,* inquit, *meo, si verum cupis audire, nulla ratione divellar; nec potuerunt me quaecumque minitaris terrere tormenta. Signa adprehendi aeternae militiae, quae vos non meruistis agnoscere. Mortale hoc corpus fustibus frangas, plumbeis tundas, ungulis radas, flammis exuras, laminis discoquas, feris abdices, cruci adfigas, gladio confodias, culeo insuas, profundo dimergas. Mihi vivere Christus est et mori lucrum, per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo. Nunc inter supplicia defecisse vicisse est. Si lenior poena fuerit quam iratus infixeris, facilis erit et ipsa tolerantia passionis; si furialibus* [6] *excitatus stimulis supplicio saeviori* [7] *bacchaveris* [8], *quantum erit grave tormentum, tantum celerrimum infert moriendi compendium. Quae irrogaveris libentissime sustinebo, vicissim tot praemia quot supplicia irrogaveris recepturus. Minorem sane facies gloriam meam, si non atrociter fueris excitatus ad poenam, sed plane cito me dirigi facias ad coronam.*

7. Tunc his exasperatus vocibus intrepide confitentis [1], et provocantis verba rimatus [2], non quasi tormenta despiciens, sed trophaeis invidens, quibus se sublimandum potius testabatur, jam non distulit ultionem, existimans [3] minus gloriosum posse fieri, si inlaesum jussisset occidi, quem constanter senserat pro Christo poenis omnibus velle torqueri; quasi vero poterat istius deputari clementiae, qui ideo martyrem distulerat, ut acrius desaeviret, et non hoc magis [4] divinae fuerit indulgentiae beneficium, quae non est passa devotum virum subici prolixiori exitio tormentorum. Utitur compendio saevientis, sed majori artificio veritatis; et ultra omnem excitatus insaniam, dictavit in

— [5] crassatur 1. — [6] furiabus 1, 3, 4. — [7] severiori 2, 3, 4; (s. s.) supplicior sevior 1. — [8] bacaberis 1, vacaberis 2, 3, 4.

Num. 7. — [1] confidentis 2, 4. — [2] rimatur 3. — [3] aestimans 2, 4. — [4] (h. m.) m. h. 2, 3, 4.

martyrem crudam animadversionis sententiam, atque, ut verius dixerim, dum inaudita supplicia magisterio[5] furoris exagitat, interrupto paene jugulationis elapsu, quid[6] pronunciaret judex ipse nescivit. Denique post secuta immanitas[7] docuit nescio quid inclitum[8] esse quod jusserat. Nam qui mortuo non pepercit, vivum se non crudeliter laniasse paenituit.

8. Mox siquidem ut[1] ultimum sententiae sermonem furor[2] explicuit siluitque judicis os profanum, statim[3] carnifex cucurrit ad gladium et juxta judicis motum perniciter ministerium[4] crudelitatis exercuit. Sternuntur ilico membra[5] amputato capite trunci cadaveris; et quasi suspecta esset de occiso saevitia, jubet corpus exanime armatorum cuneis custodiri. Sed dignum mortuo testimonium perhibetur, quando in custodiendo corpore et is qui persequebatur obsequitur. Ad instar dominicae sepulturae ab inimicis custodibus insepultus martyr ambitur. *Insepultus*, inquit[6], *custodiatur*[7]. Quasi vero pertinere posset hoc ipsum ad martyrem aut jam peremptum posset iterum judicare post mortem; aut quia vivum nullo potuit terrere supplicio, quid nocere potuit[8] insepulto, et dum nullus sensus possit[9] esse cadaveri quando jacturam possit sustinere sepulcri? Excessisti limites, saeviendi perfidia. Parcunt ferae saepe occisis et subjecta laniatibus suis morsibusque cadavera quasi sacrum quoddam immanis rabies expavescit, et quamvis ferocia vel fame cogantur, nesciunt exanimata membra contingere. Tu[10] crudelior extitisti in mortuum, et quasi paeniteas tumultuose tulisse judicium, iram tuam in cadavere[11] exaggeras et cum mortuis membris[12] luctaris, et putas te corpus posse punire[13], quod post mortem jam noverat ex tuis crudelitatibus nil timere.

9. Ecce autem in furore mens profana recruduit et adver-

— [5] misteria 2, ministeria 4. — [6] qui 2, 4. — [7] tormenta *add.* 3, 4. — [8] illicitum 2, 3, 4.

Num. 8. — [1] *om.* 1. — [2] furore 2, 4. — [3] statimque 1. — [4] mysterium 3. — [5] *om.* 1. — [6] inquam 3. — [7] custoditur 3. — [8] poterat 2, 3, 4. — [9] posset 2, 4. — [10] Tunc 1, 2, 4. — [11] cadaver 2, 4. — [12] mortua membra 1. 2, 4. — [13] (p. p.) puniri posse 2, 4.

sus peremptum corpus immanitatis studiis efferascit. Jubet post triduum insui sacra membra reticulo et inter caput et reliquum corpus novum mandat fieri consilio ferociori discidium, atque in ulterioris vasti gurgitis fluctus schismatica separatione jactari. *Adplicetur*, inquit, *armata triremis; electi juvenes salis obluctantia subacturi fragmina dirigantur; ferantur usque ad defectum visus membra per aequora, donec latebrae evanescentes claudant obtutus. Cumbae sutilis utrumque expeditum latus inremiget, spargatur* [1] *in fluctibus, ponto mergatur. Hic proiciatur caput, illic membra jactentur; moles saxeas adhibete pro pondere, ne* [2] *umquam pelagi dimersa latibulis membra respirent; caput recondant in abyssi* [3] *latentium vadis foramina cavernarum, membra vero aut beluarum pastibus insumantur, aut scopulis acutis infixa et exagitata fluctibus in frusta dissiliant. Quod si forte aestu pelagi vastiori vaga membra umquam fuerint ejecta litoribus, soluta in fluxu* [4] *membra sui agnitione fraudentur. Sine capite truncus aut exul sepeliatur aut naufragus, nulla remaneat in lineamentis veritas ignoti cadaveris, ne nos fecisse videamur martyrem christianis.* Falleris, inimice, falleris; decepit te saevitia tua. Sic fundendi corporis argumenta distribuis, quasi vero [5] legem possis dare profundis, aut jubere in mari poteras, cui tam funesta mandabas. Ecce, quod non potuisti grassari [6] in vivum, saevis in mortuum. Si potes, ipsam animam revoca, quae in gremio est Domini constituta. Quicquid in perniciem corporis machinaris irridet. Sed digne martyri nostro ista proveniunt [7], ut omnia de passionibus dominicis degustaret. Tunc enim cum Dominus pateretur et in manibus Patris tradidit spiritum, corpus exanime lancea militis perforavit; nunc vero simili sacrilegio martyris membra miles in fluctus abjecit. Sed quemadmodum in latere Domini nihil profecit plaga vulneris ad dolorem, sic nec martyris corpus aliquid ex his potuit sentire post mortem. Accepit ergo cymba, mandanda pelago, gestamina insueta vectura, et quae solebat

Num. 9. — [1] pergatur 2, 4. — [2] (a. p. p. ne) *om.* 1. — [3] (in ab.) invisi 2, 4. — [4] fluxum 3. — [5] *om.* 3. — [6] crassare 1. — [7] perveniunt 3, pervenerunt 2, 4.

litoribus marinas opes afferre, didicit ex litore peregrino pretiosas Christi merces advehere. Quotiens autem incitata remis avertit prora latere inclinato navigium[8], incumbunt torosis brachiis juvenes, franguntur aequora, remis vertunt[9] spumas et validis nisibus in fluenta torquent[10] globos aquatiles, haesit in limine immota navicula, officium suum[11] carina negavit. Vix aliquando tandem, ne secure martyris gloria protelaretur[12], rupit vincula fortitudinis; et ubi ad pelagi dorsa perventum est notionemque sui longior[13] discussus peregrinatione celavit, alio deorsum caput[14], alio membra pondere gravata projecta sunt, et a societate sui artus emortui separati merserunt.

10. Vixdum martyris corpus immensus gurges excepit et nefas suum profanus executor explicuit, officium suum elementa praebuerunt et succedit in locum hominum obsequium competens abyssorum; et quod negaverat humana crudelitas, fluctuum devotio et martyris experta fides exhibuit. Sed ecce Deus, plasmator humani generis et artifex mundi, qui Ezechielis temporibus arida in campo ossa et diuturni situs corpora jacentia atque cunctis naturalibus instrumentis[1] egena in compage corporis, superductis nervis carnibus cutibusque et virtutibus[2] cum augmentationibus[3] disposuit, nunc exuta membra reticulo glorioso capiti revocavit. Adhaesit humeris caput, scapulis cervix; et quasi incisurae plagae fuissent membris assutae, sic nec caput a corpore nec corpus a capite segregatur; et reddidit corpus integritati suae Dominus, quod per invidiam separaverat inimicus. At ne ad illud litus corpus ejectum, persecutoris iterum saevitiae redderetur, longa per aequoris spatia a Caesariensis pelagi regione ad Cartennitanum litus famulantibus undis advehitur et ignotis populis notior martyr per indicia vulneris publicatur. Interea fulcri ad modum molliores undae mare placidum corpori sacrato prosternitur

— [8] navigio 2, 4. — [9] verrunt 2, 4. — [10] contorquent 3, 4. — [11] *om.* 1. — [12] protelarentur 1, (g. p.) gloriae protelarentur 2, 4. — [13] longiori 3. — [14] (a. d. c.) *om.* 1.
Num. 10. — [1] strumentis 1. — [2] virtutis 3. — [3] augmentatione 2, 3, 4.

et delicatis membra vectaculis aurae blandientis susurramine deferuntur. Haeserat tumor fluctus, piger steterat cursus undarum, et campi faciem praeferebat pelagi aequata planities; non erexit undas in cumulum, non illisit fluctus in fragmina, non spumis incanuit aut inter caeruleos vertices albicavit, ne aut reparatam divinitus videretur corporis rupisse concordiam aut compage[m] nuper conciliati cadaveris ad litus perduceret dissipatam [4], et quod persecutor iratus profundo dimersit, litoribus blandiens fluctus exposuit. Gratias tibi, mare, gratias laboribus tuis; gratias tibi, omnipotens Deus, qui imperas elementis. Qui nobis per maria peregrinas merces advehere jubes, nunc et martyrem mutatis officiis ad nos fecisti pergere. Per te externo [5] vana saeculi carpebamus; nunc alterius regionis martyrem per te habere meruimus. Jam non mirabimur exhibuisse te inter fluctus transeuntibus Dei populis commeatum et de persecutoribus tulisse judicium, cum acceptum martyrem non nexibus obvolvis algarum, non dissicis [6] acumine cautium cultrisque saxorum, non aggeribus obruis arenarum nec visceribus tuis retentas inclusum. Sed quin immo in eo agnoscimus tuae devotionis obsequium, quia quem [7] dispersum membris acceperas, integri corporis plenitudinem reddidisti; et nisi quia non es permissus ulcisci, non volueras, credo, persecutorem ad litus in tempore proprium non reverti.

11. At ecce plebs ibi [1] Caesariensis in devotionis fervore incaluit, et ex conlato nobis munere zelo religionis stimulata concurrit, reddi sibi cupiens corpus humatum, quod apud se hostis fidei damnaverat insepultum. Fit par super hanc devotionem contentio et [2], utriusque studiis religiose certantibus, gratia pietatis rixa committitur. *Martyrem,* inquiunt, *nostrum revocate;* quasi vero [3] probaverant se aliquid perdidisse aut proprium poterant judicare quod non sinebantur, prohibente sacrilegio, retinere. Est tibi, Caesarea, si ita est, causa cum fluctibus. Repete pium pelagus, fideles undas

— [4] dissipatum 2, 4. — [5] aeterno 1, 3. — [6] id est separas *add. supra lin.* 3. — [7] cum 2, 4.

Num. 11. — [1] *om.* 3, 4. — [2] ex 3, *om.* 2, 4. — [3] *om.* 3.

accusa, reum tibi furem vastum gurgitem statue. Sed numquid reum poteris facere Dominum, qui mihi donavit corpus intactum? Quid tanta pertinacia lucri nostri titillaris invidia[4]? Utrique habemus quod utrique tenere[5] debuimus[6]. Quin immo gaudere meritis tuis, qui ad nos talia devotionis tuae signa transmittis. Tibi martyr fudit sanguinem[7], ad me pertulit integram passionem; tibi eum dederat nascendi condicio, mihi patiendi felicitas; nunc noster est incola, qui erat vester indigena; accepimus peculiarem gratiam spiritali patrono, quem tu habebas corporaliter inquilinum; apud te peregit cum triumpho martyrium, erga nos condidit sancti corporis monumentum; tibi reliquit beati certaminis magisterium, mihi invexit virtutis exemplum. Jungamus invicem vota, communicemus devotionis officia, foedera communia sociemus. Fabius beatissimus pro Christo passus est, sed propter omnium merita perductus est ad coronam, adjuvante[8] Christo[9] Domino nostro, qui cum Deo Patre et cum[10] Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum[11]. Amen.

Explicit passio sancti Fabii martyris[12].

— [4] invidiam 1, 3. — [5] retinere 3, 4. — [6] meruimus 2, 3, 4. — [7] (f. s.) s. f. 1. — [8] *hic desinit* 2. — [9] *om.* 3. — [10] *om.* 3. — [11] (Christo-saeculorum) Domino nostro Jesu Christo, cujus est honor et imperium, virtus et potestas et aeterna majestas nunc et per infinita saeculorum saecula 4. — [12] (Explicit, *etc.*) *om.* 1, 2, 4.

TRANSLATIO
SANCTAE HONORINAE
VIRGINIS ET MARTYRIS
ET EJUSDEM MIRACULA.

Historiam translationis corporis Sae Honorinae ab oppido Girardi-villa *(Graville)* ad vicum Confluentium *(Conflans)* prope Pontisaram *(Pontoise)*, factae circa annum 898, et quorundam miraculorum quae illam subsecuta sunt, ediderunt majores nostri ad diem 27 Februarii (1), a monacho Beccensi conscriptam ineunte saeculo XII (2). Alterum ejusdem documenti apographum nactus est Mabillonius, ubi et adjuncta erat narratio secundae translationis ad novam ecclesiam prioratus Confluentini, cui anno 1082 praesederunt Gaufridus, antistes Parisiensis et S. Anselmus, tunc abbas Beccensis, et alia miracula inde sanctae virginis intercessione impetrata. Horum pauca, praeter hanc secundam translationem, edidit inter *Acta Sanctorum Ordinis Sancti Benedicti* (3). Nuper vero nobiscum benigne communicavit eximius vir Henricus Murat, Portusgratianensis, integram narrationem utriusque translationis et miraculorum Sae Honorinae, descriptam e codice Parisino Bibliothecae Nationalis inter latinos signato num. 13774, cujus haec pars exarata est saeculo XII, ac proinde ipso tempore quo illam concinnavit anonymus Beccensis, vel certe paulo post. Jam igitur ea quae in editionibus Bollandianorum et Mabilloniana desiderabantur supplere licet ex illo codice coaetaneo, quocum apographum, ad nos transmissum, denuo diligenter contulimus.

Incipit prologus in translatione sanctae Honorinae virginis et martyris.

Inspirante rerum omnium gubernatore Deo, cujus ubicumque vult spirat Spiritus nec ullus ei resistere valet quominus efficiat quae bene desiderat, ipsius ad laudem et gloriam sacratissima de virgine et martyre Honorina locuturus, primo ipsum invoco, ut qui quondam patriarchis, prophetis ac sanctis ceteris magna de se ac vera loqui permisit, mihi

(1) Tom. III Febr., p. 678-79. — (2) Cfr. ibid., annot. *c* et *d*. — (3) Tom. IV, part. II, p. 526-28.

minimo, fragili, virtutis nullius nec pretii, si non magna, vera tamen ejus de famula dicere praecipiat. Quod quidem non elatione sed humilitate, nec ut hominibus, quorum appetere laudes in injustitia est, sed illi qui cordium secreta conspicit et sacrae virgini complaceam, aggredior. Pro nihilo etenim omnem exinde reputo reprehensionem, quia patres nostri, quamvis sensu provectiores, si haec minime scribere attentati sunt quae vera sciebant, omnino suimet tantum curam gerentes, et futurae generationis profectum, ut in hoc paruit, vilipendentes. Mihi tum salubre visum est ut monachi hic inhabitantes, et regi regum caelestis pro adquisitione quietis die noctuque famulantes, quae ad suae virginis merita declaranda patratus sit Dominus videant, sciant, aliisque scire volentibus patefaciant; ut quanto notior erit hominibus sacratae martyris virtus et familiare contubernium cum Domino, tanto ab illis Christo Domino pro ipsis effusura preces crebrius invocetur. **Finit prologus.**

Incipit de translatione sanctae Honorinae et de ejus virtutibus tractatus.

1-7. Anno a Domini Jesu Christi incarnatione octingentesimo septuagesimo sexto, Karolo cognomento Simplice regni Francorum jura tenente,..... (Act. SS., *ad d. 27 Febr., tom. III, p. 678-79.)*

8. Erat siquidem vir in hac villa piscatoriae arti deditus, Tigerius nomine, qui beatae Honorinae annis singulis quantulumcumque de proprio persolvebat censum. Hic dum die quadam ad decipiendos pisces sua in aquis retia dimitteret, subito pes ejus elapsus est; cumque se profundis in fluctibus mergi conspiceret, beatae Honorinae, cui ante devotus extiterat, qua potuit voce coepit imprecari clementiam. Protinus autem ut fundum aquae submersus attigit, apparens ei sacratissima virgo, veste qua uti videbatur ita ejus collum cum capite texit, ut in nullo prorsus ab unda laederetur. Vicinorum vero suorum, ejus de periclitatione dolentium et ubinam mersus affuisset tota cum intentione

quaerentium, non solum verba audiebat et intellegebat, verum etiam uncos et funes quos ad ipsum foras extrahendum, si invenire potuissent, in aqua summittebant, si voluntas ei et necesse fuisset, manibus apprehendere praevaleret. Jacuit autem ibi a quinta feria usque in septimam aliqua sine laesione, nec umquam ab oratione cessavit. Vesperascente autem jam sabbato, et saepe fatis fratribus vespertinam synaxim jam persolventibus, veneranda ejus protectrix ac de tanto periculo liberatrix beatissima Honorina ait ei : *Quid agis hic, homo? Quid tanto sub fluctu moraris? Surge cito, et stans super pedes omni qua praevales virtute ad superiora temet excutere.* Illo autem aliquandiu dubitante, Dei autem postea suaeque monitricis fiso in virtute, a fundo laticis semet excutiens, amni * subito super apparuit. Honorabilis autem saepedicta virgo ori ejus manu subposita, terrae usque ad soliditatem perduxit, mirantibus cunctis qui ripae inerant, ac de ejus visione quem mortuum existimabant stupentibus, nec verum hominem sed phantasma esse cum fuga et pavore magno clamitantibus. Ille autem, ne tanti beneficii videretur ingratus, ad ecclesiam citius properavit, omnia quae sibi beata Honorina fecisset cum laudum praeconio nimio coram omnibus edicens.

* *cod.* anni

9. Intrante autem eo ostium januae, decem et octo promiscui sexus et diversae aetatis, qui ad beatae virginis auxilium illic confugerant, diversarum infirmitatum, quas diu jam passi fuerant, subito sanitatem recepere meruerunt. Inter quos erat Rodulfus quidam, de Valeriis cognominatus, adhuc puer, sub beatae Honorinae casula recubans adipiscendi luminis causa, quod praecedenti dominica cum aliis coaetaneis pueris in platea ludens amiserat. Is dum lumen optatum recepisset, et ad collaudandum Dominum oculos sursum erexisset, beatam Honorinam per majorem fenestram capitis monasterii se videre ingredi grandi cum acclamatione pronuntiavit, sonantibus divina virtute ad miraculorum adtestationem omnibus monasterii signis. Quisnam tunc, dilectissimi, a laude tantae virginis se contineret? Quis non in ejus servitio devotior fieret? Profecto etenim scire debe-

mus quia magnam cum illa in futuro saeculo sortiemur portionem, si nunc ei jugem toto corde impenderimus servitutem.

10. Aliud. — Rursus tempore alio supradictae ecclesiae fratres sabbato ante Palmas quendam a famulis suis cum asello ultra Pissiacum (1) ad bussum afferendum transmiserant. Qui cum onerato asello remearet domum, quendam juvenem Guarnerium nomine, de vico cui Muisneps (2) vocabulum est, quem propriis oculis vidi et a quo haec quae narro audivi, ut sibi in adjutorium esset, ad deducendum memoratum animal deprecans ascivit, quoniam aqua Sequanae, supra cujus ripam transiturus erat, quadam imbrium ingruentia nimia litus suum superexcedens, adjacentes hinc inde terras occupabat : cujus precibus ob honorem et reverentiam beatae virginis, cujus se ministrum commemorabat, jam dic[tus ju]venis [ci]tissime * assensum praebuit. Contigit autem, cum in deducendo animali pariter intenderent, ut juveni illi pes laberetur et in Sequanae profundioribus gurgitibus demergeretur. Sancta autem martyr, in cujus servitio erat, et cujus auxilium totis nisibus invocabat, in specie cujusdam matronae cum luce clara apparuit ei, et quadam latissima et albissima veste, qua induta sibi videbatur, eum coopertum ab omni laesione tantis sub fluctibus immunem reddidit. Audiebat enim daemonia invicem sibi dicentia : *Ut quid moramur? Quid hic tam longo exspectamus? Tene eum, suffoca eum, et eamus.* Beatissima autem martyr Honorina repellebat eos, et cum facta fuisset vespera, assumpta ejus manu dextera, gloriosa martyr a fundo laticis erectum terrae sanum et incolumem restituit. Ille vero tanto de periculo liberatus, ad beatae Mariae Virginis ecclesiam, quae in castro Pissiacensi honorabilis habetur, omni honore et gloria dignissimam beatam vociferans Honorinam, quam citius potuit cucurrit. Mirabantur autem universi qui de eo audierant, ac de tali ejus erectione Deo et beatae Honorinae laudes in commune referebant.

(j. d. j. c.) *hae voces in margine adscriptae, partim compactoris cultro abscissae sunt.*

(1) *Poissy* (Seine-et-Oise). — (2) *Mignaux* (?), prope Pissiacum, ad occidentem.

11. Cum autem post ecclesiae ... *(ap. Mabillon,* Act. SS. O. S. B., *tom. IV, part. II, p. 527, n. 4.)*

12. Aliud. — In oppido quod Lusarce dicitur miles quidam, Elinandus nomine, ... *(ibid., n. 5.)*

13. Aliud. — Pago Vilcasino, villa quae Dangut nominatur, juvenis quidam ..: *(ibid., n. 6.)*

14. In pago supradicto vir iterum quidam catena secus collum religatus a quibusdam raptoribus erat. Hic dum beatae Honorinae saepius invocaret auxilium, ab eo quo tenebatur vinculo meruit liberari. Venit autem et ipse ad sanctae virginis ecclesiam, sua deferens vincula et quae sibi contigerant omnia manifestans. Pendet autem ea catena quam adtulit cum vinculis aliis, ut qui eam conspexerit laudet Dominum, et in sacratae martyris obsequio deinceps ferventior inveniatur.

15. Aliud. — Prope sancti Dionysii honorabile castrum rus quoddam positum est Espinou (1) vocitatum, in quo erat anus quaedam ita aegritudine repleta, ut nec incedere praevaleret nisi duobus baculis hinc inde sustentantibus et hoc cum labore gravi et mora grandissima. Cui in lectulo recubanti saepius in visione venit ut ad beatae Honorinae basilicam sanitatem receptura pergere debuisset. Quidnam ageret? Quomodo iret? Deerant sibi ductores, deerat et virtus. Dubitavit, tardavit; sed disponente Domino aliquando confortata se potius per terram trahendo quam ambulando ire perrexit. Venit autem vicum usque qui Franconis* villa (2) dicitur, ubi lassitudine cogente jacuit exanimis, plorans, ululans atque gemens, quod diu concupitum iter explicare non posset. Deus autem omnipotens, beata ac toto honore dignissima interveniente Honorina, ibidem eam respexit. Nam ecce divina virtute extendentibus se cum grandi sonitu nervis, creverunt vires, mollitae et humectatae sunt venae, sanitas integre restituta est. Nam versa vice baculi quibus se ante sustentaverat, postea ipsa sustentante ad ecclesiam

* *cod.* Francor.

(1) *Epinay-sur-Seine* (Seine-et-Oise). — (2) *Franconville* (Seine-et-Oise).

allati sunt. Fratres autem ei haec narranti minime crediderunt donec a vicinis ejus quod veraciter contracta et tali modo erecta fuisset pro certo cognoverunt. Ea autem quae attulit podia adhuc in promptu habentur, ut qui ingrediuntur oratorium virginis ea conspiciant et tam grandis miraculi effecti memores Domino benedicant.

16. Aliud. — Est vicus in pago Carnotensi qui Villana (1) dicitur, ubi cum quidam juvenis affuisset, ita operatione nefanda deorsum inclinatus, ut paene genibus ejus caput inhaereret; et a vicinis, cognatis et amicis persuasum est illi ut ad beatae Honorinae ecclesiam festinare deberet. Venit, et a paramonario (2), quatinus sibi nocte dominici diei vigilandi in monasterio licentia praestaretur, devote petiit nec accepit. Expulsus autem foras valvas, observandi gratia stetit ibi plorans, virginem invocans, pectus percutiens. Beata vero Honorina, ut ejus se filiam demonstraret cujus est ubique praesentia, illic eum sanitati restituit, ita ut sospes effectus statim remearet ad propria. Hoc autem miraculum aliquantisper diebus mansit nobis incognitum, quia se recepisse sanitatem prae gaudio minime nuntiavit, donec adventantes ad nos vicini incolumem eum factum omnino nuntiarent.

17. Aliud. — Hoc in castro erat quaedam mulier, Maria vocitata, quae tanto incommodo premebatur, ut caput ejus genibus, calcanei renibus adhaererent. Adveniente itaque nocte sacratissimae sollemnitatis quam Pentecosten dicimus, in qua proximae gentis multitudo non modica ad beatae virginis ecclesiam venire solita erat, vicinarum mulierum manibus allata, sub sanctae martyris casula veneranda velut globus aliquis accubavit. Factum est autem, dum in laude nocturnali persolvenda fratres intenderent, beatae Honorinae meritis pristina sanitate recepta, a loco surrexit, et fratribus coram saltando veniens, se sua de infirmitate convaluisse jucundando monstrabat. Mirabantur fratres, mirabantur et ceterae gentes quarum multitudine referta erat ecclesia, et

(1) *Villette-le-Moutier* vel *Villette-les-Bois* (Eure-et-Loir). — (2) Seu custode ecclesiæ. Cfr. Cangii *Glossar.*, ad h. v.

Deo laudibus super his persolutis, coeptum opus peragrarunt.

18. Aliud. — Territorio Belvacensi, villa Brueriis (1), quidam habitabat homo quinquennem habens filium, Gislebertum nomine, sed nondum loquentem. Adduxerunt autem eum tam ipse quam mater ejus ad beatae virginis ecclesiam, feceruntque ibi tres dies, vigiliis et orationibus convenienter intenti. Quarta autem die ad propria remeantes, cum non adhuc longe ab ecclesia recessissent, beata interveniente martyre, improvise locutus est mutus, et admirati sunt patres. Reversi sunt autem retro cum gaudio, nuntiantes hoc fratribus, Deo et beatae virgini laudes tota cum devotione canentibus. Idem vero puer studio litterarum exinde traditus, aliquanto tempore nobiscum moratus est.

19. Aliud. — Vir quidam de vico Romcerolis (2) nuncupato, Jerusalem tendens, ad mare usque properavit. Visa autem fluctuum commotione pervalida, antequam navem ascenderet aegrotari coepit; vidensque se nimia aegritudine praegravari, venire presbyterum fecit, et quae se male egisse commemorabat, assequeretur ut veniam, omnia confessus est. Quadam nempe nocte, cum in mortis agone sibimet videretur, apparuit ei beata Honorina in forma cujusdam pulcherrimae mulieris et honestae, cum lumine claro, cum lucida veste, et cum similium virginum turba praenimia, latus ejus tangens pulsu lenissimo. Ille vero, erectis sursum luminibus ut videret quisnam esset, ejus de aspectu perterritus, oculos in palea reclinavit. Monito autem eo ne in aliquo timeret, quo tenderet inquisivit. Cui respondenti se iturum Jerusalem, si Dominus Deus vellet, virgo sancta rursus infit : *Quae est causa tam longae processionis tuae ?* — *Delendorum*, inquit, *criminum meorum, quorum omnium sum confessus.* Illa vero quod Honorina de Confluentio vocaretur indicans ei : *Non est*, ait, *ut asseris. Quoniam, cum adhuc adolescens esses, aliquando mihi in colligendo decimam meam de villa quae Bornel* (3) *appellatur obsequium praestitisti* ; *radice*

(1) *Bruyères* (Seine-et-Oise). — (2) *Ronquerolles* (Seine-et-Oise). — (3) *Bornel* (Oise), tribus fere chiliometris distans a vico *Ronquerolles* ad septentrionem.

autem omnium malorum avaritia persuadente, ex ea furatus es mihi unde tibi cappam simul polymitam et caligas coloris ejusdem coemisses, quod oblivioni tradideras, haud inde poenitentiam agens. Audiens nempe ille quod beata Honorina de Confluentio, ejus cumprovincialis, ejus domina, ejus familiaris et vicina ipsa esset, librato ad superiora lumine, cum admiratione grandi intuens in eam, lumine tum vultus ejus ipsius reverberante oculos, vera quae loquebatur omnia recognovit. Promisit enim cum adjuratione fidissima se omnia dupliciter restituturum ei, si confecto itinere quod coeperat ad propria repedaret. Sancta quidem, postquam ei quod de infirmitate esset resurrecturus, Jerusalem iturus, domum rediturus praenuntiavit, tota cum societate sua ab ejus conspectu disparuit. Quid amplius loquendo immoror? De infirmitate convaluit, Jerusalem tetendit, ad patriam remeavit, ministrum ecclesiae sanctae Honorinae, qui apud Mesnileium (1), ejusdem martyris vicum, immorabatur, utpote notum et vicinum sibi, devote precatus est ut, si aliquis ex fratribus illic adveniret, notificaret sibi. His in diebus quidam novus prior, Dominus Robertus vocitatus, beatae virginis ecclesiae praepositus erat. Qui, reperta in domo paupertate magna, coepit contristari, virginem precari, humilior fieri, non habens quod fratribus quodve peregrinis et hospitibus praeberet. Nocte igitur quadam, matutinorum laude completa, cum alii ad lectulos remearent quiescendi gratia, aurorae radiis clare nondum relucentibus, solus ipse remansit coram altari et sacratae martyris reliquiis humi se humiliter prosternens Dominum rogaturus, oravit, flevit, obdormivit. Et ecce vox ad eum facta est quod ad Mesnileium pergere debuisset. Expergefactus a somno, quam citius potuit celebrata missa equum conscendit, illuc properavit. Nuntiatum est illi de homine illo, jussit ut veniret. Venit; secreto allocutus est eum ille, omnia quae de sanctae Honorinae apparitione superius ediximus cum lacrimis et gemitu

(1) *Mesnil.* Septem, est minimum, vici hoc vocabulo nuncupati reperiuntur in præfectura quæ ab Andura *(Eure)* fluvio nomen accepit. In tabula Cassinii 7 G invenio *Menil-Vicomte*, seu fere chiliometris distans a vico Romilly ad meridiem et orientem.

replicans ei. Plorabat et Prior, tam pro miraculo quam illi compatiendo. Quid longius? Consecuta benedictione, absolutione, oratione, reddidit Domino et beatae virgini pro tantillo quod de suo acceperat tritici terna bis sextaria et Belvacensium solidos septem. Nec mora, revertitur Prior ad fratres, nuntiat quae audivit. Prae gaudio lacrimantur illi, et beatae martyri laudes in commune concinunt.

20. **Aliud**. — Idem ipse Prior Mellentum (1) aliquando properabat. Veniunt ad flumen quod Isara dicitur, navemque transituri conscendunt. Erat autem illa navis fracta et dilaniata in uno capitum, ita ut fluctibus aditum minime denegaret. Illis ergo suo in transitu cum festinatione intendentibus, venit ecce quaedam arreptitia mulier ad portum de villa Caneveriis (2) nuncupata. Quam prosilientem in navi cum impetu magno, utpote quae a daemonio vexabatur, quaedam alia mulier, quae ad ejus tutelam a parentibus, eam ultra prae furore retinere non praevalentibus, deputata erat, ne in aliquo fluctuum se impingendo ex toto periret, vicino pede secuta est. Quarum de fremitu pavefacti equi, super illud caput navis quod fractum inerat omnes cucurrerunt. Intrante itaque aqua cum grandi abundantia, subito navis illa magna ex parte amni * succubuit. Periclitantibus ergo illis, amens illa mulier, divino, ut credo, repleta Spiritu, voce qua potuit exclamavit dicens : *O beata Honorina, salva nos de periculo isto.* Mirum in modum, non citius illa vocem protulit, quam equorum unus in aquam prosilivit, et mox ad superiora est reversa navis; veneruntque ad portum aliquo sui sine detrimento. Nec mulier illa vexationis aliquid a daemone ultra perpessa est, sed recuperata mente et incolumis effecta, sua cum custode venit ad propria.

* *cod.* anni.

21. **Aliud**. — Quidam vir arreptitius, de Melfa (3) oppido, alio sub tempore ad beatae virginis ecclesiam vinculis alligatus a parentibus adductus est. Qui veniens ante martyris altare venerandum, multis eam conviciis et opprobriis, ut

(1) *Meulan* (Seine-et-Oise). — (2) *Chennevières* duobus fere chiliometris Confluentio distans ad septentrionem et orientem. — (3) *Maule (?)* (Seine-et-Oise).

amens et daemone plenus, lacessebat, vocans eam crebro et stultam et claudam. Propinqui vero illius, ejus de amentia maestisssimi, virgis percutientes eum, beatam Honorinam quatinus illius miseriae compateretur cum fletu et lacrimis implorabant. Mansit nobiscum die illo, et nihil effecit. Reversus vero ad propria, paucos intra dies sanitati restitutus, ad jam dictae virginis oratorium, laudes et cum oblatione redditurus, incolumis remeavit. Quid dignum, fratres, in tantae virginis laude proferemus? Quid ei remunerationis tanto pro beneficio ac ejus circa nos clementia rependemus? Simus ejus in servitio devoti, simplices, mente ac corpore casti, ut hic ei munde famulantes, in futuro boni ejus simus participes.

22. **Aliud**. — Saepe dicti fratres aliis in diebus quendam aurifabrum asciverant, cujusdam aereae crucis quam emerant deaurandi* gratia. Qui cocto ac de camino extracto auro, cum in illud feriendo producendum intenderet, quandam quae se ab altero segregavit particulam furtim rapuit, abscondit, ac de cetero quod remanserat quod sibi injunctum fuerat opus perficere curavit, nec potuit. Fudit aurum et iterum fudit: sed beata virgine illius opus impediente et quasi aurum suum amittere nolente, omnino nihil efficere potuit. Decies usque vel eo amplius, ut asseruit, fudit nec aliquid facere permissus est. Pudore confusus, a loco surrexit, Parisius tetendit, alium ejusdem officii ministrum secum adduxit. Qui similiter opus quod ille facere non poterat attentans efficere, prorsus nihil fecit, cum multotiens incohasset. In se vero reversus ille primus aurifaber, cogitare coepit quidnam esset quod sibi acciderat. Animadvertit tandem quod pro tantillo quod latrocinatus fuerat de auro hoc sibi fortassis evenerat. Sancta interius, ut credo, martyre cogente, fratribus coram delictum suum ipse prodidit, aurum ostendit, alii miscuit, et summa cum celeritate opus, quod diu sibi negatum erat facere consummavit.,

* *sic*

23. **Aliud**. — Apud Girardi villam, cum quaedam venerabilis ac illis in partibus prædives matrona... *(ap. Mabillon, loc. cit., n. 7.)*

24. Aliud. — Quidam juvenis de praediolo quod Medan vocitatur, ... *(ibid., n. 8.)*

25. Aliud. — A pago supradicto quaedam femina, Maria nomine, ... *(ibid., n. 9. In codice subjecta sunt nonnulla paraenetica.)*

26 (1). Anno Domini M°CC° octogesimo primo, die Nativitatis sanctae Mariae, in hora qua canebantur vesperae in ecclesia praesenti sanctae Honorinae de Confluentio, Yvo, filius Johannis Pinchon, de Erbleio (2), venit ad beatam Honorinam grates referre quas poterat super liberatione qua liberavit eum beata Honorina; videlicet quod ipse duxit duos equos, qui dicti duo equi corruerunt in Sequana, et ille super quem dictus puer sedebat submersus fuit et mortuus, et dictus puer fuit bis ad fundum aquae, sed meritis beatae Honorinae quam invocavit liberatus est et salvatus.

27. Anno Domini M°CCC°XI°, die veneris ante festum apostolorum Simonis et Judae, contigit quod, cum quidam puer de Eccla (3) duorum annorum cecidisset in quandam foveam aqua plenam in ripa Sequanae, Johannes Trumel et Guillotus Le Baleeur, juxta praedictam ripam deambulantes, invenerunt praedictum puerum in praedicta fovea tamquam mortuum. Quem extrahentes de aqua, existimabant illum potius mortuum quam vivum, et nullum signum vitae in eo videntes, voverunt eum beatae Honorinae, praesentibus, qui affuerunt, Odone de Poyssi et ejus uxore Amelot la Lavendiere, Thoma Le Bouchier, Doulce Saviere, Drocone Petit, Agnete La Gouge, Johanna la Hermonde, Theophania la Pesine, Johanna uxore Guillot le Bouchier, et pluribus aliis. Qui omnes aestimantes eum mortuum, ut dicebant, detulerant eum ad ecclesiam beatae martyris et virginis Honorinae; positoque eo super altare beatae virginis, revixit spiritus ejus et coeperunt ejus membra calefieri. Tunc conventus dicti loci, cum omni populo, imposito hymno et campanis pulsatis, coeperunt gratias reddere Deo et beatae virgini Honorinae;

(1) Quae sequuntur aliis manibus adjecta sunt. — (2) *Herblay* (Seine-et-Oise). — (3) *Achères* (?) (Seine-et-Oise).

et hoc finito puer reversus est sanus et incolumis ad domum propriam cum matre sua et omni populo, laudantibus et benedicentibus omnipotentem Deum, cui est honor, laus, gloria, virtus et potestas per infinita saecula saeculorum. Amen.

VITA ET MIRACULA

SANCTI PETRI CAELESTINI

AUCTORE COAEVO

ex cod. Paris. lat. 5375.

In Actis beati Petri Caelestini (1) pater Daniel Papebrochius cum professus fuisset (2) se primo loco editurum esse autobiographiam beati pontificis subjunxit: *addituri aliquando si patribus Ordinis istius visum fuerit talia communicare, quidquid discipuli ejusdem sancti de rebus a se visis notarunt: varia enim hujusmodi scripta haberi in ordine indicat qui iis usus est, Lelius Marinus infra laudandus.* Eximii viri voto ex parte saltem satisfacere putamus reponentes in Analecta documentum manu saeculi XIV descriptum quod invenimus in codice Parisino signato inter latinos num. 5375 (3). Auctorem hujus documenti hunc esse opinamur qui se beati pontificis coaevum profitetur in decursu prologi ad miracula ejusdem sancti confessoris.

Etenim in ipsa vita ter mentionem facit de miraculis quae brevi descripturus est: scilicet num. 18 *sicut inferius in suis miraculis declarabimus* et num. 22 *de quibus aliqua inferius intendimus denotari* et iterum num. 43 *unde ipsa miracula in fine hujus narrationis declarare curabimus.*

At forsitan quis contendat totum libellum eidem auctori non esse ascribendum ac duo saltem priora capita seu numeros 1-9 ab alio emanasse. In haec pro tempore inquirere nolim, cum dubitari nequeat quin aliquando reperturi simus reliqua documenta quae Caelestinorum familia de suo patre se habere testata est. His, ut saepius contingit, planior disputandi via sternetur. Documentum quod edimus, usui habuere illi qui saeculis XVI ac XVII vitam beati pontificis vario sermone concinnaverunt; sed nostri instituti est documentis primigeniis opus bollandianum emendare ac perficere.

Incipit de continua conversatione quam quidam suus devotus scripsit.

1. De continua namque conversatione ejus et modo vivendi quid dicitur? Lingua quidem in narrando deficeret

(1) *Act. SS.*, tom. IV Maii, p. 419. — (2) Ibid., num. 2. — (3) Cfr. *Catal. cod. hag. Par.*, tom. II.

et calamus in scribendo sopiret, qui quantis et quibus virtutibus sanctam suam animam satiavit in caelis et generibus tormentorum corpus maceravit in terris per sexaginta annos memoriae convertere vellet in stilum; necnon et forte nimia verborum pluralitas legentium fastidiret auditum, et gestorum hujusmodi difficultas incredulitatis notam adiceret in mentibus audientium; et propterea omissis aliis, ea tantum quae singulis annis, mensibus, noctibus, diebus et horis vitae suae compos in statu salutis et gratiae peragebat, et divini muneris cultum, et sanctae fidei ac purae religionis exemplum, a quibus eum nulla unquam detraxit oblivio, non removit continui laboris acerbitas, nec accessit in illis temporibus intervallum, breviloquio ad Dei laudem et ipsius sanctorum operum memoriam temptare curabo.

2. Primo namque intempestae noctis silentio ad reddendum Deo laudes, ad confitendum nomini ejus cum propheta surgebat: et procidens in terram flexis genibus et erectis manibus suspirabat in caelum. Denique ad officia consueta procedens vigilias cum maxima verborum seriositate dicebat; quorum relaxa serie, matutinas majores beatae virginis Mariae omniumque sanctorum et pro defunctis devote cum suis fratribus cantabat; sine quibus, adhibito mane quolibet, disciplinae volebat colla jugo submittere ac de suis delictis veniam implorare et vibratus * more solito vimine psalmos spirituales cum multis letaniis et collectis adjunctis devotius recitabat. Post quorum tradictionem * ad dicendum psalterium suum avidius vertebat intentum, et cum Dei adjutorio illum * incipiens: si hora primae succresceret priusquam totius psalterii volumina masticaretur, in quibus erat terminus, relinquebat eundem; et dicta prima in sanctuarium festinabat accessum, et indutus gloriae stolam et veritatis amictum planis incessibus progrediebatur ad aram, ubi offerret Deo debitum holocaustum. Tantum etenim in ipsius missae celebratione devotionis et sanctitatis ostendebat affectum, quod astantium mentes quodam caritatis ardore * nullus apprehendere poterat temptationis aut inanis cogitationis affectus. Denique completo sacrae missae mysterio et

* *sic* (vibratus)

* *sic* (tradictionem)

* *sic* (illum)

* *Quaedam in cod. omissa; forte* inflammabat.

astantibus indulta cum benedictione licentia, reassumebat psalmos ubi dimiserat, et more priori continuabat ad finem, non sine tamen multarum letaniarum et collectarum repetitione frequenti. In quorum semper ordine recitationis ad minus genuflexionum pluralitas ab eodem cum lacrymarum inundatione peracta quandoque trecentenum, quandoque quingentenum numerum attingebat. Cumque finitis talibus solus in silentio permanens, devotissimis obsecrationibus orabat ad Dominum et contemplabatur in orationibus suis deplorans vitae praesentis miseriam, fragilem condicionis humanae compaginem, futurae peccatorum calamitatis timorem, ac verbo et opere aeternae vitae praemium investigans.

3. Hora quoque tertia appropinquante ad ipsius et sextae laudes dicendum ora rigata fletibus exsolvebat. Postquam finitis ne in suae sede mentis posset ignaritas locum otiositatis habere, quodque frequentis cura laboris et vigiliae sollicitudinis studium temptationis interdiceret alimenta, liberalibus aut mechanicis sudabat in artibus : scribens scilicet, libros ligans, vestes attritas suas fratrumve resarciens aut suens. Et quia sibi de affligendo carnem suam cura nimia nimis * erat, equinos seu bovinos pilos deferri faciebat * *sic* ad eum, quos arte sua trahebat in longum, et nodosis retibus ex ipsorum adjunctione contextis, exinde sibi cilicia construebat. Quibus continue nuda carne utebatur. Dumque hora nona venisset, congregatis fratribus in loco degentibus, quos tintinnabulum more solito convocaverat, iterum Domino laudes sollicite et devote reddebat. Et iis finitis ad accipiendum dona Dei omnipotentis cum ejus timore accedebant. Et mensae benedictione largita, non quae gustui saperent, sed quae tantum sui debilitatem corporis sustentarent assumebat in cibum, et aquae potum quantum calorem bullientis stomachi temperarent. Physice namque vivebat in talibus non tantum ad salutem corporis reparandam aut conservandam illaesam, sed tantum cum apostolo quantum necessarium suo victui videretur, et minus. Actione itaque gratiarum Domino de receptis beneficiis exhibita, non petebat ad digestionis auxilium plenis passibus calcare planities, nec

* sic mollibus jacere stramentis, sed circa lectiones, biblia *, vel in libris sanctorum doctorum patrum vitis aut collationibus vel legendis sanctorum oculos meditationis evolvens, os suum parabolis aperiebat in illis quousque vergente lucis vespere vespertina oratio clamabat ad eum.

4. Hæc namque hora si praeveniret eundem in hujusmodi occupatum, festinus progrediebatur in chorum, et vesperas majores beatae virginis omniumque sanctorum et pro defunctis cum solita devotione dicebat; eorumque prolixitate finita, usque ad completorium in mandatis Domini meditans, in devota contemplatione manebat; demum ipso completorio devote finito, ne somnus, qui furis more latentis surripit religatque catenis gravibus sensus, in ipso dicentis : *Vigilate et orate* minoraret exempla, usque ad galli cantum in genuflexionibus et orationibus mitissime pernoctabat. Cumque post ipsius nimiam lassitudinem corporis, naturae debito exigente, virtus animalis in eo quietis peteret, caput in craticula quidem ex ligno constructa, in ea nullo genere stramentorum opposito, reclinabat. Pluribus vicibus in illa contractis genibus appodiatus existens, quam lasso corpore conquiescens habensque ad majorem mollitionem cervical suppositum stipitum fenicularum fasculum aut lignum, ne somno deditus posset aliquibus visionibus pervagari; sed nondum ipsius somno refectis artubus, ad vigilias spreto cubili surgebat.

5. Hunc quoque vivendi modum, orandi et laborandi, tenebat potissime per III^{or} quadragesimas anni : videlicet majorem quadragesimam, et quadragesimam sancti Petri, quae incipit a festo apostolorum Petri et Pauli et durat usque ad festum assumptionis sanctae Mariae, ac quadragesimam sanctae crucis, quae est ab exaltatione ejusdem usque ad festum omnium sanctorum, et quadragesimam sancti Martini, quae incipit a festo quattuor coronatorum et durat usque ad nativitatem Domini, additis iis diebus sancti Spiritus, videlicet ab ascensione Domini usque ad pentecosten, et per quartam et sextam feriam cujuslibet septimanae. In quibus quadragesimis et diebus idem sanctus nemini ad eum

habendi sermonem vel verbum dabat assensum. Aliis vero anni temporibus ut qui de remotis partibus cum magna devotione veniebant ad eum, alii pro recuperanda corporis sospitate, alii pro suae salutis animae consulendo, alicujus gratiam consolationis haberent, benignum praestabat eis auditum et in eorum petitionibus consolabatur eosdem, prout sibi provenire poterat de supernarum munere gratiarum. Non enim erat quispiam tot vitiorum laqueis irretitus nec tanta temeritate pravitatis elatus quam ipsius sancti facie circumspecta et verbis mellifluis oris ejus auditis, ad virtutis et mansuetudinis gratiam non rediret. Et hoc mirum omnibus videbatur, quod numquam de omnibus qui ad eum properabant absque consolationis gratia ab eodem sancto viro aliquando recedebant : erat enim sola visio tota merces. Et si aliquando magnates vel alii divites ad eum venirent, cum nimia securitate eos arguebat ut mitius se agerent circa pauperes, et postea nimia lenitate illos refovebat, et eis praemia aeterna promittens, si bene secundum Deum suis divitiis uterentur. Quid plura? Neque magnus neque parvus, viso et audito illo, absque aedificatione maxima recedebant.

6. Jejunabat quoque annis singulis, mensibus, hebdomadibus et diebus, diebus dominicis exceptis. In quadragesimis vero multotiens tantum bis in hebdomada comedebat. Sexta vero feria semper sine cibo et in aliis diebus multotiens contentus erat crudis leguminibus atque pomis, nec de talibus sumere cum satietate volebat, sed omnia pondere et mensura. Quodam itaque tempore, diebus quadragesimalibus a fratribus segregatus ascendit quandam rupem, ubi erat crypta praegrandis; et ibi moratus est per totam quadragesimam nudo corpore, nihil indumenti habens nisi tantum cilicium sicut rete factum. Qui dixit se numquam tam asperam quadragesimam fecisse propter nimiam asperitatem frigoris. Demum cum aestivis temporibus in aestum calor emergeret, ipse, tamquam futurorum praevisor, oculo considerationis evertens* quam per clivos montium via sit aspera, inundante hiemis tempore aquarum et nivium tempestate, quamque foret difficile cum eleemosynis iter

* *sic; forte* **advertens**

ad eum ineuntibus periculosus accessus, panem quem sibi congregaverat in aestate, solis exponebat ad aestum, ut factus huiusmodi caloribus aridus et a muribus conservaretur intactus. Panis autem quo sua semper fruebatur in mensa (1), quisquiliarum tritici purgamenti videbatur habuisse fermentatum, et prae nimia antiquitate ipsius tanta inerat illi stipticitas, quod ad ipsius fracturam utilior erat malleus quam cultellus. In uno namque ictu ruebat tota panis substantia in fragmenta et in ruina ipsa copia fumi egrediebatur ex illo. Interiora namque panis ejusdem quadam erant flacilosa contexta lanugine ac septiformis coloris virgulis trabeata, in quorum latebris araneae latitantes satagebant ad opus et vermium quandoque nausea scaturiebat in illis. Quae cum sanctus ille sumere vellet in cibum, discussis exinde sordibus, ex illo comedebat et nesciens mella miscere vini liquoribus, potus sibi placidior erat aqua.

7. Vestes enim eius non erant artificio subtili perfectae, sed pilorum nodosa cilicia, quae manibus suis ipse fecerat. Quadragenis temporibus carne continue nuda ferens, ut cilicia membris ejus tenacius adhaererent; super ipsis lorica magni ponderis utebatur. Ob quod in aestate frequentius concussa carne nodis prementibus, humor ad illuc defluus, tam caloris aestuatione quam crebra concussione infectus, nonnullos vermes in illis plagis pariebat : quos sanctus ipse, nimio pruritu * fastidiens latenter precabatur ex fratribus aliquem per eum exinde cispitis*extrahi. Habebat enim super loricam ad usum tunicam rigidæ filis lanae retortam, et desuper illam tunicam scapulare, et super scapulare cucullam de viliori pannorum genere, qui* reperiri contingeret in provincia qua degebat. Si quoque vestimenta ejus ex crebris genuflexionibus deperirent, ea resarcire non piguit, nec verebatur toti partem in diversitate colorum adicere, nec nova veteribus sociare. Iis insuper omnibus non contentus, corpus cruciare martyriis pressus gravibus catenis ventrem

* cod. praeruptu
* sic
* sic

(1) *In margine additum est :* nota contra nimis delicatos.

oculosque in caelum mentis attollens, nititur stultam despicere terram. Hunc itaque vivendi modum et ordinem ad diem usque servavit extremum. Nec fuit umquam qui posset eundem ab hujusmodi continuitate pervertere, nec ab hujusmodi verae paenitentiae tramite deviare, quacumque fuisset debilitate seu gravitate detentus et praerogativa polleret dignitatis.

8. Hic quamquam fuerit juvenili forma decorus, viguit moribus in eo senectus. Hujus sic sanctae vitae odoris fama crevit in saeculum. Ne commendationis laudes assurgerent, vitam incertam petebat ad eremum et ab hominum habitatione remotam. Huic namque clavium caeli et terrae tradita potestate anno Domini Mº CCº LXXXXIIIIº suggessit humilitas et mundi pompae contemptus claves deponere januis quas relaxare fuit contentior, quam sumere vel tenere foret optatior. Hunc quoque quandoque fratres ipsius in patrem praeficerent, seipsum servum semper exhibuit, et in oboediendo paratum. Hoc quoque demum in solitudine mancipando studuit vivere sobrius, cum esset in gloriis apud mundum. Sic quoque semper, sicut diei dies adicitur, ita ipsius sanctae conversationis vita laudabili meliora bonis et sanctis operibus sanctiora, nec non ipsius corporis afflictiones afflicto pro Christi nomine ac purae et sanctae religionis exemplo semper adjunxit. Cujus vita, corpus et anima benedicantur in saecula. Amen.

De simplicitate et rectitudine illius.

9. Iste vir Domini Petrus ab infantia sua omnipotentem Deum pure ac devote colere coepit, et in observatione mandatorum illius avide anhelavit, sicut patet in iis quae manu sua scripsit. Multa scientia non fuit peritus, quia quae stulta sunt mundi elegit Deus ut confundat fortia. Et quia prudentia hujus mundi stultitia reputatur apud Deum, noluit Deus hunc virum hac prudentia instrui, quia sibi placuit illum sua sapientia repleri. Et sicut de beato Job dicitur: *Vir simplex et rectus ac timens Deum et recedens a malo,* ita de hoc

viro sancto recte dici potest : vir, quia virtuosus; simplex, quia purus; rectus, quia rectitudinem vitae perfectae servavit; timens Deum, quia repleverat illum Deus spiritu timoris sui; recedens a malo, quia innocentiam veram et illaesam semper servavit. Ideo illi cordis intima Deus accendit igne suavissimae caritatis, ut erga se et proximum vinculum indissolubile * haberet dilectionis. Et quia omnipotens Deus in novissimis temporibus novam vineam plantare decreverat, dignum erat ut talem operarium eligeret, qui non haberet maculam neque rugam, cui secure posset illam committere custodiendam, colendam atque conservandam. Igitur hunc virum elegit, quem ab infantia sua ita docuit ut in nullo a via rectitudinis declinaret, sed semper in justitia et sanctitate illi serviret. Huic ergo vineam collocavit, huicque oves suas custodiendas commisit. Et licet vir iste sanctus in corde suo proposuisset a principio suae religionis semper solus manere et congregationem fratrum non facere, tamen aliter cogitat Deus, aliter homo. Volens Deus suam Ecclesiam novo lumine illustrare, misit hunc virum tantum ac talem in mundum, cui bene potuit dicere, quod dixit Johanni caro suo : *Ecce puer meus electus, quem elegi, posui super eum spiritum meum.* Posuit Deus in ipso spiritum suum, ut non quae ipse vellet, ageret, sed quae Deus. Postquam enim Deus probaverat fidei illius constantiam caritatemque perfectissimam erga se et proximum, tamquam apostoli Petri, commisit illi suum gregem custodiendum et a lupis totaliter conservandum, misit ad illum non paucam multitudinem fratrum ut suo magisterio imbuerentur, atque ipsius exemplo magnifico regularentur.

* *cod.* dissolubile

De locis captis, primo parvis, deinde magnis. C. I.

10. Oportebat namque propter multitudinem fratrum advenientium aliqua loca capere, ubi congruenter posset * habitare et laudes suo creatori die noctuque reddere. Unde sicut novella arbuscula in horto plantata ramos teneros incipit mittere et in longum producere fortiores, sic iste iste*

* *sic additum in margine*

* *sic*

vir Domini cepit primo loca pauperrima et eremitoria, et in illis fratres disponere secundum uniuscujusque loci posse. Non desinebat vir iste sanctus ipsa loca frequenter visitare, et fratrum pusillanimitatem suis verbis et exemplis monere et confortare ut patienter paupertatem studerent sufferre propter aeternas divitias adquirendas, reminiscendo illud apostoli : *Christus, cum dives esset in omnibus, propter nos factus est egenus, ut suis divitiis nos ditaret.* Haec et iis similia illis sancto viro monente, multum tempus transegit cum nimia paupertate et egestate, usque ad tempus pontificatus Domini Gregorii papae decimi, qui Lugduni Franciae generale concilium celebravit.

De eundo ad concilium Lugdunense. C. II.

11. Audiens vir iste sanctus quod omnes ordines per apostolicam sedem non approbatos in hoc concilio per istum summum pontificem deberent cessare, timuit ne pusillus grex, quem Domino aggregaverat, iret in devorationem luporum ; exposuit se illuc ire, licet pauper nimis esset, ut forte Dominus sua pietate dignaretur hunc gregem simplicium ovium custodire, quem non sua sed Dei voluntate tamquam pater et pastor usque ad tempus illud custodierat atque defenderat. Convocat fratres omnium locorum vicinorum et eisdem primitus salubrem fecit monitionem, et confortavit illos ut orarent, et in misericordia Domini nostri Jesu Christi sperarent. Et assumpsit secum duos socios ; et valefaciens fratribus, arripuit iter suum versus Lugdunum Galliae, non eques sed pedes. Fratres vero omnes nimium coeperunt plorare de suo discessu; et plurimi illorum credebant illum numquam reversurum. Vere tunc animam suam pro ovibus suis tamquam Christus posuit ; qui tam longum iter absque alicujus adminiculo peragravit. Quae et quanta pericula per idem iter ipse cum sociis suis in eundo, ibi commorando et in revertendo sustinuit, longum est nimium enarrare.

De privilegio impetrato et de confirmatione sui ordinis. C. III.

12. Sed misericors et miserator Dominus non est oblitus vineae novellae, quam dextera sua plantaverat, quia de fructu illius se satiari expectabat; multam gratiam ab illo summo pontifice huic servulo suo denique impetravit. Et quae non speravit mirifice obtinuit, scilicet privilegium confirmationis sui ordinis idem apportavit, et regula beati Benedicti ab illo sancto papa est sibi concessa. Et hoc totum factum est per dispensationem divinam, qui in futurum providebat beati Benedicti regulam per istos novos servulos relevare, quae a pluribus monachis jam conculcata fuerat et prostrata.

De reversione a concilio et de miraculo quod sibi in via accidit. C. IIII.

13. Completo itaque papali privilegio, Dei auxilio mediante, iter arripuit ad propria remeare. Sed unum miraculum quod eisdem fratribus in ipso itinere accidit non est praetermittendum, sed ad Dei laudem dicendum. Cum isti fratres inter Lucam et Pistogium venirent, inter quas magna dissensio erat, ita quod non audebat aliquis per ipsa itinera securus transire ne disrobaretur aut ad mortem traheretur. Ambulantibus vero iis per hanc viam quidam miles pulcherrimus unum equum album equitans appropinquavit et ibat cum illis. Quos interrogavit quo vellent ire et audita illorum responsione adjunxit: *Quare non timetis per hoc iter transire cum sit nimis periculosum et latronibus plenum.* Cui dixerunt: *Deus per suam misericordiam adjuvet nos.* Ille vero dixit: *Ambulate cum Dei benedictione.* Et finxit se longius ire. Interim ipsi fratres inciderunt in unam magnam silvam, quae multum distabat ab habitatione hominum; de qua exierunt tres latrones. Et adhaeserunt praedictis fratribus. Cumque ad locum ubi latrones possent eos superare pervenissent, gradum fixerunt et quilibet illorum volebat irruere super quemlibet eorum. Sed Deus qui non relinquit sperantes in se fecit venire tres serpentes, et cum magno impetu irruerunt super

unumquemque illorum latronum. Videntes illi latrones serpentes coeperunt clamare et pavere atque fugere, et dimiserunt in illo loco servos Dei. Videntes illi fratres quod eundo recto tramite non poterant evadere de manibus illorum, coeperunt retrocedere. Qui non multum iter agentes conspexerunt illum militem in equo albo equitantem, quem ante viderant, contra se venire. Qui cum ad eos pervenisset laeto vultu et hilari facie dixit: *Avete fratres. Numquid non dixi vobis quia periculosum erat istud iter? Nolite amodo timere quia ego veniam vobiscum et non derelinquam vos, quousque de periculosis locis exieritis.* Et ambulaverunt cum illo sicut cum fidelissimo amico. Et postquam illos a periculosis locis extraxisset ostendit eis civitatem, ad quam ire debebant, et statim evanuit. Unde cognoverunt postea quod non homo, sed verus Dei nuntius fuisset. Unde ab illa die et deinceps Dei misericordia liberati fuerunt usquequo ad propria sunt reversi. Abierunt ad consilium de mense novembri, et de mense junii, gratia Christi completo negotio, ad loca sua redierunt. Quantum gaudium, quantaque exultatio apud omnes habebatur de illorum reversione quis dicere valet? Omnes fratres, omnes devoti, omnes amici ejus undique concurrebant ad revidendum faciem suam gloriosam. Quibus dicebat: *Filii, reddamus laudes creatori nostro, qui semper sua pietate salvos facit sperantes in se, et desiderium pauperum servorum suorum exaudit.* Et haec dicens privilegium confirmationis ordinis sui omnibus demonstrabat.

De persecutione episcoporum circa ordinem. C. quinto.

14. Haec audientes episcopi diocesani in quibus diocesibus loca ordinis erant constructa, nimium mirabantur: quia plurimi eorum jam detulerant bona ecclesiarum ordinis ad suam ecclesiam, et dicebant omnibus, quia ordo deletus erat. Sed videntes et audientes quod frater Petrus reversus fuisset et privilegium papale de confirmatione ordinis sui attulisset, erubescebant omnes adversarii, et quae ipsi deportaverant, ad ecclesiam suam remittere procurabant, licet ad tempus

cum nimia verecundia. Et de cetero nullus fuit ausus molestiam inferre sicut antea, nisi episcopus Theatinus solus, qui in tantum persequebatur illos Dei servos, qui in illis montanis habitabant, quod paulo minus deliberabant loca illa derelinquere et ad alias partes pergere. Sed hoc non fuit a Deo permissum : sed volebat illis Deus facere quemadmodum filiis Israel, ante quorum faciem multos reges multasque gentes interfecit, Chananeos vero et Philisteos illis reservavit ut in illis exercitaretur Israel. Sic voluit Deus simplicibus servis suis hunc modum servare. Tandem multo tempore in illis locis manserunt, campanas, libros, paramenta et quaecumque bona ibi habebant ad alia loca securiora transtulerunt. Persecutio vero haec duravit fere usque ad finem vitae illius episcopi. Cum autem pervenisset ad finem, fecit vocari ad se praedictum fratrem Petrum, et coram eo paenitentiam egit de commissis erga se, fratres et loca ipsorum; et quasi pro satisfactione fecit eisdem privilegium exemptionis de omnibus ecclesiis et locis quos habebant in diocesi sua, et sic in pace quievit.

De capitulo generali et de deliberatione accipiendorum locorum. C. VI.

15. Iis itaque transactis, revertamur ad ea quae incepimus. Eodem tempore fecit vir iste fratres suos congregare ad celebrandum generale capitulum ad monasterium sancti Spiritus de Magellis; quia in eodem capitulo cum illis intendebat multa bona tractare de observatione mandatorum Dei et regulae beati Benedicti atque aliarum constitutionum; quod perfecit Christo auxiliante. In illo vero capitulo deliberavit monasteria proprium habentia capere, ut fratres possent vivere de labore manuum suarum, sicut regula beati Benedicti praecepit. Quia tunc vere monachi sunt, si labore manuum suarum vivunt, sicut apostoli et sancti patres facere decreverunt. Celebrato itaque illo capitulo et omnibus rite dispositis, fratres remisit ad propria. Et ex tunc et deinceps coepit iste vir sanctus multa monasteria et loca capere et

aliqua quae fuerant monachorum nigrorum, et aliqua de novo construxit.

De misericordia illius circa pauperes. C. VII.

16. De misericordia istius viri multa essent dicenda, nos vero illam sub brevitate perstringimus, eo quod in omnibus est nota. Augmentante Domino nostro ordinem istum novicium locis, personis et rebus temporalibus, ipse in quantum poterat paupertatem tenere, praedicare et exemplis demonstrare studebat in tantum, ut si quando oves vel alia animalia multiplicare in aliquibus locis sui ordinis audiebat, statim eas vendere faciebat et pretia illorum sibi afferri faciebat. De quibus pecuniis loca nova fieri faciebat, et etiam pauperibus distribuebat. Habebat autem tantam compassionem de pauperibus quod in illa provincia, ubi degebat, non erat castrum, vel villa quod ipse non cognosceret quot pauperes in ipsis essent. Sed pauperes undique ad ipsum confluebant, et ipse larga manu eleemosynam erogabat. Mulieres pauperculae quae ad ipsum ire non poterant, vel aliquae personae nimium impeditae, frequenter ad ipsas eleemosynas per fideles nuntios transmittebat. Sicubi audisset aliquas puellas pauperes nuptui tradendas, adjutorium laetissime impe[n]debat. Calices vero argenteos fratribus vendere faciebat et alia paramenta sericata similiter, ut nullo modo fratres delectarentur in rebus pretiosis. Multa conferebantur huic sancto viro in auro et argento, vestibus, cera et multis aliis, propter devotionem maximam quae ab omnibus in ipso habebatur. Et ipse tamquam fidelis dispensator omnia dividebat per loca paupercula ordinis sui, per alia loca religiosorum, per ecclesias saecularium et maxime pauperibus ita penitus quod in cella sua nihil remanebat. Quicumque ad ipsum veniebat pro eleemosyna petenda, si habebat laetissime donabat; sin autem, promittebat illi ponens terminum quod tali die reverteretur ad ipsum. Et breviter loquendo omnes alebat, fovebat, sustentabat, et sicut mater consolatur filios proprios, ita iste vir sanctus omnes ut proprios filios diligebat et sub protectione alarum suarum diligentissime protegebat.

De doctrina illius circa saeculares et religiosos. C. VIII.

17. In doctrina vero iste vir sanctus pollebat, ut si quando ad ipsum aliqui potentes domini venirent, monebat illos et confortabat in Domino, suam spem non ponerent in gloria mundi et rebus caducis, sed illaesam custodirent suam animam et in omnibus suos vasallos et subditos commendatos haberent, ut a Domino mercedem bonam per idem reciperent. Qui audientes salutiferam monitionem sancti viri in compunctione maxima quam plurimi illorum lacrimabantur et ejus verba in cordis secretario recondebant, quasi ex ore divino talia audivissent. Quibus iste sanctus ut dicerent aliquem numerum de *Pater noster* pro remissione suorum peccatorum monebat et de illis eisdem dabat et sic cum benedictione et consolatione ab ipso discedebant. Et ab illa humiliter se corrigebant et bene se habebant. Item cum divites aliqui ad illum causa alicujus devotionis pergebant, proponens dicebat illis illud evangelium : Quod dives vix intraturus esset in regnum caelorum aut vitam aeternam adquirere, nisi studeret eleemosynas pauperibus abundantes erogare dicente Domino : *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis ut cum defeceritis*, etc. Et iterum : *Quid prodest divitias congregare caducas? Nolite, filii, tales divitias congregare quae corpus dissolvunt et animam perire faciunt, sed aeternas divitias congregate quae hominem divitem virtutibus faciunt, et post hanc labilem vitam faciunt aeternam invenire.* Haec illi audientes a tanto viro, nonnulli ipsorum compungebantur et extunc largissime eleemosynas tribuebant. Et iis etiam aliquem numerum de *Pater noster* imponebat, et sic cum gaudio ad propria remeabant.

18. Pauperum vero frequentia ad ipsum semper undique concurrebat, tamquam patrem suum et benefactorem praecipuum visitabant. Quos ille benigne suscipiens, non enim praeponebat nobilem ignobili aut divitem pauperi, sed omnes una caritate in Christo diligebat, eo quod ab uno Domino creati sunt omnes. Ipsos autem pauperes monebat et confortabat ut paupertatem patienter sufferrent, ut misericorditer

a Domino aeternas divitias susciperent, ipso Domino dicente et promittente : *Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum caelorum.* Et alibi : *Qui dimiserit pro Domino temporalia, recipiet in futuro munera sempiterna.* Haec et iis similia ab illo sancto viro pauperes audientes quamplurimi illorum convertebantur et Domino deinceps famulari disponebant. Et cuilibet illorum similiter certum numerum de *Pater noster* ut dicerent injungebat. Multi devoti et devotae ibant seu mittebant ad istum sanctum virum petendo benedictionem ab illo. Quibus ille aut panem benedictum, aut aliquod munusculum illis transmittebat. Habebat enim hanc consuetudinem panem benedicere et dare seu mittere petentibus pro benedictione. In quo tantam virtutis efficaciam Deus ponebat, quod gustantes ex eo a diversis et variis infirmitatibus sanabantur, sicut inferius in suis miraculis declarabimus.

19. Nonnulli etiam religiosi, quod de ipso dicebantur audientes, humiliter ad eum properabant, cupientes ab illo aliquod verbum aedificationis audire. Quos ille benigne recipiebat; et sicut sperabant, totum in ipso inveniebant. Et majores sicut patres deprecabatur ut regulam suam illis a Deo concessam observarent et subditis facerent observari. Subditos vero ut praelatis suis omni sollicitudine sicut revera Christo in omnibus oboedirent et suam regulam quam promiserant fideliter observarent. Haec et alia multa ipse cum illis ad invicem conferentibus gaudebant nimium de tam dulcibus verbis et sanctis, quae de ore illius emanare conspiciebant. Post dulcia vitae colloquia cibum corporeum eisdem ministrare faciebat, ut mente et corpore recreati, ad sua loca cum gaudio reverterentur. Frequenter et episcopi audientes tantam illius hominis sanctitatem, desiderio caritatis accensi, veniebant ad eum ut illa verba dulcia, sicut ab universis dicebatur, possent audire. Dum vero veniebant ad ipsum, ipse eos reverenter recipiebat et manus eorum osculabatur. Postea de divinis et sacris scripturis loquebatur. Tandem Dei famulus humiliter ipsis populum Dei quem a bono pastore custodiendum acceperant recommendabat, ut sollicite

super eum intenderent et ne plus solliciti essent de terrenis quam de grege dominico, pro quo Christus mortem susceperat, sed in quantum possent illum instruerent verbo et exemplo. Haec et iis similia a sancto viro illo audientes, recommendantes se suis orationibus, aedificati discedebant. Multa frequentia populorum ad ipsum concurrebat, eo videlicet tempore, quo ille loquebatur, quia in IIII^{or} quadragesimis et IIII et sexta feria non loquebatur, aliis vero temporibus consolabatur eos, qui ad se veniebant. Sed quia prae multitudine cum omnibus minime loqui poterat, ad fenestram ascendebat et communiter dabat omnibus suam benedictionem. Quando vero tanta multitudo non erat, faciebat illos segregatim venire; scilicet qui ante venissent, ante cum eo colloquium haberent. Et cum applicuissent ad illum, non nisi de utilitate animae secum tractabant. Hoc mirabile in illo erat, quia quicumque ipsum semel audiebat vel videbat, semper ipsum aspicere et audire anhelabat.

De doctrina discipulorum suorum. C. non.

20. Nunc igitur ad doctrinam, quam suis fratribus verbo et exemplo ostendit et docuit, veniamus. Primo docuit illos humilitatem habere, quae est fundamentum omnium virtutum, et hanc illis habitu et actu ostendit, ut semper hanc virtutem corde et corpore tenerent, si Deo et sanctis ejus placere vellent. Unde in constitutionibus posuit, ut fratres de vilioribus pannis, quos invenire possent, se induerent, et calciamenta vilia haberent; similiter cibariis grossis uterentur, quia monachi in hoc mundo gloriam non debent quaerere, sed in caelo. Post hanc vero docuit illos perfectam caritatem habere, ut Deum diligerent, sicut dicit evangelium, et se invicem diligerent et proximos, scilicet omnes christianos, sicut seipsos, quia Christus ait: *In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem.* Docuit etiam qualiter officium divinum die noctuque Deo redderent, cum timore Dei et magna serietate. Et licet regula beati Benedicti bene ordinat officium, ipse vero multa alia super

regulam addidit, quia regula non loquitur nisi de officio majori. Iste vero ordinavit quod fratres dicerent officium beatae Mariae et omnium sanctorum atque defunctorum. Insuper etiam constituit ut qualibet hebdomada singuli psalteria pro vivis et mortuis dicerent. Constituit adhuc ut fratres C. genuflexiones singuli singulis diebus facerent; sed in quadragesimis ordinatis et VI^{tis} feriis totius anni, C. in die et C. in nocte genua flecterent ad Dominum. Constituit etiam tres quadragesimas fieri in anno in cibo quadragesimali et totum residuum anni fratres jejunarent, praeter in aestate, in qua concessit, tempore papatus sui, tertia et quinta feria, fratribus cenare. Docuit etiam omni die capitulum tenere, et ut regula beati Benedicti legatur, et fratres in eodem de commissis veniam petant; item de bonis suis temporalibus semper eleemosynas facerent. Item et multa alia ad refrenationem vitiorum et ad informationem morum constituit, sicut patet in constitutionibus suis. Et sic cum Dei auxilio fratres suos docuit verbo et exemplo, quod multi illorum per Dei gratiam et placitam Deo servitutem gloriosa miracula faciebant.

De translatione sua ad locum sancti Bartholomei de Legio. C. decim.

21. Postquam praedictus pater omnes fratres ita perfecte in Dei servitio conspexit esse fundatos ut ipse divinae posset contemplationi vacare, decrevit semper solus manere in loco magis solitario. Quod quando ex ore ejus prolatum fuit, omnes fratres flere coeperunt et dixerunt ei : *Cur nos, pater, deseris*, etc.? *Rogamus te, pater sancte, ut non relinquas hanc familiam, quam per te Christus ad suum sanctum servitium aggregavit; sed dum vivis, alieno noli committere proprios filios, quos nutrivisti.* Ipse vero, motus eorum fletibus et rogationibus, dixit : *Fratres mei et filii, confortamini in Domino, quia quod ego facio, pro utilitate mea et vestra facio. Ego sum senex et non potest senectus mea portare ea quae ante portavit. Confidite, non vos deseram, sed*

semper auxiliabor vobis et consilium dabo. Rogo vos ut me amodo quiescere permittatis. Ad cujus verbum omnes fratres dixerunt : *Et nos volumus, sicut tu vis.* Tunc autem ordinavit et destinavit ad quemlibet locum priorem et fratres, sicut cuilibet competebat. Ipse vero secessit ad locum Sancti Bartholomei de Legio, assumptis secum aliquot fratribus, cum quibus divina officia posset celebrare et per ipsos forensibus responsum dare. Et ex tunc moratus semper fuit cum paucis fratribus. Et licet ille locus nimis sit solitarius et longe ab hominum habitatione separatus, tamen lucerna super candelabro sedens, radios sui luminis abscondere non valet. Ipse credebat se pacifice in eodem loco commorari; multo plus ab hominibus frequentabatur, quia omnes eum videre cupiebant, et omnes ab ipso consolationem sperabant et exspectabant. Mansit in eodem loco per plures annos, in quo multa bona contulit Deus illi.

De transmutatione sua ad cellam de Orfante. C. XI.

22. Sed quia quanto homo percipit de consolatione divina, tanto magis fastidit terrena, cogitavit ad locum difficiliorem pergere. Tandem assumpto secum uno socio, ascendit in supremo montis Maiellae, et descendit ad quamdam cryptam, quae erat in capite vallonis Orfenti : ad quam qui descendere cupiebat, non poterat sine magno periculo. Unde ipse cum unico fratre ad eandem cryptam descendit et suo ingenio aptavit quosdam uncos ligneos, ut ascendentibus et descendentibus non esset tam grave periculum. Fratres vero illius vicini monasterii audientes illum discessisse a loco Sancti Bartholomei et montem ascendisse, perrexerunt ad inveniendum eum, quaerentes illum per abrupta montium et per concava vallium. Tandem per inductum cujusdam in illa crypta latitantem invenerunt. Cui dixerunt : *Quare hoc fecisti, pater? Non consideras quod multos homines facies mori? Tu credis te abscondere et certe non poteris, quamdiu vixeris. Unde si placet, noli hic morari, quia plurimis dabis multam tribulationem.* Ipse vero humiliter respondebat eis : *Qui non*

vult tribulari, non veniat; me vero sciatis numquam hinc discedere. Et ideo huc veni ut me homines non tantum persequantur, quantum usque nunc fecerunt *. Mansit in eodem loco per plures annos cum duobus sociis, et construxit ibidem pulchrum oratorium et cellas pro se et fratribus, et ex parte de foris pro forensibus, quia crypta illa erat magna. Et imposuit illi nomen Sanctus Johannes evangelista de Orfente. In quo loco multa miracula per eum Dominus ostendit et fecit, de quibus aliqua inferius intendimus denotari. Et quia ipse credidit hominum importunitatem fugere, numquam alibi sic requisitus fuit, sicut ibidem. Tanta enim multitudo hominum erat, qui ad eum undique concurrebant tempore quo ipse loquebatur, quod pene totus mons ille plenus hominum esse videretur, et vix aliquis posset suam habere habilitatem ad loquendum eidem. Sed tamen nullus discedebat usquequo saltem ipsum videre meruisset. Videntes autem illum nimium aedificabantur, quia sola visio illius aedificatio et consolatio omnibus erat.

* *cod.* fuerunt

De transmutatione sua ad cellam de Murrone. C. XII.

23. Transactis illis temporibus coepit cogitare ubi posset magis proficere et hominibus tantam tribulationem et laborem non dare. Erat enim cella illa in montis altitudine posita, per spatium quinque vel sex milium a planitie. Et recordabatur quomodo sanctissimus pater beatus Benedictus se transmutaverat a Sublacu ad montem Cassinum. Haec et iis similia in animo suo revolvens, disposuit redire ad montem Murronis, ubi in ipso tempore suae conversionis manserat, et in tali loco cellam construere, ubi ad se venientes possent a se consolationem recipere et alia necessaria vitae invenire. Et hanc transmutationem potius pro salute et utilitate proximorum, quam pro se faciebat. Facta deliberatione, prius tamen praemissa oratione, mandavit et fecit sibi fieri cellam super unum vetustum castrum, quod dicitur Segezanum, quod distat a civitate Sulmontina spatio duorum milium, sed a monasterio Sancti Spiritus medium milium tantum. Ad eundem locum se transtulit de mense junii.

De honore sibi collato in illa transmutatione.

24. Cum auditum fuit ab hominibus quod ille sanctus illuc adveniret, tanta multitudo virorum et mulierum undique concurrerunt, quod nulla via nec semita erat, quae non esset plena hominibus. Omnes de illa provincia et de longinqua ad videndum eum undique concurrebant. Omnes clerici Sulmontini cum processione honorabili venerunt. Cives vero et artifices omnes in arte sua cum cereis et lampadibus in magna quantitate venerunt et sancto viro obtulerunt. Nobiles dominae illius civitatis crucem argenteam et turibulum argenteum illi sancto cum devotione magna obtulerunt. Alius populus illius contratae omnes cum devotione et oblatione veniebant et in quantum poterant ipsum honorabant. Omnes enim in tantum gratulabantur, ac si Christum de caelo descendisse viderent. Omnes credebant per eum posse salvari et gratia divina repleri. Et quia advenienti tantae multitudini oportebat se ostendere, fecit sibi fieri quendam locum in alto, ubi posset ab hominibus videri et ad celebrandum missam ibidem praeparari. Cum vero in illo loco ipse ascendisset et tantam multitudinem videret, amarissime coepit flere et fratres, qui cum illo erant, similiter omnes flebant. Tandem erigens se venerabilis pater et ostendens se illis statim ut viderunt eum, omnes alta voce clamare coeperunt: *Kyriele**, et quasi omnes flebant. Post haec induit se ad celebrandum missam, quam vix explere valuit propter inundantiam lacrymarum. Fuerant adducti ad illum multi infirmi et daemoniaci, quorum multi fuerunt sanati in celebratione illius missae. Post missam vero facta confessione et absolutione, et ab illo data benedictione, omnes ad propria cum gaudio magno sunt reversi.

* *sic*

De inclusione sua in cellam.

25. Iis itaque finitis et tunc celebrato cum fratribus generali capitulo, hic pater sanctus in cella quam sibi fieri fecerat se inclusit, et ad tantam austeritatem se ibi dedit, quod num-

quam antea fecerat. Et hoc faciebat quod nullus credere posset, quod pro suavitate corporis illuc advenisset. Sed quanto appropinquare ad finem se conspiciebat, tantum de se holocaustum odoriferum omnipotenti Domino offerre studebat. Mansit in eadem cella per spatium XIII mensium, usquequo divinae placuit pietati apostoli Petri claves illi committere et de illa cella illum extrahere atque ad campum certaminis dirigere. Quoniam quidem non decet fortem militem in abscondito praeliari, sed aliquando in publico ut a suo rege duplicem coronam mereatur accipere.

De augmentatione sui ordinis et de fraternitate.

26. Multum enim illum Deus apud omnes exaltaverat, multam gratiam ei contulerat et nullus inveniebatur, qui de illo aut de suis fratribus, quos ipse docuerat, aliquid sinistrum dicere posset, videre vel audire. Augmentaverat quidem jam Deus in tempore illo nimium illius ordinem, ut inter loca quae de novo construxerat et monasteria quae reparaverat, habebat loca XXXVI in quibus morabantur fere sexcenti fratres et oblati atque multa familia. Fecerat etiam iste vir sanctus quandam fraternitatem et hanc constituit pro salute illorum, qui non possent habitum religionis assumere et societatem ordinis desiderarent habere. In qua constituit, ut certae eleemosynae ab illis fierent, et quilibet eorum certum numerum de *Pater noster* die quolibet dicerent et a peccato mortali se custodirent atque invicem se diligerent, in infirmitate alter alterum visitarent, et pauperibus confratribus necessaria ministrarent, et alia opera misericordiae in quantum possent adimplerent. Haec autem fraternitas multum in suo tempore crevit, in tantum, quod mirabile omnibus erat : in aliqua villa erant bene mille, in alia V^{c}, et secundum qualitatem uniuscujusque crescebat confratrum numerus.

De magno desiderio quod habebat salvare animas hominum.

27. Magna erat aviditas in hoc sancto viro de fauce diaboli animas extrahere et aggregare illas sancto Dei ovili. Et non est aliquis qui valeat dicere quantos a via pravitatis retraxit, et quantos de impietate pios fecit. Sed viri et mulieres terrarum circum adjacentium pene omnes religiosi videbantur propter suam doctrinam et sui exempli ostensionem. Et si quod scandalum vel dissensio oriretur, statim ad hunc piissimum tamquam ad singulare refugium recurrebant : et statim audita monitione sua de talibus se emendabant. Quoniam, ut breviter de tam sancto viro dicam, ita Christus illum instruxerat, et tanti luminis gratiis illustraverat, quod omnibus sanctis quodammodo participabat. Similis enim apostolis in eo quod gentes sua doctrina convertebat et ad Christum quotidie destinabat, aequiparabatur martyribus in eo quod se continuis jejuniis, ciliciis et disciplinis et quam pluribus aliis afflictionibus macerabat. Similiter et confessoribus se adjungebat, in eo quod die noctuque more suo Dei laudes resonabat, et alios increpando, arguendo et obsecrando docebat. Cum virginibus possumus dicere quod vir iste sortem suam ponebat, quando perfectam castitatem corde et corpore conservabat. Iste vero a sua infantia Deo devotissime coepit servire et ita acceptum fuit Deo servitium suum, quod etiam cum sua genitrice adhuc puerulus commorando quam plurima miracula per eum Dominus ostendit. Et quantum illum Deus dilexit patuit manifeste quod eidem caeli terraeque claves tamquam fideli commisit.

De electione sua in papatum.

28. Post obitum sanctae memoriae domni Nicolai papae IIIIti per tres annos et plus sancta romana ecclesia permansit viduata pastore. Et ad dignum pastorem eligendum multotiens se cardinales collegerant, sed nullo modo inter se concordare valebant. Accidit autem quadam die, cum essent apud Perusiam, ut ad quendam nobilem defun-

ctum pergerent : et illi aliqui illorum de electione summi pontificis retractare coeperunt et dixerunt ad invicem : *Eamu siterum ad papam eligendum; forte sua pietate gregi suo Deus dignabitur providere.* Et cum Dei adjutorio ad tale opus peragendum unanimiter abierunt. Facta vero oratione, ille qui primam vocem in collegio habebat dixit: *In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen. Ego eligo fratrem Petrum de Murrone.* Ad hanc vocem omnes alii stupefacti sunt; et sic affuit super eos Spiritus sanctus. Et hanc eandem vocem omnes concorditer protulerunt. Et nullus fuit qui diceret hoc bonum non esse, quod numquam antea contigerat in electione summi pontificis. Qui statim decretum fecerunt et ad eundem patrem destinaverunt. Hoc cum auditum fuit quod cardinales fratrem Petrum elegissent, inenarrabili laetitia omnes repleti sunt et immensas gratias Deo referebant de tali pastore quem providerat gregi suo. Quod vir sanctus audiens nimio maerore repletus est, et in grandi lamento se die noctuque dedit. Tandem convocans fratres suos, dixit eis quod nullo modo intendebat decretum recipere. Sed fratres et alii devoti sui eidem coeperunt dicere :*Quare, Pater, quare hoc dicis? quare non consideras quia si hoc facis, magnam haeresim in mundo adducis. Haec vero electio non a te, sed a Deo facta est; et si hanc renuis, Dei voluntati contradicis.* Ipse vero aiebat : *Et quid sum ego ad tale tantumque onus accipiendum et talem potestatem? Ego non sum sufficiens ad me salvandum; quomodo totum mundum?* Et sic decrevit latenter cum uno socio fugere, cui dixerat occulte. Sed nusquam valuit, quia jam tota cella undique obsessa erat et circumdata ab hominibus illlius contratae. Omnes enim timebant hoc et cogitabant, eo quod ipsi noverant humilitatem illius, quod nullo modo illam dignitatem voluntarie reciperet. Et quid ageret, quo se verteret hic vir sanctus nesciebat. Timebat enim Dei voluntati contraire, timebatque, quod si reciperet, quod non prodesset Ecclesiae Dei, sicut omnes credebant. Et in hoc certamine flebat et Deum precibus exorabat. Tandem cum timore divino decretum recepit.

De equitatione asini et de miraculo quod inde accidit.

29. Post receptionem vero illius non debemus credere illum propter hoc in elatione ascendisse de illa excellenti dignitate, sed in ipsa, quam antea habuerat, semper mansit humilitate. Audita hac nova fama reges videlicet Siciliae et Ungariae veloci cursu ad eundem electum pervenerunt, et illum videntes depositis coronis regalibus adoraverunt. Diffusa est ergo fama ista per mundum universum; qui omnes gratias Deo referebant, qui dignatus fuerat plebem suam de tali pontifice visitare. Post haec autem reliquit cellam suam et descendit ad monasterium Sancti Spiritus quod de novo construi fecerat; et aliquibus diebus ibi peractis arripuit iter ut Romam pergeret, sedem, coronam et mantum apostolicum suscepturus. Non fecit in hac profectione magnos palefredos praeparari, sed Domini sui exemplum in se retinens asellum sibi adhiberi mandavit. Quod audientes reges et cardinales, qui in pulchris palefridis delectabantur, admirabantur de ejus humilitate : et in quantum poterant, hoc dissuadebant, ne Ecclesiae Dei inferret injuriam. Ipse vero nullo modo adquiescens, sed fecit asellum parari et super eum sedit et venit cum turba maxima usque ad civitatem Aquilae. Comitabantur illum cardinales qui praevenerant, reges, comites, barones et innumerabilis populi multitudo. Sed ut ostenderet Deus quod non injuriam, sed honorem Ecclesiae Dei de equitatione aselli praedictus electus conferret, voluit tali monstrare miraculo. Post hunc patrem multi infirmi portabantur ut saltem fimbriam vestimenti ejus possent tangere, eo quod noverant illius sanctitatis virtutem. Erat enim fides omnium devotissima erga illum. Quidam homo portabat filium suum claudum ambobus pedibus post illum, sperans remedium habere de infirmitate filii. Videns quod prae multitudine ad ipsum venire non posset, dolebat et nesciebat quid faceret. Tandem cum sanctum patrem vidisset de asello descendisse, accessit ad asinum et cum multa devotione posuit super illum filium suum. Cujus devotioni statim misericordia Dei affuit : quia filium suum de illo asino descendit sanum, et ab illa hora

coepit rectus ambulare per Dei gratiam et per merita illius electi.

De coronatione sua et de thesauro misericordiae aperto.

30. Cumque pervenisset ad civitatem Aquilae, fecit illuc ceteros cardinales advenire, coronam et mantum apostolicum illuc apportari, quae suscepit honorabiliter in decollatione sancti Johannis Baptistae cum maxima comitiva populorum. Et ex tunc thesaurum misericordiae, quem illi Christus commiserat, aperuit, et de illo largissime omnibus vere paenitentibus et confessis *. Prima die suae coronationis hanc indulgentiam omnibus assistentibus largitus est ut a culpa et poena essent omnes absoluti. Audientes qui erant de longinquis provinciis quod pater misericordiarum thesaurum misericordiae aperuerat, omnes cucurrerunt, omnes de isto fonte bibere desiderabant. Et sic in die octavo suae coronationis similem indulgentiam omnibus qui venerant condonavit. Iis itaque peractis cardinales et alii praelati, reges et alii barones coeperunt beneficia petere et praebendas sibi largiri. Iste vero, ut erat simplex et rectus, larga manu omnibus dabat.

** vox quaedam omissa, puta distribuit.*

De indulgentia ecclesiae sanctae Mariae de Collemadio.

31. Coepit vir iste sanctus infra se cogitare qualiter omnes divites temporales divitias petere non desinebant, et pauperes Christi non tantum divitias, sed nec panem habere quod sufficeret; consideravit si posset eisdem pauperibus in aliquibus spiritualibus subvenire. Deliberavit apud se tale beneficium eis tribuere quod daret eis divitias aeternales quae permanent in saecula sempiterna. In ecclesia sanctae Mariae de Collemadio talem indulgentiam posuit, quod quicumque paenitens et confessus in decollatione sancti Johannis Baptistae ad eandem ecclesiam annuatim veniret, a culpa et poena a baptismo absolutus esset. Quam etiam bullato privilegio confirmavit.

De XII cardinalibus ab eo creatis.

32. Post haec autem vir sanctus considerans quod Ecclesia Dei non bene disposita erat per cardinales qui tunc temporis erant, decrevit numerum augmentare ut per ipsos negotia sanctae matris Ecclesiae perfici aptius possent. Et venientibus IIII^{tor} temporibus duodecim cardinales ordinales ordinavit de melioribus clericis quos habere potuit.

De itinere Neapolitano.

33. His itaque ordinatis, rex Siciliae cum multa instantia et prece petebat ut Neapolim ad suum negotium expediendum papa cum cardinalibus pergeret. Quod deliberatum est. Et sic de mense octobri tota curia romana iter arripuit Neapolitanum. Et illuc abeuntes per spatium duorum mensium ibi manserunt et post haec alia machinare coeperunt.

De renuntiatione papatus et de miraculo quod accidit.

34. Adveniente vero quadragesima sancti Martini, ille sanctus papa decrevit solus manere et orationi vacare. Fecit sibi fieri cellam ligneam intra cameram et coepit ibi solus manere, sicut antea facere consueverat. Et sic in illa coepit cogitare de onere quod portabat, si quo modo posset illud abicere absque periculo. Et sic convocavit aliquos prudentes et jurisperitos, qui dederunt sibi consilium et auxilium et favorem, quod posset libere hoc facere et dederunt eidem exempla aliquorum pontificum qui renuntiaverant. Hoc ille audito quod posset papatui renuntiare, ita in hoc consilio firmavit cor suum quod nullus potuit illum removere. Et hoc fratribus secum manentibus abscondebat ne forte illum impedirent. Quid plura? Tandem hoc consilium pervenit ad aures fratrum suorum qui secum manebant. Qui audientes tristes nimium effecti sunt, et toto conamine conati sunt et per se et per alios tale propositum impedire, timentes ne scandalum magnum in Ecclesia Dei generaret, sicut postea accidit. Sed nullo modo illius propositum revocare valuerunt. Similiter et

Neapolitani hoc audientes nimium turbati sunt, et ad palatium cucurrerunt et illum sanctum rogaverunt, ne tantum malum ageret quod facere disposuerat ad detrimentum et scandalum omnium christianorum. Tunc sanctus mandavit ut omnes orationem ad Dominum funderent, ut Deus sibi permitteret suam voluntatem facere. Quod illi devotissime peregerunt. Sed archiepiscopus Neapolitanus cum toto clero et multitudine magna religiosorum et populorum ad ipsum venerunt ipsum rogantes, cum fletibus et clamoribus deprecantes ut populo Dei succurrere dignaretur, et quod non poneret ad effectum illud quod intendebat facere; quia posset de hoc Deo displicere. Audiens et videns idem papa tantam pietatem omnium qui aderant, distulit, sed a proposito concepto numquam recessit, quibuscumque rogationibus, sed conticuit fere octo diebus ut non molestaretur. Et sic per istam sufferentiam omnes credebant ipsum ab illo proposito paenituisse. Sed infra istos dies convocavit unum de consiliariis suis, fecit se doceri et scribi totam renuntiationem quomodo facere deberet. Et in VIII die, scilicet in festo sanctae Luciae, intravit consistorium paratus ad renuntiandum : et sedente illo in throno pontificali, prius omnibus cardinalibus silentium imposuit ut non sibi contradicerent. Et accepit chartam et coepit legere illam sententiam maerore plenam et renuntiavit papatui; descendens de sede, anulum, mitram et mantum pontificale in terram posuit, et in terra sedere coepit. Quod cardinales videntes quod numquam ante viderant, coeperunt omnes plorare. Hac renuntiatione peracta, omnes qui hoc audiebant contra illum clamabant quod non bene fecisset.

35. Et ad probandum quod Deo non displicuerat hoc quod suus famulus fecerat, tali miraculo ipse Deus voluit comprobari. Quadam die post renuntiationem, quidam claudus cum duabus zammetis cum magna devotione ad eundem venerabilem virum intravit ut benedictionem ab eo acciperet. Et illa hora vir sanctus missam dicebat; completa missa et benedictione data, statim hic membris contractus ante pedes illius se projecit. Quem pater sanctus erexit dicens illi :

Surge, surge. Statim ille de terra surrexit sanus et liberatus. Qui cum lacrimis coepit Deo et sancto viro gratias referre. Et in testimonium miraculi reliquit ibi zammetas suas sine quibus antea non poterat ambulare. Quod homines videntes quod latere non potuit, quam plures qui adversus eundem patrem clamaverant quod non bene fecisset, conticuerunt et mirabantur atque dicebant : *Hoc non actum est absque nutu Dei.* Post haec collegerunt se cardinales ad electionem alterius papae; et illum qui esse debebat hic vir sanctus praedixit et intimavit domino Thomae, quem ipse fecerat cardinalem, et domino Benedicto, qui fuit electus in papam. Electo itaque papa, scilicet illo quem pater sanctus praedixerat, statim ad illum intravit et ejus pedes osculatus est reverenter et tunc licentiam petiit ad suam cellam redeundi. Sed ille electus dixit illi : *Nolo ut ad cellam redeas, sed volo ut Campaniam venias;* et aliis verbis coepit terrere illum.

De reversione a Neapoli et de miraculo quod accidit.

36. Audiens hoc ille vir sanctus coepit pavere et multa in suo animo revolvere. Multi dicebant quod in Campaniam volebat illum incarcerare. Videns iste vir sanctus quod ad cellam redire non poterat, sicut ante disposuerat, turbatus est corde et coepit cogitare ad eandem latenter redire dicens : *Ego ante renuntiationem disposui et protestatus sum, quod pro nulla alia causa ego renuo, nisi quod Deo meo pacifice serviam sicut hactenus jam servivi; vere propter hanc causam non credo peccare, revertar ad illam. Faciat Deus de me velle suum.* Et sic discessit a Neapoli quasi iturus Campaniam, et venit usque ad Sanctum Germanum. Cum eo autem veniebat abbas Cassinensis cum sua familia et fratres sui qui secum manserant et quam plures alii. Cumque venirent per viam et transirent per quandam villam quae dicitur Campanellum, quaedam mulier habens filiam ambabus manibus paralyticam, quam in brachiis suis portabat, quae clamabat cum lacrimis; sed non poterat prae multitudine sequentium ad illum pervenire. Tandem cucurrit ista ante

illum et ostendit illi filiam suam sic tribulatam, quam ille vir sanctus videns, signum crucis tantum fecit super illam, et statim liberata est ab illa infirmitate praesentibus omnibus illis. Abbas vero Cassinensis qui ante infirmam et post sanatam conspiciebat, projecit in terram duos Karolinos argenteos et dixit puellae : *Recollige eos.* Statim illa ita bene recollegit illos, ac si nunquam paralitica extitisset.

De discessione a sancto Germano et reversione ad cellam.

37. Postquam ad Sanctum Germanum pervenit ille sanctus, hospitatus est in hospitali monasterii Cassinensi, ut ibi posset aptius suum negotium quod cogitaverat ad effectum perducere. Locutus est cuidam presbytero devoto suo et intimavit illi secreta sua sub sigillo paenitentiae ut nemini ea revelaret, sed auxilium sibi faceret. Quod audiens ille presbyter fideliter adimplevit quia secretum tenuit et adjutorium impendit et illum ad suum domicilium conduxit, quia fratres sui illum sequi pedes* non valebant. Et post haec ad suam cellam ubi ante papatum fuerat est reversus. Quod audientes Sulmontini cives quod ille sanctus ad cellam esset reversus, venerunt cum magno gaudio ad videndum illum et gratias Deo referebant, eo quod meruissent eum revidere. Et ille sanctus ante altare prostratus Deo gratias agebat, eo quod illuc ipsum reduxisset. Et credebat illic deinceps pacifice permanere.

* *sic*

De inquisitione et inventione illius.

38. Audiens papa novus quod ille pater sanctus absque sui licentia ad cellam suam reversus fuisset, sed hoc pro certo nesciebat, sed credebat alibi ivisse ad papatum quem dimiserat resumendum. Concite atque propere post illum et pro illo misit suum camerarium et abbatem Cassinensem destinavit. Qui venientes ad cellam suam illum invenerunt : quem arguere fortiter coeperunt, quia sine licentia discesserat. Et post haec illum rogare coeperunt ut ad papam sine

mora rediret, ne papa posset contra eum indignari. Quibus ille respondit quod, priusquam renuntiaret, protestatus hoc fuerat. Quapropter rogabat summum pontificem amore Dei omnipotentis, ut pacifice et quiete ipsum permitteret vitam suam finire in solitudine sicut coeperat, et ipse promittebat nulli hominum loqui nisi tantum fratribus secum manentibus. Quod audiens camerarius fecit sibi promittere quod inde non discederet, quousque ad papam rediret haec relaturus quae audierat. Et tunc in pace discesserunt. Pater vero sanctus deposuit vestimenta delicata quae apportaverat et fecit sibi fieri alia viliora quia sperabat de cetero non molestari.

De absconsione sua quando a camerario quaerebatur.

39. Sed camerario revertente, ecce alius nuntius a papa missus ferens litteras papales ad camerarium supradictum ut fratrem Petrum volendo nolendo ad ipsum absque mora deducerent. Quibus visis statim cum impetu et furore nimio est reversus. Quod relatum est praedicto patri, antequam camerarius ad eum accederet. Qui timens abscondit se, sicut Christus quando Judaei voluerunt ipsum lapidare. Veniens autem camerarius praedictus ad cellam, non invenit ipsum; nimiumque iratus est, eo quod non poterat domini sui praecepta ad effectum perducere. Coepit tanquam venator sagacissimus ipsum per silvas, per cryptas, per omnia latibula quae poterat quaerere. Omnes fratres majores fecit jurare, minas inferre, etiam dona revelanti illum promittere. Sed Dei voluntate non est permissum. Sed duos fratres simplices quos in cella invenit fecit capi et secum ad papam adduci; sed unus illorum prae infirmitate ire non valuit, alterum vero secum duxit et incarceravit, et usque ad mortem inde non exivit. Ille vero pater sanctus in latibulo manebat; et inquisitio magna de illo fiebat in diversis partibus. Mansit in illo loco per spatium duorum mensium et postea coepit cogitare ad tales pergere partes ubi numquam fuisset cognitus.

De fuga sua ad partes Apuliae.

40. Audiverat iste vir sanctus quandam silvam in partibus Apuliae esse, ubi multi servi Dei erant. Deliberavit illuc ire dicens: *Forte ibi quiescam.* Et deposuit cucullam induitque se vilissima chlamyde, et assumpsit secum unum de fratribus suis nocte, et fugit ad silvam quam praediximus, quae distabat a cella dietas IIIIor. Sed audite mirum atque stupendum: ipse disposuerat per talem viam pergere, per quam numquam fuerat, et quocumque ibat agnoscebatur. Referebat ille frater qui cum illo iverat quod quadam die in sero isti quaerebant hospitium in quodam castro, et pueri in platea ludebant; et statim quod viderunt istos fratres, coeperunt dicere: *Ecce frater Petrus de Murrone, ecce frater Petrus de Murrone.* Et alio die progressi inde, alio sero cum jam hospitati fuissent, ecce quidam sacerdos venit et respexit illum et dixit: *Vere tu es frater Petrus de Murrone,* et hoc dicebat omnibus. Ipse vero valde admirabatur de hoc quod ita cognoscebatur. Postquam pervenit ad dictam silvam cum fratre suo, venerunt ad cellam quorundam fratrum, quorum unus erat infirmus et senex, alter sanus et juvenis, qui numquam fratrem Petrum viderant, et videntes illum statim dixerunt: *Tu es frater Petrus de Murrone,* et coeperunt Deo gratias referre. Erat tunc quadragesima major et invenit quandam cellulam in qua se inclusit et mansit in ea usque ad dominicam palmarum. Et tunc venit quidam abbas de monachis nigris, qui ibat per silvam fratrem Petrum quaerendo et erat cum septem sociis, sed nunquam invenit illum Domino protegente.

De transfretatione maris.

41. Videns vero pater sanctus quod non poterat se occultare quod non revelaretur, coepit cogitare mare transire. Quod intimavit duobus sociis suis. Et unum de illis ad monasterium Sancti Johannis in Plano transmisit, ut cum priore illius monasterii consilium haberet, si posset illud ita perfi-

cere. Quod et factum est. Adveniente illo fratre ad monasterium, praedictus prior una cum ipso tale negotium ad effectum perducere studuit. Et cum nautis de terra fuerunt confoederati, qui ex pacto navem et alia necessaria praeparaverunt. Et misit idem prior pro eodem patre die sabbato sancto paschae, et ille applicuit ad monasterium feria II post pascha. Quem cum fratres conspexissent, amarissime flere coeperunt. Et quia paulo ante illum papali habitu viderant, tunc vero in vilissimo habitu tamquam peregrinum conspiciebant. Tunc fratres illum per IIII^{or} hebdomadas absconderunt, quia volente Deo ita mare turbatum erat, quod nullus erat ausus intrare. Tandem iis diebus completis cum quibusdam sociis ad mare abiit, desiderans transfretare. Et statim iterum in tantum mare turbatum est, quod paulo minus illa navis parata ad illum recipiendum periclitaret; et sic manserunt juxta mare per VI dies. Iis vero completis et prospero vento flante, navem intraverunt et navigare coeperunt; et nisi una die navigaverunt. Et ecce ventus contrarius illis affuit, qui non permisit illos ultra ire, sed ad terram juxta civitatem quae vocatur Vestia applicuerunt, et in eo loco manserunt IX diebus, quia nullo modo Deo placebat quod tanto thesauro regnum privaretur, in quo natus et nutritus et jam ad senilem aetatem fuerat perductus.

De captione sua in terra quae vocatur Vestia.

42. Eodem patre ibi manente juxta mare, intimatum fuit capitaneo civitatis praedictae quod frater Petrus esset ibi cum sociis suis. Qui haec audiens gavisus est et cum maxima comitiva ad illum perducendum in civitatem perrexit. Statim iste capitaneus suas litteras ad papam, ad reges et comites direxit, significans illis de tali captivo. Quod papa audiens maximo gaudio repletus est. Qui statim mandavit regi Siciliae, qui tunc tempore Romae morabatur, ut ad se praedictum fratrem Petrum venire faceret, nolens ipse pro ipso mittere ne forte suis nuntiis tolleretur. Sed dominus rex Karolus tales elegit nuntios, qui bene et sine contradictione

poterant conducere, videlicet patriarcham Hierosolim, quendam priorem de ordine sanctae militiae, domnum Ludovicum de Alvernia, et domnum Stancardum, hos cum suis familiis pro eodem patre transmisit. Qui venerunt et illum acceperunt, et ad papam iter arripuerunt et tantum honorem sibi fecerunt ac si papatus honore tunc temporis fungeretur.

De ductione sua ad papam.

43. In diebus illis multi praedicto patri dicebant ut se papam faceret reclamare, quia quod fecerat, de jure non poterat; et omnes pro illo erant et omnes hoc cupiebant. Ipse vero respondebat: *Absit hoc a me ut talem dissensionem in Ecclesia Dei faciam, quia ego non renui ad resumendum, sed illam voluntatem quam tunc habui, modo habeo.* O quam mirabile quod quamvis hic sanctus tantam persecutionem sustineret, ipsum tamen non paenitebat renuisse! Et licet hic tantus homo captus sic ducebatur, non est oblitus sui Dominus suus, quia multis et gloriosis miraculis voluit approbari quod sibi non displiceret, sed magis placeret ut hic famulus suus suae praecipue et sanctorum suorum passionibus participaret. Unde ipsa miracula in fine hujus narrationis declarare curabimus. Patre illo sancto sic eunte, innumerabilis multitudo virorum ac mulierum ad eundem videndum undique concurrebant, quem milites qui eum ducebant vix defendere valebant. Et a die qua de Vestia exivit usquequo Campaniam intravit, vix dietam facere potuerunt propter nimiam hominum importunitatem, sed de media nocte surgebant, ne ab hominibus viderentur. Sed antequam dies illucesceret, ab hominibus circumdabantur.

De stando in Anagnia et de miraculo archiepiscopi Cusentini.

44. Antequam de regno praedictus pater extraheretur, papa misit camerarium suum in adjutorium illorum qui eum ducebant, eo quod ipse super omnes sagacior erat. Et postquam Campaniam intraverunt, tulit illum dictus camerarius,

et de nocte in Anagniam misit ita occulte, quod a nullo percipi potuit. Quem reclusit in quandam domum juxta cameram papae, ut ad papam posset ire quando papae placebat. Alia vero die papa jussit illum ad se intrare. Statim prostravit se ante pedes papae et cum reverentia osculatus est eos. Et coepit papa multa ab illo quaerere et quare a Sancto Germano recessisset et Campaniam non ivisset, cur etiam huc et illuc fugisset et mare transire vellet. Qui cum magna instantia animi eidem de omnibus quae quaesierat respondit. Et tunc iterum illum rogavit ut sibi placeret, quod ipsum ad suam cellam redire permitteret. Qui nullum assensum dedit; sed cardinalibus in consistorio dixit quid esset fiendum de illo viro. Cui quam plures cardinalium responderunt, ut ad cellam suam quam semper desideraverat libere abire permitteret. Et alii dicebant quod si ad cellam suam rediret, aliquod scandalum in Ecclesia Dei oriri posset. Quod papa audiens deliberavit quod numquam ad cellam rediret, sed in arcto carcere eum poneret. Et quia multi eum revidere cupiebant, tam de cardinalibus quam etiam de aliis nobilibus de curia, fecit illum apud se in Anagnia manere fere per duos menses, usque dum fecisset fortificari unum forte castrum nomine Fumonem, ad quod de nocte private fecit illum ducere et in turrim illius castri includi. Sed antequam discederet vir ille sanctus de civitate Anagnia, voluit Deus demonstrare quis ille esset, quem papa in captivitate ponebat. Erat in eadem terra quidam archiepiscopus de civitate Cusentina, qui venerat ad curiam pro suis negotiis; qui tunc patiebatur infirmitatem de lapide, et alia gravis infirmitas corporis supervenerat in tantum, quod jam fuerat a medicis derelictus; et tam ipse quam omnes, qui illum conspiciebant, credebant quod amplius non posset vivere. Familia autem illius praeparaverat omnia necessaria pro exequiis illius faciendis, etiam vestimenta nigra jam erant facta, sicut consuetum est in morte nobilium. Ipse vero archiepiscopus dolore nimio affligebatur et nesciebat quid faceret. Et in iis magnis doloribus coepit Deum rogare sicut poterat istis verbis : *Domine Deus, deprecor te ut per merita istius viri*

sancti adjuves me, ut modo non moriar. Audite mirum. Numquam tam cito orationem finierat quam sanatum se sensit. Et fecit vocari suam familiam, dicens illis : *Hac hora sanatus sum.* Et surrexit et fecit dare manducare. Hoc magnum miraculum videns familia ejus gratias immensas Deo referebat. Et ita plene convaluit, quod alia die abiit et nuntiavit hoc domino Thomae, quem iste pater fecerat cardinalem ; occulte tamen nuntiavit propter timorem papae.

De inclusione carceris.

45. Postquam hic homo Dei ad castrum Fumonis pervenit et in turrim illius castri fuisset reclusus, gratias egit Deo et dixit: *Cellam desideravi, cellam habeo, sicut tuae placuit pietati, Domine Deus meus.* Et gaudebat multum quod talem carcerem invenerat. Petiit ut darentur sibi duo fratrum suorum, cum quibus posset divinum officium exercere. Quod utique concessum est sibi. Sed fratres non poterant sufferre carcerem et oportebat saepe extrahi illos infirmos, et dabantur sibi alii sani. Postremum vero dati sunt illi duo, qui secum manserunt ibidem usque ad obitum illius. Tanta erat arctatio illius turris, quod ubi tenebat pedes ille sanctus homo, dum missam celebrabat, ibi tenebat caput suum, dum quiescebat. Et quia fratribus suis erat nimis difficile sic manere, semper illos confortabat ut pro Dei amore patienter sufferrent. Et, ut ipsi fratres rettulerunt, numquam ipse turbabatur nec propter arctationem carceris, nec propter improbitatem militum qui eum custodiebant. Magna custodia fiebat die noctuque de illo, videlicet a sex militibus et XXX hominibus ; et nullus homo, quicumque esset, poterat ad illum accedere nec colloquium habere. Et sic in arcta custodia per spatium decem mensium ibidem permanserunt.

De infirmitate et transitu illius.

46. Sed cum omnipotens Deus vellet tantam ejus patientiam remunerare et illum a tanto labore, quem per

LXV annos perpessus in paenitentia fuerat, vellet quiescere, hoc modo diem clausit extremum. Consuetudo huic sancto erat dies, qui sunt ab Ascensione Domini usque ad Pentecosten, cum multa devotione celebrare et instantius solito orare ob reverentiam Spiritus sancti. Peractis iis diebus et adveniente dominica Pentecostes, sicut consueverat, missam celebravit cum divino timore. Illo denique die fecit convocare ad se milites, sui custodes. Quibus primo fecit monitionem et dixit : *Multum laboravistis pro me, sed spero in Deo quod cito quiescetis.* Qui responderunt : *Quare, pater sancte, ista dicis?* Quibus dixit : *Filii, usque ad diem dominicum de me scietis.* Ab illo ergo die coepit infirmari, et infirmitas semper crescebat. Hoc audientes milites, fecerunt medicum advenire. Qui vidit et tetigit illum, et dixit quod debebat (1) mori. Quam mortem jam praedixerat fratribus suis. Habebat enim quoddam apostema in latere dextro, quod nimium illum affligebat. Fecit sibi fieri unctionem extremam ; et certus de sua morte, dixit fratribus suis ut permitterent illum quiescere. Sed ubi quiescere volebat, qui nec culcitram nec paleam habebat ? Sed quid ? Tabula cum uno tapeto et uno coopertorio seu chlamyde, ecce molle stratum infirmi. Sed vobis legentibus aures vestras aperite ad tantae pietatis intuitum. Iste qui totius mundi dominationem habuerat et pro Christo totam reliquerat, et tamquam stercus, ut Christum lucrifaceret, omnia temporalia reputaverat, in sola tabula sic infirmus jacebat. Vere cum Christo hic dicere poterat : *Vulpes foveas habent et volucres caeli nidos ; filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.* Coepit autem orare et psalmos dicere, fratres etiam monere ut ipsi orationi vacarent. Et sic permansit per totam illam hebdomadam usque ad sabbatum. Nulla alia verba ibi dicebantur, nisi laudes Dei et orationes, tam ab ipso quam a fratribus.

47. Die sabbati hora vespertina, ipso completo ultimo psalmo psalterii, flatu tenuissimo quod vix poterat audiri, et praevalescente corporis molestia, statimque dixit : *Omnis spiri-*

(1) *In margine* decebat.

tus laudet Dominum, sancta illa anima de illius corpore est egressa, Deum pergens, cum omnibus sanctis in perpetuum laudatura. Et ut comprobaret omnipotens Deus quod crucem paenitentiae, quam per totum tempus vitae suae fideliter portaverat, gratam acceptamque sibi haberet, signo manifestae crucis voluit declarare. Rettulerunt milites, qui eum custodierant, domino papae et omnibus aliis quod a feria VI ante ejus obitum usque ad horam mortis illius viderunt ante januam illius camerae, ubi jacebat, crucem colore auream, non alicubi affixam, sed in aere pendentem. Sed fratres ibi manentes, de morte sui patris amarissime afflicti, ad ipsam crucem videndam minime exire voluerunt. Sed cum multa prece milites rogabant ut placeret illis obitum sui patris significare fratribus suis, qui morabantur in Campania. Qui nullo modo hoc facere voluerunt, usque dum nuntius, quem ad papam miserant, reverteretur. Qui quidem nuntius velociter ad papam ivit, qui tunc Romae erat, haec nova nuntiare. Quo papa audito nimium gavisus fuit, licet monstraret hoc dolere. Qui statim fecit venire ad se dominum Thomam cardinalem, et camerarium suum. Quibus intimavit obitum illius sancti et dixit illis ut irent ad castrum Fumonis et facerent corpus sepeliri honorifice. Ipse dominus papa cum cardinalibus exequias illius sancti in ecclesia sancti Petri de Urbe sollemniter celebravit. Venientes vero cardinalis et camerarius, fecerunt sicut dominus papa dixerat illis. Primo mandaverunt omnes episcopos de Campania et religiosos de provincia ut venirent ad dictum castrum. Postea transtulerunt illud sanctum corpus cum maximo honore, cum cereis et lampadibus et maxima comitiva populi ad ecclesiam sancti Antonii de Ferentino, quam idem sanctus de novo construxerat, et ibi sepelierunt illud juxta altare majus in anno M° CC° LXXXXVI°, XIX die maii. Ubi fiunt multa miracula, sicut petentium fides exigit. Vixit autem iste sanctus annis LXXXVI. **Explicit.**

Incipit quaedam lamentatio de morte sancti viri.

48. Praesens calamitas me compellit lugubria verba

depromere, gemitus et suspiria emittere, nostramque desolationem deplorare, eo quod ad praesens videmur tanto patre carere. Quapropter, fratres mei dilectissimi, discipuli patris nostri, advenite et diligenter vestro animo considerate quae et quanta nobis proveniant de tanti patris discessione, et unanimiter tantam calamitatem plorare non cessate. Quoniam quidem amodo possumus dicere, quemadmodum et propheta : *Cecidit corona capitis nostri.* Vae nobis, quia peccavimus et pupilli remansimus absque patre et numquam amodo faciem suam gloriosam in hoc mundo sumus visuri! Unde, fratres mei dilectissimi, talem desolationem plorare die ac nocte debemus, quoniam fundamentum nostrae religionis et exemplum omnium religiosorum a nobis recessit, et nos orphanos dereliquit. Pater patrum et pastor pastorum, qui tamquam Dei angelus in terra conversabatur, nos omnes dereliquit et de se inanes et vacuos universos dimisit. Vae nobis miseris! Quid amodo faciemus? quid dicemus? ad quem auxilium recuperabimus? ad quem refugium habebimus? Nempe defecit auxilium, periit refugium, et consilium salubre minime invenitur. O pauperes Christi, una nobiscum plorate, quia sublevatorem vestrum, patrem vestrum amisistis, et quia * vestram manum inopem replere consueverat, non invenitis. O devoti sanctissimi patris nostri, ubi estis? Quare omnes convenistis ad plorandum desolationem vestram atque nostram? Ubi est qui vos cibo spirituali reficiat? Ab oppressione dominorum vestrorum vos defendebat et toto conamine vos ab omnibus adversitatibus protegebat, qui et vestros infirmos a languoribus variis sanabat. Ad quem modo recurretis? Certe eum amplius in cellam non invenietis. Si temptati quipiam ad illum venirent, statim ab ipso remedia quarumlibet temptationum inveniebant. Ipse namque, tamquam peritus medicus, diversorum medicaminum remedia salubriter impendebat. Heu nobis miseris, qui tantum ac talem patrem amisimus, qui spiritualibus infirmitatibus nostris medere consueverat! Quem amodo habere poterimus? Quique afflicti ad ipsum patrem occurrentes, in ipso et per ipsum suarum afflictionum con-

* *sic; interponendum videtur* qui

solationem inveniebant, quem de cetero numquam poterunt. Unde et nos non solum nostram miseriam condecet deplorare, sed etiam proximorum, qui tanto patre caremus. Quis est qui valeat dicere quot de tenebris extraxit et ad Christum veram lucem reduxit, cum semper ad illum populorum concursus fiebat? Vae nobis, pupillis derelictis! Quoniam et concursus populi ad cellam venientis jam defecit, et non est qui possit dicere, sicut consueverat : *Eamus ad sanctum patrem nostrum et cum ipso consilium habeamus de salute animae nostrae.* Sed qui vadunt, ipsum non reperiunt, sed maerentes et dolentes inde discedunt, et errando huc atque illuc tamquam oves non habentes pastorem discurrunt. O pastor bone, et ubi te invenient oves tuae? Ecce grex tuus, quem alere consuevisti, quaerit te et non invenit. Vae nobis, qui pastorem nostrum amisimus, qui nos fovere et nutrire cibis spiritualibus consuevit! Et ubi tale alimentum sumus inventuri, quale de ejus saluberrima doctrina percipere solebamus? Ad quem de cetero recurremus? Certe non inveniemus. Et si a majoribus nostris affligimur vel opprimimur, ad quem recurremus? Ipse majores nostros arguebat, et subditos opprimere minime permittebat. Quid ergo amodo faciemus? Vae nobis, desertis orphanis, qui auxilium et consilium tanti patris perdidimus! O pater sancte, quare sic nos dereliquisti? Ecce discipuli tui pro tuo discessu in diversis partibus injuriantur et a diversis dominis opprimuntur et bona monasteriorum tolluntur. Unde, pater sancte, respice, et vide, et visita vineam quam plantavit dextera tua, nec derelinquas illam, sed defende et conserva eam, ut in justitia et sanctitate serviamus Domino Deo nostro omnibus diebus nostris et gaudiis caelestibus, quae promisisti, una tecum perfrui mereamur. Amen.

Incipit prologus de miraculis praedicti sancti patris.

49. Omnibus notum sit quod miracula quæ omnipotens Deus per venerabilem patrem nostrum scilicet fratrem Petrum de Murrone operatus est a nullo hominum possunt

reinveniri vel recitari, praesertim cum ea vir ille sanctus faciebat; sed Deus magis per illum suis fratribus silentium imponebat et dicebat ut proinde gratias Deo referrent, qui haec patrabat, adjungens hoc: non aequum et justum esse fragilitati imputare hominis quod esset Dei omnipotentis. Etiam multotiens quando Deus illa per ipsum mirabiliter operabatur, Deum proinde rogabat ut si illi placeret aliquam gratiam sanitatis illis tribuere, non coram se, sed magis post illorum recessum condonaret*. Et hoc ideo faciebat ut omnia in ipsius laudem converterentur. Nos vero illa narramus miracula, quae nobis per domnum Thomam de Roca Morici et per fratrem Nicolaum de Marsi hoc modo reperta sunt. Quando idem pater sanctus de mundo migravit, venerabilis pater Domnus Thomas cardinalis suas nobis litteras dignatus est mittere ut omnia miracula olim patris nostri sibi transmittere deberemus, quod nequaquam facere poteramus, quia ipsa non habebamus. Tandem tali reperto consilio ut pro ipsis mittere curaremus, ad hos fideles viros, quos diximus, hoc mandatum injunximus ut irent per unamquamque terram istius provinciae et illa miracula, quae nota atque per fide dignos approbata fuissent, illa tantum scriberent. Isti autem mandatum nostrum ad effectum ducere volentes abierunt, et quod invenerunt scripserunt, et nobis apportaverunt. Ipsa nos et alia quae pro certo novimus, qui cum praedicto patre conversati sumus, in praesenti volumine curabimus declarare.

* *cod.* condonare

50. Incipiunt miracula. Fuit quaedam mulier in civitate Sulmona, nomine Catherina, uxor Johannis notarii de eadem terra, cui quodam tempore magna infirmitas advenit in oculis suis, quam medici vocabant guttam serenam, de qua infirmitate ex toto amiserat lumen oculorum suorum per multum tempus. Pro qua vir ejus consuluit multos medicos et physicos, qui omnes desperaverant eam numquam lumen de cetero posse recuperare, quia nihil penitus poterat caligare. De qua vir ejus et magister Benedictus, pater ejus, nimium tristabantur, et semper cogitabant quid de hoc possent facere. Tandem illa dixit: *Rogo vos ut ducatis me ad cellam fratris Petri, et spero in Deo quod reddet mihi lumen.* Hoc isti audientes portaverunt illam ad cellam dicti patris et dimiserunt illam cum sociis extra cel-

lam, quantum jactum lapidis ; et descendit vir ejus ad eundem patrem et intimavit illi caecitatem oculorum uxoris suae. Cui pater ille sanctus dedit unam crucem parvam de ligno, dicens : *Pone illam super oculos ejus et secum semper habeat.* Quam ille cum devotione accepit et detulit uxori suae. Quae recepit illam cum devotione et fide, et posuit super oculos suos, et ab illa hora lumen perfecte recepit. Quod videntes consanguinei ipsius tam velociter lumen recepisse, cum magna laetitia flere coeperunt. Et reversi sunt ad eundem patrem, gratias illi agentes. Quibus ille : *non mihi, filii, sed Deo gratias referatis, quia ipse facit opera.* Et sic illa mulier et parentes et quam plures alii de civitate praedicta, qui tunc venerant cum magno gaudio, ad propria sunt reversi. Illa mulier non eques, sed pedes voluit reverti a cella usque Sulmonam.

51. Miraculum. Item quidam puer de eadem villa rupturam in suo corpore patiebatur. Qui cum devotione, propter hanc causam, fuit delatus ad sanctum virum. Qui pro eo oravit et locum infirmitatis signavit, qui statim per Dei gratiam et sancti viri orationem sanatus fuit.

52. Miraculum. Item quidam alius puer de eadem terra per unum annum et dimidium passus fuit quandam infirmitatem, quae vocatur gutta salsa, ita quod totum corpus suum a capite usque ad pedes rupturas carnis habebat, quasi esset leprosus. Quem parentes illius detulerunt ad sanctum virum, quem vir sanctus signavit et tertia die non perpendit, qua hora vel quomodo fuit sanatus, quia in corpore ejus nulla vestigia remanserant cicatricum.

53. Miraculum. Item quando pater ille sanctus praesidebat abbas in monasterio Sanctae Mariae in Fayssolis, ut supra dictum est ; tale miraculum ibidem Dominus per eundem dignatus est operari. Quidam rusticus quadam die cum multis aliis advenit et filium suum apportavit, qui erat quinque annorum, et adhuc non protulerat unum verbum. Quod indicavit sancto viro, et cum fletu magno ipsum precabatur ut filio suo subveniret. Cui pater ait : *Vade, pro factis tuis sum Deus ego, ut possim dare mutis loquelam ?* Videntes fratres quod ille bonus homo erat quasi desperatus de filio suo, rogaverunt sanctum patrem pro eo. Tunc ille ait : *Oremus omnes ad Dominum, ut suam benignam gratiam eidem largiatur.* Ipse autem vertit se ad altare, et alii omnes pariter oraverunt. Postea erigens se ab oratione fecit signum crucis in os pueri tangendo illud ; et statim solutum est vinculum linguae illius, et coepit expedite loqui, ac si numquam antea taciturnitatem habuisset. Quod videns pater ejus prae gaudio coepit flere, et Deo et sancto patri gratias referre. Qui etiam post aliquot dies de paupertate sua duxit ad monasterium duas capras quasi pro remuneratione. Quod audiens homo Dei sur-

risit et praecepit fratribus ut non tollerent eas, sed magis tamquam pauperi aliquid de monasterio darent.

54. M. Item quidam homo de Patula, nomine Petronus, patiebatur morbum caducum ; abiit ad dictum sanctum virum cui intimavit infirmitatem suam, et rogavit illum ut eum adjuvaret. Quem pater ille sanctus benedixit et pro eo oravit; qui in paucis diebus liberatus fuit.

55. Aliud Miraculum. Item quaedam mulier de Pratabundati, nomine Palma, longo tempore fuerat a daemonio vexata. Cum magna hominum comitiva ducta fuit ad Monasterium Sancti Spiritus illo die, quando ibi debebat praedictus sanctus missam celebrare in publico. Quae in illa celebratione missae liberata fuit coram omni populo ibi stante et in pace rediit ad propria.

56. M. Item quidam homo de Roca Morici, nomine Benedictus Bulote, patiebatur magnum dolorem in genu per medium annum et amplius, ita quod nullo modo ambulare poterat, nec aliquid operari. Unde dimissis omnibus medicinis quas propter illud fecerat, abiit ad monasterium Sancti Spiritus de Magella, ubi tunc frater Petrus morabatur, asinum suum equitans. Et dum ostenderet fratri Petro praedicto, signavit illud genu et ab illa hora liberatus fuit a dolore praedicto, ct cum gratiarum actione recessit ab illo.

57. Miraculum. Item in eadem terra quidam homo, nomine Rao, passus fuit quandam infirmitatem per duos menses in sinistro latere, videlicet in collo et in maxilla usque ad verticem capitis, ita quod tangendo illam videbatur una cutis : de quo magnum timorem habebat. Quapropter accedens ad cellam fratris Petri rogavit illum humiliter, ut tantum signum crucis faceret super infirmitatem suam. Quod venerabilis pater facere non dedignavit. Unde ille illo secundo sensit se totaliter liberatum.

58. M. Item in eodem castro erat quidam qui vocatur Ricardus Berardi, qui dicit quod habebat filiam mutam et trappam, et per VII[tem] annos a nativitate sua non movens se de uno loco ad alium. Quapropter pater suus accessit ad sanctum virum petens cum lacrimis et devotione consilium et auxilium ab illo. Quem venerabilis pater confortatus est, et dedit illi unum panem pro benedictione dicens illi, quod portaret illum filiae suae. Unde statim quod ad domum suam reversus est, filia sua locuta est dicens : *Pater, da mihi panem benedictum quem apportasti.* Hoc audiens pater ammiratus est et dixit filiae : *Surge et veni ad me et dabo tibi.* Statim puella surrexit et ambulavit, et recte loquebatur. Et haec testificantur omnes de illa villa, ac etiam fratres qui de eadem terra fuerunt oriundi.

59. Miraculum. Item in castro Carmanici fuit quidam sacerdos qui vocabatur domnus Galterus Thomasii, qui habebat lapidem in

vesica, et non poterat emittere urinam, nisi cum tanto dolore, quod videbatur spiritum exhalare. Unde dictum fuit sibi quod iret ad dictum sanctum virum. Qui fecit se poni super unum summarium, et cum devotione accessit ad illum, et cum lacrimis petebat illi misericordiam. Cui pater sanctus extendit manum et fecit signum crucis dicens : *Deus per suam misericordiam et pietatem adjuvet te.* Qui statim sensit se sanatum ; et illo die coepit lapidem emittere cum urina.

60. **Miraculum**. Item in eodem castro fuit quidam qui vocabatur Matheus Synibaldi, qui amiserat lumen oculorum suorum propter quandam gravissimam infirmitatem. Qui fecit se duci ad praedictum virum sanctum. Quem videns pater benedixit, et signum crucis super oculos fecit; et statim vidit et gratias Deo reddidit. Et fuit in praesentia abbatis Sancti Clementis in Piscaria.

61. **Miraculum**. Item in eodem castro fuit quidam sacerdos qui vocabatur dompnus Jacobus Stephani, qui cum amisisset lumen oculorum propter magnam infirmitatem in tantum, quod vix caligare poterat. Qui fuit ductus ad virum sanctum et cum magna devotione petiit misericordiam ab eodem. Quem videns frater Petrus levavit oculos suos ad caelum et pro eo oravit, et signum crucis super oculos dicti Jacobi fecit, qui per Dei misericordiam et sancti viri orationem visum recepit.

62. **Miraculum**. Item in castro Serre Monacesse fuit quidam homo qui vocabatur Bonumtempus, qui asserebat quod quodam tempore messium levavit unum magnum pondus, propter quod crepuit in sinistro latere, et per duos menses sustinuit illam infirmitatem. Tandem in assumptione beatae Mariae frater Petrus exibat de quadragesima, quam faciebat ; accessit ad illum et intimavit illi infirmitatem suam. Quem pater sanctus videns compassus est illi, et oravit Deum pro eo, et fecit signum crucis super rupturam ; et ante octo dies convaluit. Et hoc affirmant plures de dicta terra.

63. **Miraculum**. Item in castro Peragre fuit quidam homo qui vocabatur Sanitas, qui ore proprio dicebat, quod quadam nocte veniebat de Castro Fara,et nimio terrore concussus cecidit in terram, et jacuit per magnam horam ; et quando surrexit invenit se cum ore torto taliter, quod videntibus illum timorem incutiebat. Propter quod ipse nimium verecundabatur et dolebat. Habebat iste magnam devotionem in fratrem Petrum, accessit ad illum ad Sanctum Johannem de Orfente, rogans illum et petens quod poneret manum suam super os suum. Quod pater sanctus fecit et signo crucis signavit. Et statim per gratiam Dei et merita viri sancti os in statu suo reversum est. Qui cum multo gaudio et gratias Deo et sancto agendo reversus est ad propria dicens omnibus,quia convaluerat per fratrem Petrum; et omnes gratias Deo referebant

64. M. Item in eodem castro quidam homo, qui vocabatur Luchas, asserebat quod fuit trappus manibus et pedibus fere per spatium IIII^{or} annorum; unde quidam bonus homo, qui vocabatur Madius, volebat ire ad Sanctum Spiritum de Maiella ad videndum fratrem Petrum. Rogavit illum praedictus trappus ut rogaret fratrem Petrum pro se, ut Deus adjuvaret illum per merita illius, quia ipse non poterat per se ad illum accedere. Quod et factum est. Pater vero sanctus misit ad illum de pane benedicto. Qui a die quod coepit gustare de illo pane, coepit convalescere et in paucis diebus perfecte sanatus est. Et hoc affirmat praedictus Madius qui panem sibi apportaverat.

65. Aliud miraculum. Item in eodem castro erant duae puellae, quae non habebant patrem, neque matrem, quae etiam non ambulabant, neque crescebant, neque loquebantur, prout illarum aetas requirebat. Erant enim septem annorum. Accidit autem quadam die quod praedictus Madius iterum ibat ad fratrem Petrum ad Sanctum Spiritum de Maiella. Quaedam bonae mulieres dixerunt illi : *Recommenda istas puellas fratri Petro.* Qui respondit : *Libenter.* Cumque pervenisset ad praedictum Petrum, recommendavit illas sibi, et exposuit illi condicionem illarum. Audiens haec venerabilis pater compassus est illis et misit illis de pane benedicto. Quae cum gustassent, ab illa die coeperunt ambulare, crescere et ita bene loqui ac si numquam antea impeditae fuissent; et fuerunt pulchrae et bonae mulieres tempore suo.

66. Aliud miraculum. In civitate Lanzani erat quidam qui vocabatur Pamphilus notarius, qui asserebat se vidisse quaedam miracula de sanctitate sancti Petri. Qui ut sibi fides daretur in iis quae dicere intendebat, juravit ad sancta Dei evangelia, nemine cogente vel jubente, dum ipse pateretur rupturam in dextro latere, abiit ad medicum Gardiae causa curandi se. Ubi mansit per quinque menses, et non poterat curari, de quo mirabatur ipse et medicus similiter. Quid facere nesciebat; coepit tandem cogitare infra se eundi ad fratrem Petrum, et deliberavit, et etiam vovit sperans et credens per ipsum recipere sanitatem. Et hoc votum fecit in die jovis, et in die sabbati sequenti intendebat ire ad illum. Et antequam accederet ad illum, sabbato summo mane sensit se totaliter liberatum et sanatum. Tamen sicut proposuerat abiit, assumpto secum uno socio. Et illo die non potuit cum illo, sed in sequenti. Et cum appropinquaret eidem, genuflexit coram eo. Statim ipse frater Petrus, antequam ille aliquid diceret, dixit notario Pamphilo : *Quare, miser, committis peccatum cum conjuge aliena? Quare permittis te sic decipi a diabolo? Male facis. Tempus est ut paeniteas.* Cui Pamphilus respondit : *Pater sancte, vera sunt quae dicis.* Et cecidit in terram, et plorabat. Tunc vir sanctus dixit sibi, quod de cetero non faceret, quia non erat sibi necesse. Et

adjunxit : *Tu habes bonam uxorem et castam*. Et ille respondit : *Pater sancte, nullo modo valeo abstinere ab illa*. Tunc vir sanctus genuflexit coram altare et oravit. Postea sibi dixit : *Confide in Domino et ne timeas de cetero de tali peccato*. Et imposuit illi paenitentiam. Qui licentiatus ab illo recessit et numquam ausus fuit de cetero loqui cum illa muliere, nec de tali peccato illam requirere. Et hoc testificantur multi valentes homines de dicta civitate.

67. M. In Ortona ad mare fuit quidam qui vocabatur Genuese, qui asserit se amisisse lumen oculi dextri ex percussione unius vitis, cum in festo sancti Antonii in sua vinea laboraret. Qui propter hoc misit se in manibus medicorum, et nihil inde profecit, sed magis in pejus devenit. Demum cum devotione magna accessit ad fratrem Petrum ad Sanctum Johannem de Orfente, supplicans sibi quod imponeret manum suam super oculum suum. Quod et factum est; cum signo crucis tetigit illum. Et statim eadem hora vidit perfecte de illo oculo caeco sicut de alio sano. Et gratias reddidit Deo et viro sancto. Et hoc fuit affirmatum per plures valentes viros qui hoc viderunt.

Item in eadem terra fuit qui vocabatur Blasius, qui asseruit se habuisse quandam infirmitatem de qua non plene convaluit : quia remanserat sibi unum gelu a planta pedis usque ad genua, ita quod non poterat ambulare. Et hoc sustinuit per tres menses. Unde in quadam nocte vidit sanctum Julianum et sanctum Rufinum qui dixerunt eis : *Vis sanus fieri de hac infirmitate?* Quibus ipse respondit : *O quam libenter, si Deo placet!* Cui illi dixerunt : *Vade ad fratrem Petrum qui est in Sancto Spiritu ; et dicas sibi quod det tibi aliquid quod tetigerit*. Quod et factum est. Abiit ad locum illum, et ante altare fecit orationem suam ; et eadem hora convaluit de infirmitate sua et reversus est domum hilaris et gaudens de beneficio sanitatis, quod acceperat. Et hoc testantur plures fratres qui tunc fuerunt praesentes, et plures alii saeculares qui haec viderunt.

68. M. In Casale Comitis fuit quidam qui vocabatur Galterus Juliani ; asserebat se habuisse unum tinconem in inguine, et mollificatus et apertus est, ita quod per illam aperturam coeperunt exire lumbrici, postea arillos * uvae, demum scorqizos * uvae et ad ultimum * *sic*
totum stercus exinde veniebat. Quapropter praedictus Galterius hanc turpitudinem non volens sustinere, jam enim per IIII annos sustinuerat, accessit ad fratrem Petrum ad Sanctum Johannem de Orfante supplicans devotissime quod sibi subvenire dignaretur. Quod vir ille sanctus audiens, motus nimia pietate, signum sanctae crucis fecit super illud foramen, unde exibat illa putredo, et sanatum est, et per sexum naturalem post modum egestavit.

69. Aliud miraculum. In Buclano quidam, qui vocatur Galterus,

vere asserit se habuisse quandam infirmitatem in pectore per annum continuum et ultra, stans sub cura medicorum longo tempore, et nihil proficiebat. Audiens autem praedictus Galterus famam de sanctitate fratris Petri, cum magna devotione accessit ad eum, petens suam benedictionem et quod oraret Deum pro eo. Cui frater Petrus promisit orare Deum pro ipso, et dedit ei de pane benedicto, et signum crucis fecit. Non post multos dies praedictus Galterus sanatus est per Dei misericordiam et sancti viri orationem.

70. M. In eadem terra fuit quidam, qui vocatur Symon Leonardi; asserit se fuisse passum rupturam in sinistro latere; unde consultum fuit patri suo quod portaret eum ad fratrem Petrum. Quod et fecit, et rogavit sanctum virum cum devotione ut oraret pro sanitate filii sui. Unde post celebrationem missae sanctus pater fecit signum crucis super infirmitatem cum oratione; et statim caro rupturae solidata est, et fuit sanatus in illa hora. Et hoc testificantur pater illius et plures alii qui erant praesentes.

71. Aliud miraculum. In castro Luci quidam, qui vocatur Thomas Guillermi, asserit se jacuisse attractus per spatium septem annorum et plus, non se movens per se de uno loco ad alium, nec volens aliquid operari; quapropter multum dolebat et consilium invenire non poterat. Postea Domino inspirante cogitavit quod, si posset ire ad sanctum virum, sperabat sanari. Et fecit se deportari ad Sanctum Spiritum de Maiella, et cum magna devotione rogavit sanctum virum ut haberet misericordiam de ipso. Quem videns pater sanctus, compassus est ei et rogavit Deum pro eo. Et in paucis diebus sanatus fuit et ad domum suam pedes reversus est, Deum glorificans et fratrem Petrum magnificans.

72. M. In castro Paterni fuit quidam bonus homo qui vocabatur Johannes. Asserit quod erat leprosus et hydropicus. Habebat iste magnam devotionem in fratrem Petrum, ita quod saepe videbatur sibi in somnis, quod per fratrem Petrum liberabatur ab infirmitatibus suis. Et sic cum magna devotione accessit ad ipsum ad monasterium Sancti Spiritus de Maiella. Sed tunc non potuit loqui cum ipso, nec videre ipsum; unde recessit. Sed alia vice iterum ivit ad illum ad Sanctum Spiritum de Sulmona, et tunc locutus est cum illo, supplicans humiliter quod ipsum dignaretur adjuvare. Quapropter motus ad pietatem pater sanctus pro eo Deum devote rogavit, et signo sanctae crucis illum signavit ac dimisit. Qui in paucis diebus sanatus fuit, et Deo et sancto gratias reddidit. Et hoc testificantur pene omnes homines de illo castro.

73. Aliud. — Item quaedam nobilis domina de Calabria, quae erat leprosa, audiverat pluries loqui de sanctitate fratris Petri, et habebat maximam devotionem in eo; quae misit quendam sacerdotem ad

fratrem Petrum ut rogaret ipsum, quod pro Dei misericordia mitteret sibi aquam ablutionis manuum suarum; sperans quod si de illa aqua posset se lavare, cito esset sanata. Quod et factum est; licet hic sacerdos non posset loqui cum fratre Petro propter quadragesimam, tamen fratres qui erant cum eo retulerunt sibi. Qui haec audiens benedixit aquam et de illa implevit unam ampullam vitream; et fratres dederunt dicto presbytero, qui portavit illam ad dictam dominam cum magno gaudio. Et illa cum magna devotione eam recepit, et de illa lavit se. Quae statim post ablutionem aquae sanata fuit per Dei misericordiam et devotionem suam et sancti viri intercessionem.

74. Aliud m. Item quidam homo de Turre, quae est sub civitate Teatina, percussus fuit in genu dextro de una sagitta; pro qua percussione perdidit totam tibiam, ita quod non poterat ambulare sine zammetis. Quapropter ivit cum magna poena ad fratrem Petrum deprecans illum ut pro se oraret Deum. Quem videns vir sanctus misericordia motus fuit. Et in memoria tanti miraculi dimisit ibi zammetas suas, et reversus est ad propria gaudens et laudans Deum, et sanctum virum quantum poterat magnificans.

75. M. Item cuidam homini de Carmanico praedixit hic sanctus obitum suum dicens illi : *Confitere peccata tua, quia cito benefaciet tibi Deus.* Post haec verba reversus est domum; et non vixit nisi per duos dies. Et de hoc est fama publica in eodem castro.

76. M. Item quodam tempore dum fabricaretur ecclesia Sancti Spiritus de Maiella laborabat ibi domnus Thomas de Roca Morici, et illo die jejunabat. Frater Petrus dixit fratri Johanni de Atria : *Praepara aliquid pro domno Thoma.* Cui ille respondit : *Non habemus oleum.* Et non mirum : quia tunc temporis in maxima paupertate vivebant. Cui frater Petrus dixit : *Non remansit aliquid in cucurbita?* Qui respondit : *Non.* Et ille : *Accipe illam et pone juxta ignem, et forte distillabitur tantum quod sufficiet pro coquina.* Quod ille frater fecit. Et quando levavit cucurbitam ab igne, invenit eam plenam oleo.

77. M. Item quidam frater novicius de ordine suo morabatur in loco de Aquile, et temptabat extraire de ordine. Propter quam causam misit illum prior ejusdem loci ad fratrem Petrum: quem idem pater confortatus est eum et misit illum ad locum de Roma dicens illi : *Vade fili, quia cito finieris dies tuos.* Unde ipse novicius reversus est Aquilam, et dixit fratribus : *Pater dixit mihi ut vadam Romam, quia ibi cito moriar.* Quid aliud? Ipse ivit Romam, et infra xv dies mortuus fuit.

78. M. Item tempore quo fabricabatur ecclesia de Murrone quidam scholaris fodebat * arenam ibi pro eadem ecclesia. Frater Petrus qui erat in cella sua habuit per revelationem divinam quod illa crypta ubi ille fodebat arenam cadere debebat; unde cito misit

* sic

ad illum unum nuntium, dicens ut de illa crypta in continenti exiret. Qui exiens : et statim illa crypta cecidit, et tunica et ferramenta sua intus remanserunt.

79. Item antequam frater Petrus haberet fratres, dum esset in Murrone, habebat secum unum scholarem de Carmanico pro adjutorio missae. Unde accidit, quod quadam vice misit illum pro certis negotiis Carmanicum; qui cecidit in fornicationem. Quod revelatum est fratri Petro. Unde mox ut reversus fuit, statim frater Petrus a longe clamavit dicens : *Ne accedas ad me quia amplius mecum non manebis, et omnia illa quae apportasti ego nolo. Sed facias velle tuum quia cecidisti in fornicationem.* Cui ille : *Verum est, pater : sed rogo te misereri mei.* Et ille clericus cui hoc accidit viva voce affirmat ita fuisse.

80. M. Item quidam de Colle Macenarum fuerat surdus et mutus per annos xv, ut affirmant homines de terra illa. Fuit ductus ad fratrem Petrum. Qui paulo post recepit auditum et loquelam gratia Dei et meritis sancti patris.

81. M. Item frater Robertus de Sale dixit, quod audivit a fratre Nicholao de Serra et duobus aliis bonis fratribus, quod quadam vice hoc accidit in loco Sancti Spiritus de Maiella, quod defecit vinum pro missa. Et in illo loco non invenitur ubi possit cito recuperari. Frater Petrus induit se ad missam dicendam, et accepit calicem et dixit ministro : *Da mihi vinum et aquam.* Qui dixit sibi : *Non est vinum.* Et dixit fratribus : *Afferte mihi vascula vini et aquae.* Fratres acceperunt vasa et inventa sunt plena vino et aqua. Quod videntes fratres valde mirati sunt. Et ille frater, qui adjuvabat illum ad missam, rettulit omnibus aliis fratribus, de quo multum dura increpavit illum pater sanctus, eo quod non tenuerat secretum.

82. M. Item in civitate Pendensi quaedam mulier, uxor Ricardi Johannis, propter infirmitatem amiserat lumen oculorum suorum per spatium v^{e} annorum, et nihil videbat. Haec fuit portata a viro suo ad fratrem Petrum ad Sanctum Johannem de Orfente. Quae divina gratia mediante antequam reverteretur ad domum, visum recepit. Et hoc testificantur plures de illa civitate.

83. M. Item quaedam monialis, quae vocabatur soror Gemma de Monte Bellu, fuit trapa spatio annorum xviii^{o}, quae fuit portata ad Sanctum Spiritum de Sulmona ad cellam fratris Petri ; quae per Dei gratiam et suam devotionem liberata fuit, et recte ambulavit. Et hoc testantur pene omnes de illa terra.

84. M. Item in castro Bussi quaedam domina quae vocatur Sinilla, uxor magistri Thomae Cere, passa fuit per tres annos tantum dolorem in uno brachio, quod nullomodo poterat illum extendere, nec aliquid facere. Unde accidit quod quadam die dominica quando frater Petrus cantabat missam populo, ipsa interfuit et ad benedictio-

nem missae brachium suum extendit et statim liberata fuit, et cum gaudio Deum laudavit.

85. M. Item in eodem loco et in eadem die quaedam domina quae vocatur Antonia de Castro Pratularum; quae cum comederet de nocte cum magna aviditate, intravit in eam diabolus, et eam taliter aptavit quod videbatur, quod totum quicquid videbat et tenebat deberet comedere. Item faciebat multa quae licita non erant : non verecundabatur discooperire se coram populo; de quo multum tristabantur consanguinei ejus, et quaerebant consilium et auxilium medicorum, et non poterant invenire remedium. Et haec sustinuit per IIII^{or} menses. Tandem ducta fuit ad missam fratris Petri, et ad benedictionem viri sancti ipsa cecidit in terram, et evomuit, et jacuit per spatium mediae horae quasi mortua; postea erexit se sana et incolumis, et cum gaudio cum suis ad propria rediit.

86. M. Item quidam frater de ordine praedicti patris, qui vocabatur frater Galterus Rubeus de Rocamorici, patiebatur rupturam in dextero latere. Venit ad patrem et intimavit sibi suam infirmitatem, et etiam ostendit illi. Ipse vero signum sanctae crucis fecit super locum, et statim fuit sanatus praesentibus abbate Onufrio, fratre Roberto de Sale, et pluribus aliis fratribus.

87. M. Item alius frater qui vocatur frater Jacobus de Molisi de dicto ordine, accessit ad dictum patrem causa recipiendi aliquam consolationem ab illo. Cui pater sanctus dixit : *Vade fili, confortare, et confitere bene, quia cito morieris.* Erat iste pulcher juvenis et nullomodo dedit fidem verbis istius. Sed illo revertente ad monasterium sancti Georgii coepit infirmari, et mortuus est in paucis diebus.

88. M. Item quidam bonus homo de Roca Beralli habebat unum filium, qui patiebatur infirmitatem frenesis, et videbatur esse leprosus; qui percutiebat quoscunque inveniebat, et non poterat ab aliquo detineri. Unde vovit Deo et sancto patri, quod si per merita sancti Petri posset sanari, quod faceret illum accipere habitum ordinis dicti sancti. Et duxit illum ad cellam viri sancti. Qui per Dei gratiam in paucis diebus fuit sanatus et fuit diu in ordine bene vivens.

89. M. Item quidam de Aquila qui vocatur magister Grimaldus, quando aedificabatur ecclesia sanctae Mariae de Collemadio, propter magnum pondus, quod levavit, crepuit taliter quod non poterat laborare. De quo ipse et fratres multum dolebant, tandem ivit ad fratrem Petrum et dixit sibi quid sibi acciderat. Quod audiens pater condoluit, et locum infirmitatis signavit, et dedit illi de quodam pulvere ad utendum. Qui revertens a cella jacuit illo sero in villa Sancti Ensanii, et in mane sumpsit de illo pulvere cum vino, et immediate sensit se sanatum. Et cum magno gaudio Aquilam est reversus.

90. M. Item quidam de Alifra qui vocabatur Johannes Raymundi

erat nimium incurvatus, et patiebatur pasmam, ita quod vix poterat loqui. Unde pater suus duxit illum ad fratrem Petrum tempore quo celebrabatur generale capitulum in loco Sulmonis. Quem pater sanctus videns signo crucis signavit et pro eo Deum oravit. Qui statim se erexit, et similiter a pasma fuit totaliter liberatus.

91. M. Item in eadem terra magister Nicholaus Mathei habebat filium quinque annorum, qui patiebatur vitium lapidis, et non poterat mingere sine dolore et gemitu; de quo parentes ejus nimium tristabantur et adduxerunt illum ad fratrem Petrum. Quem pater sanctus signavit et benedixit; et gratia Dei mediante statim sanum reportaverunt parentes ejus.

92. M. Item eodem tempore quo praedictus pater venit de partibus Tusciae Romam, invenit priorem sancti Petri de Montorio graviter infirmum. Quem pater visitavit et infirmitatem illius consideravit et sibi dixit : *Confortare quia non morieris modo, licet bene sis debilis.* Et tanta erat infirmitas sua, quod non poterant videre quod posset evadere morti. Tandem vir sanctus ipsum confortavit et discedit. Altera autem die dictus infirmus praeparabat se ad febrem recipiendam sicut consueverat, sed non habuit. Et sic ab illo die incepit convalescere. Et post tertium diem iterum praedictus pater visitavit illum et dixit illi : *Quomodo est tibi?* Qui respondit : *Bene, Pater, per Dei gratiam et per intercessionem tuam.* Cui dixit : *Non mihi, fili, sed gratias Deo referas, et beato Bartholomeo.* Quia illo die quo visitaverat illum, fuerat festum beati Bartholomei. Et de ista subita convalescentia fratres fuerunt multum admirati.

93. M. Item idem frater in alio tempore habuerat unam magnam infirmitatem in partibus Campaniae, pro qua erat piger nimis, et non poterat se exercitare, sicut consueverat. Superveniente vero quadragesima hic frater multum dolebat quod non poterat facere sicut alii fratres faciebant; vertit se ad orationem, cum lacrimis deprecans Dominum ut per merita fratris Petri patris sui dignaretur aliquam gratiam sibi conferre. Et ecce astitit illi in visione praedictus pater, et dedit illi unam corrigiam latam et dixit sibi : *Cinge te, fili, et eris fortior.* Ipse vero cingebat se, et evigilavit, et statim sensit se tantae virtutis, quod nunquam ante habuerat. Et istud erat bene mirabile inter fratres, quod in omnibus operibus bonis erat fortis.

94. Item frater Nicholaus de Serra socius praedicti patris retulit, licet silentium imposuerat praedictus pater, quod sedente patre illo in comestione de ore suo cecidit unus dens, propter quod multum dissimilis videbatur, de quo reddidit gratias Deo; qui accipiens illum dentem reposuit in proprio loco, unde ceciderat, quem Deus ita fortiter refirmavit, ac si nunquam inde cecidisset. Et erant praesentes plures fratres cum praedicto fratre Nicholao.

95. **M**. Item eodem tempore quo sanctus pater morabatur in monasterio Sancti Spiritus de Maiella, fuit adductus unus per plures homines qui habebat daemonium in corde. Qui cum fuisset ante januam ecclesiae coepit vociferare et clamare, et nolebat intrare. Pater vero sanctus erat in ecclesia prope altare, et jussit illum adduci ad se. Et cum appropinquaret sibi, dedit alapam illi dicens: *Exi, diabole, a creatura Dei.* Statim ille proecit se in terram et jacuit per mediam horam. Ipse vero cum aliis fratribus dederunt se ad orationem; et parum post ille qui prius vexabatur surrexit sanus et liberatus; et ex tunc fuit valde devotus patri sancto. Et hic fuerunt praesentes plures fratres de loco.

96. **M**. Item alio tempore dum frater Petrus moraretur in cella sua in monasterio Sancti Spiritus de Maiella, reliquerat unum libellum coopertum de pelle pilosa in fenestra ejusdem cellae. Venit corvus et asportavit illum librum nemine vidente et nesciente; sed dum frater Petrus requireret eundem libellum, ecce corvus statim affuit. Tunc idem frater Petrus coepit cogitare, quod idem corvus deportasset, et dixit corvo: *Praecipio tibi in nomine Domini nostri Jesu Christi, quod si deportasti librum, cito reducas illum mihi.* Statim corvus sine mora abiit et readduxit librum et reposuit in loco proprio, ubi acceperat. Haec alia die in capitulo coram fratribus praedictus pater recitavit ad Dei laudem, non ad suam.

Ista sunt miracula quae Dominus dignatus est demonstrare per merita sancti Petri per viam quando fuit ductus ad papatum, et quae ipse patriarcha fecit scribere.

97. In primis apud Sanctum Martinum Vallis Gaudii Petrus filius Nicholai de eadem terra per x annos habuerat, manus proprias cancellatas, et de uno pede claudicabat, manifeste divina gratia mediante liberatus fuit a dictis infirmitatibus oratione et tactu reverendi fratris Petri.

98. Item in eodem castro fuit quaedam mulier quae Maria vocabatur, quae vexata fuit a diabolo per annum continuum et plus; similiter liberata fuit praesentibus et videntibus dominis, qui illam ducebant et pluribus aliis personis fide dignis.

99. **M**. Item ibidem quidam qui vocatur Matheus de Salerno amiserat ex toto per unum mensem et amplius unum latus corporis sui, respiciendo fratrem Petrum cum magna devotione, et sperans de sanctitate ejus, statim plene fuit liberatus meritis dicti sancti viri.

100. **M**. Item quidam de Metalone perdiderat lumen oculorum per annos IIII^{or}, audiens quod frater Petrus transiret; exiit in occursum illius et petiit misericordiam ab illo. Qui gratia Dei et meritis sancti viri plenum visum recepit.

101. Item apud Capuam erat quidam puer VII annorum, qui a nativitate sua non fuerat locutus. Statim ad tactum fratris Petri coepit loqui. Unde praesentes admirati sunt valde.

102. M. Item in eadem terra quidam puer de Cervinaria, qui nunquam steterat supra pedes suos spatio VIII annorum et plus, facto signo sanctae crucis per fratrem Petrum, statim coepit stare et ambulare firmiter praesentibus pluribus fide dignis.

103. M. Item in eadem terra castellanus de Turre Capuana supra pontem amiserat unum brachium prae nimia infirmitate per IIIIor menses, solo tactu fratris Petri plene fuit liberatus gratia Dei mediante.

104. M. Item apud Tyannum quidam fuit qui vocabatur Nicholaus Mutus, qui extiterat mutus per XV annos, ductus fuit coram fratre Petro, qui fecit signum sanctae crucis super os illius, et immediate coepit loqui coram omnibus qui astabant.

105. M. Item in eadem terra quaedam mulier daemoniaca et quidam puer daemoniacus liberati fuerunt per signum sanctae crucis factum super eos per dictum sanctum virum.

106. M. Item in Venafro quidam puer XII annorum qui fuerat mutus a nativitate sua, gratia Dei et meritis fratris Petri perfecte loquelam cepit, praesentibus pluribus de terra illa et aliis bonis viris qui cum dicto fratre Petro erant.

Ista sunt miracula quae Dominus dignatus est ostendere per merita sancti Petri confessoris post obitum suum.

107. M. Quidam homo qui vocabatur Gerardus de Pedemont erat hydropicus, qui jacuerat in hospitale Sancti Spiritus de Roma per VI menses prae nimia paupertate. Audiens de morte illius sancti viri cum magna fide et devotione accessit ad sepulturam illius, orans pro sua infirmitate. Qui statim per Dei gratiam et merita sancti viri liberatus fuit. Et haec testificantur plures fratres et alii fide digni, qui eum viderunt et sanum et infirmum.

108. M. Item quaedam abbatissa monasterii Sancti Mathaei de Ferrentino, nomine domina Laeticia, quae per unum annum et amplius jacuerat infirmata, quae amiserat medietatem unius lateris. Illa vovit se cum fide et devotione magna sancto viro et orationibus illius. Quae statim de dicta infirmitate convaluit, et ad sepulturam ejus abiit gratias referens Deo et sancto viro.

109. M. Item quaedam nobilis domina nomine Margareta habebat scrofulam magnam in gutture; quae accessit ad sepulturam sancti viri cum devotione et duxit per guttur suum illam catenam, quam sanctus Petrus cingebat ad carnem, et statim ab illa scrofula mundata est perfecte. Et erant praesentes plures de societate sua.

110. M. Item quaedam alia mulier per multum tempus brachium quasi siccum habebat, quia de illo non poterat aliquid operari, quae venit ad sepulcrum sancti viri et recommendavit se sibi cum magna devotione. Quae gratia Dei et meritis sancti viri sanata fuit, et parentes ejus cum ipsa fecerunt magnum gaudium, cum ad propria fuit reversa.

111. M. Item quaedam alia mulier de Ferentino erat caeca, et nihil videre poterat, et habebat magnam devotionem ire ad sepulcrum sancti viri; sed per se non poterat. Quae misit commatrem suam ad dictum sepulcrum, et dixit sibi quod impetraret aliquid a fratribus de rebus sancti viri. Quae veniens petiit, sed nihil datum est sibi. Ipsa vero cum devotione accepit de pulvere, qui erat super sepulturam ejus, et ad illam caecam commatrem suam attulit, et in oculis illius proecit. Quae statim visum recepit, et postea ad sepulcrum dicti sancti ivit, et gratias Deo et sancto egit.

112. M. Item in eadem villa erat quaedam mulier habens filium VII annorum, qui non crescebat, nec ambulabat nec loquebatur et non desinebat plangere; de quo parentes multum tristabantur, et optabant illum magis mori quam vivere. Quadam die mater sua adduxit illum ad sepulcrum sancti viri et posuit illum super sepulcrum orans et dicens : *Domine Deus omnipotens, deprecor te per merita sancti viri qui hic jacet, quod tu liberes filium meum vel accipias eum ad tę, ut possim liberari a tribulationibus quas diu passa fui.* Postea reversa fuit ad propria, et statim quod ipsa fuit ad domum suam, puer mortuus fuit, et ipsa liberata fuit a suis tribulationibus.

113. M. Item in civitate Ananiae fuit quaedam puella, quae habebat in pede unam fistulam, quam habuerat per annum et amplius, et parentes illius multum expenderant in medicis et nihil proficiebat puellae. Unde dicebant medici quod erat infirmitas incurabilis. Et sic parentes illius voverunt illam sancto viro cum magna devotione quae in paucis diebus perfecte fuit liberata ab illa infirmitate.

114. M. Item quidam sacerdos qui vocabatur domnus Jacobus de Reate, qui per III annos extiterat infirmus graviter, qui ad multam paupertatem propter hoc devenerat, et etiam saepe mortem desiderabat. Interim quadam vice coepit cogitare de miraculis, quae faciebat sanctus Petrus dum viveret, et coepit rogare Dominum devote, ut per merita sancti viri eum adjuvaret, et vovit visitare sepulcrum sancti viri si sanitatem recuperaret ; qui in brevi fuit liberatus totaliter et votum suum adimplevit fideliter.

115. M. Item in eadem civitate fuit quidam vir fidelis, qui longo tempore fuerat infirmus, et prae nimia infirmitate amiserat lumen oculorum suorum, et multa expenderat in medicis ; sed nihil sibi proficiebat. Unde quadam nocte coepit meditari de vita et miraculis

sancti viri quae faciebat dum vivebat. Postea coepit Deum exorare devotissime, ut per merita sancti viri ipsum adjuvaret. Cui quidam vir splendidus sibi in spiritu apparuit et ei dixit : *Si vis sanus esse dicas hanc orationem : Deus qui beatum Petrum monachum,* et cet. Quam orationem in corde bene retinuit et semper dixit, et liberatus fuit, et illam scripsit et pluribus tradidit.

116. M. Item in curia Romana erat quidam episcopus, qui fuerat capellanus domini Sabinensis cardinalis. Hic fuit multum infirmatus quasi ad mortem, et a medicis jam desperatus. De quo dominus cardinalis et omnes amici illius tristabantur. Cui dominus cardinalis misit unum capellanum eidem dicens : *Licet a medicis sis desperatus, adhuc tamen consulo tibi ut recommandes te Deo et orationibus fratris Petri de Murrone.* Quod iste audiens coepit Dominum devote deprecari, ut per merita sancti viri ipsum adjuvaret. Qui statim post orationem coepit meliorari et in paucis diebus fuit ad plenum liberatus. Ipse vero post liberationem suam venit Campaniam ad visitandum sepulcrum sancti viri, et ibi missam celebravit, et unum pallium aureum obtulit, et cum gaudio magno gratias Deo et sancto referendo Romam reversus est. Et istud miraculum fuit valde notum inter praelatos curiae Romanae.

117. M. Item tempore quo curia Romana erat in Anagnia archiepiscopus Mediolanus cum magna devotione venit ad visitandum sanctum corpus fratris Petri, qui patiebatur tunc febrem quartanam. Qui cum venisset ante sepulcrum sancti viri proecit se ad terram, et fecit orationem suam devote, et ab illo die sicut ipse dicebat numquam ipsam febrem passus fuit. Item ipse dicebat ab illa infirmitate alio tempore per istum sanctum virum se fuisse sanatum, unde ad ipsum tanquam ad suum medicum recurrebat.

118. Item quidam nobilis vir, qui fuerat praetas de quadam civitate de Lombardia, qui in quodam conflictu percussus fuit de uno carrello arbalistae in pectore, quem perforavit ex alio latere. Qui statim fecit venire medicos ; et illi quasi de illa percussione diffidebant se. Hoc ille audiens cum magna devotione vovit se Deo et sancto, quod si posset de hoc periculo evadere, quod pedes visitaret sepulcrum sancti viri. Qui per Dei gratiam et merita sancti Petri sanatus in brevi fuit, et sicut promisit, votum fideliter adimplevit.

119. M. Item quidam magnus clericus de Francia qui erat in curia Romana, venit ad visitandum sepulcrum sancti Petri et dixit fratribus, qui illic morabantur, quod Deus per merita sancti viri restituerat sibi manum, quam per longum tempus habuerat contractam, et non poterat se adjuvare de illa, et ostendebat omnibus illam sanam.

NOTA

IN MIRACULUM A S. MICHAELE

CHONIS PATRATUM

editum supra (tom. VIII, p. 287-329).

Dum in superiore tomo vulgabat cl. vir Max. Bonnet narrationis hujus miraculi textum graecum, monuerunt editores Bollandiani se, pro more suo, subjungere documento latinam ejusdem versionem (1). Hoc siquidem tempore ignari prorsus erant se habuisse in hac interpretatione praecursorem cujus opera, si novissent, certe usi fuissent. Sed nuperrime intenti evolvendis libris manuscriptis latinis Bibliothecae Parisinae, cujus catalogum hagiographicum conficiunt, inciderunt in codicem signatum n° 11753, in quo a folio 221v-226v, reppererunt narrationem miraculi Chonis patrati a S. Michaele. Jam vero textus latinus cum graeco edito a cl. viro Max. Bonnet collatus se prodidit nihil aliud esse nisi versionem quandam, liberiorem licet, prioris documenti graeci, nempe narrationis anonymi (2).

Illam notitiam cum Analectorum studiosis lectoribus communicare visum est. Ab integra interpretatione latina huc inferenda abstinemus tamen. Etenim, si res ipsa ad historiam litterariam et commercium hagiologicum, sit venia verbo, Graecos inter et Latinos alicujus momenti est, documentum ipsum non hujus est pretii quod in lucem edatur, praesertim cum jam praesto fuerit versio quae ad graecum textum propius accedat. Proin solum Prologum heic afferimus, quem interpres latinus graeco libello praemisit, et in quo tum seipsum quis fuerit declarat, tum tenorem operis sui explicat

Audimus ex hoc Prologo interpretem esse *Leonem* quendam nomine, ex *fratribus congregationis latini coenobii Athonos montis*. Inde novum indicium exsurgit ut asseratur olim degisse monachos latinos in monte Athone, et determinetur tempus quo ibidem, haud diu tamen, floruerunt. Etenim jam monuit Victor Langlois, qui illud jure eruebat ex chrysobullio imperatoris Alexii (3), Amalfitanos monachos obtinuisse ab imperatoribus Constantinopolitanis, per expeditionem cruciatam quae locum habuit anno 1204, licentiam sedendi in territorio imperii Byzantini, ac proin fundasse in monte Athone monasterium quod, detorto nomine

(1) *Anal. Boll.*, tom. VIII, p. 287, nota. — (2) Ibid., pp. 289-308. — (3) J. Müller, *Historische Denkmäler in den Klöstern des Athos* apud Miklosich, *Slavisch-Bibliothek*, tom. I, p. 194.

eorum, vocatum est τῶν Μολφινῶν (1), seu, ut scribit cl. vir Eugenius Melchior de Vogüé, *Omorphonô* (2), cujus ruinas tum ipse, tum cl. vir Ludovicus Duchesne vidit, qui hoc nobis proprio ore affirmavit. At quoniam codex n° 11753 conscriptus videtur ineunte saeculo XIII, potius astipulandum existimamus eruditissimo viro Joanni Manueli Gedeon, qui non saeculo XIII, ut opinabatur Langlois, sed jam medio saeculo XI fundatum fuisse monasterium Amalfitanorum tradit (3).

Sed jam audiamus Leonis monachi Prologum in miraculum S. Michaelis Chonis patratum.

Prologus.

Insigne et gloriosum eximiumque et cunctis celeberrimum seclis miraculum, quod per virtutem praesentiamque beatissimi caelestium agminum principis Michaelis in partibus gestum est Asiae, in loco qui Conas nunc vocatur, mirari non desino, quomodo per tot curricula annorum latinis non est auribus intimatum, cum vetus fama hoc personet ubique et argolico stylo satis lucide sit promulgatum, et monimenta usque in hodiernum diem in eodem loco evidenter et usque in sempiternum declarent. Quod quidem et si uspiam in latinis habeatur voluminibus, quia ad nostram pervenit minime notitiam, ego Leo, indignus omniumque ultimus monachorum, hortatus, immo compulsus sum ab omnibus fratribus congregationis latini coenobii Athonos montis, qui alio nomine agio oro nuncupatur, ut hoc latinis explicarem sermonibus. Sed ego imperitiae meae conscius, utpote idiota et nullius litteratoriae artis imbutus, quid facerem? Cum ex una mihi parte imperitia verecundiam excusationemque imperaret, ex alia vero tantorum virorum Dei servorum me auctoritas provocaret; ita ut nefas putarem eorum non parere mandatis, cum illi summa reverentia hujus gloriosissimi archangeli hoc scirent satagerent. De quorum sacratissimis precibus confidens, illiusque auxilio et adminiculo cujus amore id fieri postulatur, assensum praebui. Obtemperando magis illorum praeceptis quam de mea imperitia praesumendo et ut potui, quamvis simpliciter latinis tradere litteris curavi, ut aliquo modo et si non ab omnibus generaliter vel ab his, qui hoc legere vel audire inhianter satagunt legatur. Hoc sane sciendum est, quia fortasse in verbis de graeco aliquid discrepare videtur sensu, tamen nil distat: sed sicut congruere vel expedire ratio postulabat, alibi verbum verbo, alibi vero sensum tantummodo transtulisse fatemur, sicuti et majores nostros fecisse compertum habemus, qui

(1) *Le mont Athos et ses monastères*, p. 8. — (2) *Revue des deux mondes*, 1876, tom. I, p. 285. — (3) Ὁ Ἄθως, pp. 129, 131.

cum aliquid de graeco in latinum transferre curaverunt non verbum verbo, sed sensum sensu exponere studuerunt. Quod nos magis necessitate fecimus quam voluntate, quia si illud per totum sicut in graeco habetur eloquio, ita latinis sermonibus exponere voluissem, tam insipidum inconveniensque sonaret ut non modo aedificationem nullam legentibus, sed fastidium generaret. Ideoque omnes qui hoc lecturi sunt imploro et postulo, ut quicquid ineptum, incompositumque invenerint, salubrius corrigant mihique a Domino veniam flagitare nitantur, et non temeritati, sed necessitati oboedientiaeque ascribant. Attamen si quis hoc reprehenderit et subsanaverit, eo quod rusticano et simplici incultoque est sermone prolàtum, nemo compellit ad legendum; legant qui volunt, qui nolunt abiciant. Ego mihi conscius sum non ob aliud nisi ob summam devotionem archangeli et servorum Dei hortatu fecisse, qui non elegantiam venusti sermonis, sed simplicem cum divinis virtutibus loquelam appetunt edoceri. Unde terratenus vestra, o sacratissima cohors, deposco flagitoque suffragia, ut hoc opus quod me arripere jubendo fecistis, vestris ab omnipotente Deo obtineam precibus sacris, ut congrue illud decenterque valeam explicare, quatinus et vestra in tanti amore archangeli devotio incremęntum semper accipiat, et ego misellus nimiisque vitiorum praegravatus ponderibus ejus auxilio et intercessione cunctorum merear adipisci veniam delictorum. Amen. **Explicit prologus**.

ACTUS

SANCTI PHILIPPI APOSTOLI

Nunc primum edidit R. D. Petrus Batiffol.

De aetate τῶν πράξεων sancti Philippi apostoli quae tertio circiter saeculo referuntur, de earum doctrina quae gnosticas fabulas sapit, de earum auctore qui Leucii Charini nomine decorari solet, de usu demum inter haereticos et catholicos, disputare mihi in animo non est, quippe cum tali argumento satisfecerint jam olim C. Henschenius, recentissime vero v. cl. R. A. Lipsius (1), quorum e duplici commentario colligere quisque poterit qualis fuerit dictarum πράξεων auctoritas apud veteres christianos et quanti facienda esset earum integritas. Earum tamen fragmenta pauca ad nos usque pervenerunt : e quindecim namque graecis πράξεσι, quas olim extitisse constat, duabus tantum (secundam et decimam quintam dico) lucem videre datum est (2).

Quae cum ita essent, contigit mihi Romae in Apostolica bibliotheca moras haud ingratas facienti incidere in codicem Vaticanum graecum numero 824 signatum, saeculo circiter XI exaratum (binis columnis, foliis 389, mill. 376 + 245), Vitis diversorum sanctorum refertum, in quo nactus sum non tantum πρᾶξιν II^am^ seu Actus Philippi in Hellade, et XV^am^ seu ejusdem Philippi martyrium, sed etiam πράξεις I, III, IV, V, VI, VII, VIII, IX, prorsus ineditas. Fragmenta haec vaticana exscripsi, exscripta emendavi, emendata excussi (emendationum indicem in calce habebis), excussa in latinum de graeco transtuli : schedas denique prelo jam paratas R. D. Abbas Jos. Cozza, ordinis Sancti Basilii et S. R. E. probibliothecarius, qua est humanitate et scientia, codici Vaticano iterum contulit.

Scribebam Lutetiae Parisiorum, 12 martii 1890.

(1) *Act. SS.*, *Maii* tom. I, p. 1. — *Die apokryphen Apostelgeschichten und Apostellegenden*, tom. I, p. 81 sqq., tom. II, fasc. II, p. 1 sqq. — (2) C. Tischendorf, *Acta apostolorum apocrypha* (1871).

I.

[fol. 66'.] Πρᾶξις <α'> τοῦ ἁγίου καὶ πανευφήμου ἀποστόλου Φιλίππου, ὅτε ἐξερχόμενος ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἤγειρε τὸν νεκρόν.

[α'.] Ἐξελθόντος Φιλίππου τοῦ ἀποστόλου ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, χήρα τις ἐξεκόμιζε μονογενῆ τέκνον· ὁ δὲ ἀπόστολος σφόδρα ἔπαθε τῇ ψυχῇ, θεωρήσας [fol. 67.] τὴν ἀθλίαν γραΐδα οὕτω τὰς τρίχας διαρρήξασαν, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτῆς ἀφανίσασαν. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὴν ὁ ἀπόστολος· « Ποίᾳ αἰτίᾳ οὗτος ἐτελεύτησεν; » Ἡ δὲ ἔφη· « Συγχώρησόν μοι, παρακαλῶ σε, καὶ μή με ἐρώτα· τὰ γὰρ σπλάγχνα μου διερράγη, καὶ ἡ φωνή μου ἀπόλωλεν, καὶ οὐ δύναμαί σοι διηγήσασθαι· ἔασόν με κόπτεσθαι τοῦτον τὸν ἀνώνυμον κοπετόν, ὅτι ἑνὸς υἱοῦ ἐστερήθην, μηδὲν τοὺς θεοὺς ἀδικήσασα οἷς καθ' ἡμέραν ἔθυον· τῷ μὲν Ἄρει θυσίας <ἔθυσα> οὐκ ὀλίγας, τῷ δὲ Ἀπόλλωνι τοσαῦτα ἀνάλωσα, τῷ δὲ Ἑρμῇ σχεδὸν τὴν ἐμὴν ψυχὴν κατέρριψα, τῇ Ἀρτέμιδι μόσχους ἔθυσα, τῷ Διὶ στεφάνους ἐκόμισα, τῇ Ἀθηνᾷ τράγους εἰς ὁλοκαυτώματα ἀνήνεγκα, καὶ ἅπαξ ἁπλῶς ὅσοι τέ εἰσι θεοὶ πᾶσι δῶρα ἀπεκόμισα, ὥστε καὶ αὐτῷ τῷ ἡλίῳ καὶ τῇ σελήνῃ, ὡς νομίζω ὅτι ἐπ' ἐμοὶ κεκοίμηνται, τοσαῦτα ἐκέκραξα, καὶ

I

Praxis prima sancti et inclyti apostoli Philippi, quando veniens a Galilaea resuscitavit mortuum.

1. Cum veniret Philippus apostolus a Galilaea, vidua quaedam ei attulit unigenitum suum filium. Apostolus autem vehementer affectus est in corde suo videns miserabilem anum ita crinibus sparsis et facie exterminata. Dixitque ei apostolus : *Qua ratione iste obiit?* Respondit mulier : *Ignosce mihi, precor, ne me interroges : viscera mea dissoluta sunt, vox haeret et nequeo casum enarrare : sine ineffabilem luctum lamenter, quia filio unico orbata sum! Nihil tamen deos offenderam : illis quotidie sacrificabam : Marti victimas haud paucas immolavi, Apollini non minus expendi, Mercurio vel meam animam obtuli, Dianae vitulos sacrificavi, Jovi coronas posui, Minervae haedos in holocausta donavi : quid multa? diis omnibus quotquot sunt dona cumulavi, et etiam soli lunaeque, quoniam putabam quod supra me habitant, clamavi similiter, nec me audiverunt. Immo, in*

οὐκ εἰσήκουσάν μου. Λοιπὸν ἀναγκαζομένη εὑρίσκω ἄνθρωπον ὅστις λέγει μάντις εἶναι, καὶ εἰπέ μοι· « Τί σοι θέλεις, μῆτερ, μαντεύσω σοι; » Καὶ αὐτὸς τοίνυν ὅμοιος εὑρέθη τῶν θεῶν· πᾶν γάρ μοι ψεῦδος ἐμαντεύσατο· ἀνωφελεῖς δὲ ἐγένοντό μοι αἱ μαντεῖαι, καὶ οἱ θεοὶ μάταιοι καὶ τετυφλωμένοι. Τάχα γὰρ κἀγὼ ὁμοία εἰμὶ τούτοις τοῖς πλάνοις, εἰς μάτην ἀπώλεσα τὰ ἐμά, προσέχουσα ματαίοις εἰδώλοις, ἀπώλεσά μου τὴν ψυχὴν καὶ σὺν αὐτῇ τὰ χρήματα. Ἐπικατάρατος γὰρ εἴ τις εἰδώλοις λατρεύει ἢ μαντεύεται. Οἴμοι, τίνα ἀπαιτήσω τὰ χρήματα ἅτινα εἰς μάτην ἀπώλεσα προσέχουσα εἰδώλοις καὶ μαντείαις, τοὺς Χριστιανοὺς ἐξουθενοῦσα; Ἀπώλεσά μου τὸν υἱόν, ὅς μοι καὶ μόνος ὑπῆρχεν. »

[β'.] Ὁ δὲ ἀπόστολος εἶπεν· « Οὐδὲν ξένον πέπονθας, ὦ μῆτερ, τοιαῦτα πλανηθεῖσα ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ τοῦ ἀπόλλυντος τὰς ψυχάς· οὕτω γὰρ ὁ διάβολος πλανᾷ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ὑστεροῦνται τῆς αἰωνίου ζωῆς. Σὺ δὲ κατάστειλον τὸν κοπετόν, καὶ ἄρτι σου τὸ τέκνον ἀναστήσω τῇ τοῦ θεοῦ μου δυνάμει Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ σταυρωθέντος καὶ ἀναστάντος καὶ βασιλεύοντος τῶν αἰώνων· ὅστις δὲ πιστεύει εἰς αὐτὸν λαμβάνει ζωὴν αἰώνιον. »

[γ'.] Ἡ δὲ γραῦς εἶπεν· « Εἰ τὰ λεγόμενά μοι σωτήρια, ἄνθρωπε καὶ ὡς ἀληθῶς ἀπόστολε τοῦ θεοῦ, βοήθησον τῷ γήρᾳ μου τῷ κακῶς γεγηρακότι· ὡς δὲ ηὐξάμην ἀποθανεῖν καὶ οὐκ εἰσηκούσθην, τοσαῦτα κακὰ παθοῦσα,

angustia mea, incido in hominem qui dicit se esse prophetam, et ad me: Quid vis, mulier, inquit, prophetem tibi? Sed et ille demum similis inventus est diis: omne enim mendacium mihi prophetavit. Vana igitur evaserunt oracula, insani vero et caeci dii omnes. Et ego similis evasi istis mendacibus, et mea omnia perdidi serviens stultis idolis, et perdidi meam animam et etiam meam substantiam. Vae illi qui idolis servit vel oracula requirit! Heu! a quo repetam substantiam quam in vanum amisi serviens idolis et oraculis, christianos vero despiciens? Filium meum perdidi, qui mihi unicus extiterat.

2. Apostolus autem dixit: *Nihil mirabile passa es, o mater, cum sis in hunc modum decepta ab hoste infensissimo animarum: ita enim diabolus decipit homines, ita homines arcentur ab aeterna vita. Tu vero comprime lamentationem tuam: filium namque tuum resuscitabo per virtutem Dei mei Jesu Christi, qui crucifixus est, et resurrexit, et rex est saeculorum. Qui credit in eum, habet vitam aeternam.*

3. Anus vero dixit: *Si salutaria sunt quae dicis mihi, homo et vere apostole Dei, auxiliare senectuti meae male senescenti: atque, ut mori volui nec impetravi, post tanta mala, nunc potius non decet me vel*

τάχα μᾶλλον οὐ συμφέρει μοι γαμεῖν καὶ [μηδὲν] ἐσθίειν τὰ εἰς ὕστερον δομοῦντα τὸ σῶμα, οἶνον καὶ κρέα, ἀλλὰ μᾶλλον ἄρτον καὶ ὕδωρ, καὶ λύπας κερδαίνειν καὶ πολλὰ κακὰ καὶ πένθη πικρά.» Ὁ δὲ ἀπόστολος εἶπεν· «Ἀληθῶς, μῆτερ, ταῦτα οὐχ ἁπλῶς φθέγγῃ· τί γάρ σοι δοκεῖ ἡ ἁγνεία; ὅτι αὐτῇ τῇ ἁγνείᾳ ὁ θεὸς ὁμιλεῖ, καὶ φθόνον ἔχει πολὺν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις· μὴ δυνάμενοι γὰρ ἁγνεῦσαι ἢ ὑδροποτῖσαι σπουδάζουσί τι καταψεύσασθαι τοῦ ἁγνῶς διάγοντος· ὅθεν καὶ ὁ θεὸς ἐμακάρισεν τοὺς τοιούτους· [fol. 68.] εἶπε γάρ· «Μακάριοί ἐστε ὅταν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι καθ' ὑμῶν πᾶν ψεῦσμα, χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς· δυνήσεσθε δαίμονας ἐπιστομίζειν ἐπὶ τῆς γῆς μηδεμίαν φροντίδα ποιούμενοι, ἔχοντες σωτῆρα Ἰησοῦν τὸν σταυρωθέντα.»

[δ'.] Καὶ ταῦτα εἰπόντος τοῦ ἀποστόλου, εἶπεν ἡ γραῦς· «Πιστεύω εἰς τὸν Ἰησοῦν τὸν ὑπὸ σοῦ κηρυττόμενον.» Τότε προσέρχεται ὁ ἀπόστολος τῷ πτώματι, καὶ λέγει· «Ἀνάστα, νεανίσκε, δυνάμει Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ». Καὶ εὐθέως ἀνέστη ὡς ἐξ ὕπνου, καὶ εἶπεν ἐμβλέψας πρὸς τὸν Φίλιππον· «Ποθὲν τὸ φῶς τοῦ ἀνθρώπου τούτου ἐλθεῖν εἰς τὸν τόπον τοῦτον καὶ ἐμὲ ἀποθανόντα ἀναστῆσαι τηλικαύτῃ σπουδῇ, ἐλθεῖν τε ἄγγελον θεοῦ καὶ ἀνοῖξαι τὰ δεσμωτήρια τῆς κρίσεως, ἔνθα ἤδη ἐγὼ ἐγκεκλεισμένος ἐτύγχανον; εἶδον γὰρ ἐκεῖ κριτήρια καὶ κολάσεις ἃς γλῶσσα

nubere, vel manducare in posterum alimenta quae aedificant corpus, vinum scilicet et carnes, sed potius in pane et aqua vivere, necnon requirere tristitiam et mala plura et luctus amaros. Apostolus vero dixit ei : *Haec quidem, mater, dicis non sine causa. Quid enim tibi videtur de continentia? Ipsi continentiae Deus colloquitur. Et ideo continentia valde odiosa est hominibus : nequeunt enim sese continere et aqua sola uti, atque inde nituntur continentibus calumniari. Sed Deus talibus benedixit : Beati estis, inquit, cum dixerint homines adversum vos omnen calumniam : gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa in caelis : facultatemque habebitis daemones fraenandi in terra, nullius sollicitudinem habentes.*

4. Postquam haec locutus est apostolus, anus dixit : *Credo in Jesum istum quem tu annuntias.* Tunc accessit apostolus ad os <adolescentis> et dixit : *Surge, puer, in virtute Jesu Christi filii Dei.* Et subito surrexit quasi e somno, et oculos intentus in Philippum, *Unde,* inquit, *lumen hominis hujus locum istum subit, et quare festinat me mortuum revocare? Angelus enim Dei venit, et carcerem judicii aperuit ubi ego jam in vinculis eram: namque ibi judicia vidi et poenas quas lin-*

ἀνθρωπίνη οὐχ ἱκανὴ διηγήσασθαι. Εἴ τις οὖν, ἀδελφοί, θελήσει ἑαυτὸν ἐλεῆσαι, πάντων τῶν κακῶν ἐκφεύξεται καὶ πιστεύσει τῷ θεῷ τῷ ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου τούτου κηρυττομένῳ, καὶ μακάριος ἔσται· καὶ εἴ τις ὁμολογήσει τὸν ἀγαπητὸν Χριστόν, δοξασθήσεται.»

[ε'.] Καὶ οὕτως ὁ παῖς ἀναστὰς ἐκ τοῦ θανάτου ἅμα τῇ ἰδίᾳ μητρὶ ἐξαιρέτως ἐπίστευσαν πολλοὺς ἐπιστρέψαντες· καὶ διὰ τούτων λαβόντες τὸ βάπτισμα ἐδόξαζον τὸν θεόν, καὶ πάντες εὐχαρίστησαν τῷ σωτῆρι Χριστῷ, καὶ τῷ ἀποστόλῳ δόντες πάμπολλα ἐφόδια, ἀπηλλάγησαν τῆς πλάνης πιστεύσαντες τῷ Χριστῷ. Ὁ δὲ νεανίσκος ἠκολούθησεν τῷ ἀποστόλῳ, μεγαλυνόμενος ἐπὶ τοῖς θαύμασι τοῖς δι' αὐτοῦ καθ' ἡμέραν γινομένοις (καὶ) δοξάζων τὸν θεόν.

II.

Πρᾶξις β' εἰς τὴν Ἑλλάδα τῶν Ἀθηνῶν.

[α'.] Ἐγένετο δὲ ὅτε Φίλιππος ἦλθεν εἰς τὴν πόλιν τῶν Ἀθηνῶν (1)...

gua hominis referre nequit. Si quis igitur, fratres, voluerit sui ipsius misereri, omnem malitiam fugiet et credet in Deum quem annuntiat iste, et beatus erit : si quis enim confessus fuerit dilectum Christum glorificabitur.

5. Sic puer ille a morte revocatus credidit, similiter et ipsa mater ejus sine mora : et ambo multos ad fidem converterunt, qui per eos baptismum accipientes magnificaverunt Deum et gratias simul egerunt Christo salvatori, necnon apostolo dederunt copiosum viaticum, quoniam ab errore revocati erant et crediderant in Christum. Adolescens autem apostolum secutus est, magnificans eum propter prodigia quae ab eo quotidie fiebant, et glorificans Deum.

II

Praxis secunda, quae contigit Athenis in Graecia.

1. Contigit ergo cum Philippus venit in civitatem Athenarum... etc.

(1) Haec praxis integra comparet apud Tischendorf, *Acta apostolorum apocrypha*, p. 93-104, edita e codice parisino 881.

III.

[Fol. 75.] Πρᾶξις τρίτη πραχθεῖσα κατὰ τὴν Παρθίαν ὑπὸ Φιλίππου τοῦ ἀποστόλου.

[α'.] Ἡνίκα δὲ Φίλιππος ὁ τοῦ Χριστοῦ ἀπόστολος κατῆλθεν εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς Παρθίας, καὶ ἰδοὺ εὗρεν ἔν τινι πόλει τὸν τοῦ Χριστοῦ ἀπόστολον Πέτρον μετὰ καὶ ἑτέρων τῶν σὺν αὐτῷ μαθητῶν καὶ γυναικῶν τινων αἵτινες ἐμιμήσαντο τὴν πίστιν τὴν ἀρρενικήν. Καὶ εἶπε Φίλιππος τῷ Πέτρῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ· « Δέομαι ὑμῶν τῶν εἰληφότων τὸν στέφανον τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ ἀποστολικῇ τάξει, ἐνδυναμώσατε κἀμὲ ἵνα ἀπελθὼν εὐαγγελίσωμαι καὶ συναριθμηθῶ ἐν τῇ δόξῃ ὑμῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ὑμεῖς ἐφανερώσατε τὴν ἑαυτῶν σπουδὴν κατὰ τὴν δύναμιν ὑμῶν· εὔξασθε οὖν καὶ νῦν ὑπὲρ ἐμοῦ ἵνα ἀπελθὼν εὐαγγελίσωμαι, ὅπως συναριθμηθῶ ἐν τοῖς τετελεκῶσι τὴν ἑαυτῶν δύναμιν. »

[β'.] Ταῦτα δὲ τοῦ Φιλίππου εἰπόντος, ἔκλιναν τὰ γόνατα <εὐχόμενοι> ὑπὲρ αὐτοῦ πρὸς τὸν κύριον, ὥστε χαρῆναι πάντας ἐπ' αὐτῷ, ὅτι οὕτως ἐζήτησεν ὁ Φίλιππος τελειῶσαι τὴν ἀποστολὴν αὐτοῦ καὶ τὴν διακονίαν.

[γ'.] Ἦν δὲ ἐκεῖ καὶ ὁ μακάριος Ἰωάννης, καὶ λέγει τῷ Φιλίππῳ· « Ἀδελφέ μου καὶ συναπόστολε, εἰ καὶ μακρὰν ἔχεις τὴν ἀποδημίαν,

III

Praxis tertia, actus Philippi apostoli in Parthia.

1. Cum Philippus Christi apostolus profectus esset in regnum Parthorum, ecce invenit in civitate quadam apostolum Christi Petrum una cum aliis ejus discipulis necnon mulieribus quibusdam quae fidem virilem aemulabantur. Et dixit Philippus Petro et his qui cum eo erant : *Oro vos qui coronam Christi suscepistis in ordine apostolico, confortate me ut vadam et evangelizem et particeps fiam gloriae vestrae in caelis. Vos enim manifestastis zelum vestrum et virtutem vestram : orate nunc igitur super me, ut vadam et evangelizem et adnumerer his qui perfecerunt virtutem suam.*

2. Quae cum dixisset Philippus, omnes flexis genibus oraverunt super eum ad Dominum, ita ut gauderent omnes quoniam quaesiverat Philippus facultatem apostolatum suum perficiendi et ministerium.

3. Aderat ibi et beatus Joannes, qui dixit Philippo : *Frater mi et coapostole, etsi ad longinqua mittaris, scias Andream fratrem profe-*

γνώριζε ὅτι καὶ ὁ ἀδελφὸς Ἀνδρέας ἐπορεύθη εἰς τὴν Ἀχαίαν καὶ ὅλην τὴν Θράκην, καὶ ὁ Θωμᾶς εἰς τὴν Ἰνδικὴν καὶ εἰς τοὺς σαρκοφάγους παλαμναίους, καὶ ὁ Ματθαῖος εἰς τοὺς τρογλωδύτας καὶ ἀνηλεεῖς (ἡ γὰρ φύσις αὐτῶν ἐστιν ἠγριωμένη), καὶ ὁ κύριός ἐστι μετ' αὐτῶν. Καὶ σὺ οὖν, Φίλιππε, μὴ ῥαθυμήσῃς, Ἰησοῦς γὰρ μετὰ σοῦ ἐστι. » Καὶ ἐπευξάμενοι αὐτὸν καὶ ἀσπασάμενοι ἀπέλυσαν εἰς τὸ κήρυγμα.

[δ'.] Ἦλθεν οὖν τότε ὁ Φίλιππος κατὰ θάλασσαν ⟨ἐν⟩ ὅροις τῶν Κανδάκων, καὶ εὗρεν ἐκεῖ πλοῖον μέλλον ἀπαίρειν εἰς Ἄζωτον, καὶ εἶπε τοῖς ναύταις· « Δέξασθέ με, ὦ ναυτικοί, καὶ ἀπαγάγετε εἰς Ἄζωτον. » Καὶ συνέθετο δοῦναι αὐτοῖς τέσσαρας στατῆρας τὸ ναῦλον, καὶ ἀνέβη μετ' αὐτῶν. Ἔμειναν δὲ πλέοντες ἄχρι σταδίων τετρακοσίων, καὶ ἐπεισῆλθεν ἄνεμος ἰσχυρὸς ὥστε καὶ τὸ πλοῖον κινδυνεύειν· οἱ δὲ ναῦται εἰς πολλὴν ἀδημονίαν ἦλθον μὴ εἰδότες τί πράξουσι, καὶ ἤρξαντο ἐκβολὴν τῶν σκευῶν ποιεῖν, καὶ ἀλλήλους ἀσπαζόμενοι ἀπωδύροντο.

[ε'.] Ἰδὼν οὖν ὁ ἀπόστολος τοῦ Χριστοῦ τὴν θλῖψιν αὐτῶν, ἀναστὰς ἀπὸ τοῦ τόπου οὗ ἦν ἡσυχάζων, εἶπε· « Μὴ φοβεῖσθε, ὦ ἄνδρες, ἀποβολὴ γὰρ ἐξ ἡμῶν οὐδεμία ἔσται, ἀλλ' οὐδὲ τοῦ πλοίου. » Καὶ ἀπελθὼν ἔστη ἐπὶ [fol. 76.] τῇ πρώρᾳ, καὶ ἐβόησεν εἰς ἐπήκοον πάντων· « Θάλασσα, θάλασσα, κελεύει σοι ὁ Χριστὸς δι' ἐμοῦ τοῦ δούλου αὐτοῦ, ὁ ἐπὶ τῶν

ctum esse in Achaiam et Thraciam totam, Thomam vero in Indiam et ad anthropophagos sceleratos, Matthias demum ad troglodytas et immisericordes gentes (natura enim eorum est fera valde): sed Dominus est cum eis. Et tu igitur, Philippe, noli pavescere : Jesus enim tecum est. Oraveruntque super Philippum, et, postquam amplexati sunt invicem, dimissus est Philippus in apostolatum suum.

4. Venit ergo Philippus ad mare in finibus Candacum, et incidit ibi in navim quae jamjam solvebat Azotum versus. Dixitque nautis : *Recipite me, o nautae, et deducite me Azotum.* Et convenit illis dare quatuor stateras pro transmeatu, et navem conscendit. Navigaverunt vero stadia cccc, et ventus validus surrexit, ita ut navis periclitaretur: nautae vero in anxietatem nimiam adducti sunt, cum ignorarent quid facerent. Et inceperunt omnes navis onus proicere in mare, et, postquam se invicem amplexati sunt, lamentari.

5. Videns itaque apostolus Christi desolationem eorum, surgens e loco ubi quiete sedebat, dixit : *Ne timeatis, viri : interitus enim nullius nostrum erit, neque etiam navis.* Et procedens stetit in prora et clamavit, auscultantibus omnibus : *Mare, mare, imperat tibi Christus,*

σῶν ὑδάτων περιπατήσας, καταστεῖλαί σου τὸν θυμὸν τῆς ἀτάκτου φορᾶς. » Καὶ εὐθέως σὺν τῷ λόγῳ Φιλίππου ἐν πολλῇ γαλήνῃ ἐγένοντο αὐτῆς τὰ κύματα. Ἰδόντες δὲ οἱ ναῦται τὸ γεγονὸς ἔπεσον εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ λέγοντες· « Εὐχαριστοῦμέν σοι, δοῦλε θεοῦ, διὰ σοῦ γὰρ ἡμῖν ἡ ζωὴ κεχάρισται· εἰπὲ οὖν ἡμῖν τί ἡμᾶς ποιῆσαι δεῖ ἵνα γενώμεθα δοῦλοι τοῦ Ἰησοῦ τοῦ ὑπὸ σοῦ κηρυττομένου. »

[ϛ'.] Ὁ δὲ ἀπόστολος ἤρξατο αὐτοὺς ἀπὸ τῶν γραφῶν διδάσκειν τὰ περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ λέγειν· « Ἐὰν δέξησθε τὸν δυνάμενον σώζειν τὸ ἀσθενὲς σωθήσεσθε, καὶ ἐὰν δέξησθε τὸν ἐν οὐρανοῖς πλούσιον πλουτίσει ὑμᾶς· καταλείψατε οὖν τὸ ἀηδὲς τοῦ κόσμου τούτου, καὶ τὴν μέριμναν τῆς ζωῆς ἐπιρρίψατε εἰς τὸν ἐν οὐρανοῖς εὐεργέτην, ἵνα αἰωνίας τρυφῆς ἀπολαύσησθε. »

[ζ'.] Οἱ δὲ πάλιν ἀπεκρίνοντο ὁμοθυμαδὸν λέγοντες· « Πάντα ὅσα ἂν εἴπῃς ἡμῖν ποιοῦμεν, καὶ πιστεύομεν εἰς τὸν κύριον [ἡμῶν] Ἰησοῦν Χριστόν. » Τότε λαβόμενος ὁ Φίλιππος ἅπαντας, καὶ ἐξελθὼν ἐπὶ τῆς ξηρᾶς ἐβάπτισεν αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ ἐμεγαλύνοντο τῇ πίστει.

per me servum ejus qui super fluctus tuos incedebat, ut compescas iram motus tui deordinati. Et subito in voce Philippi magna tranquillitas facta est fluctuum. Videntes autem nautae quod evenerat, prociderunt ad pedes Philippi dicentes : *Gratias agimus tibi, serve Dei : per te enim nobis vita conceditur. Dic ergo nobis quid facere debeamus, ut fiamus et nos servi Dei istius quem tu praedicas.*

6. Et coepit apostolus illos docere ex scripturis ea quae de filio Dei dicta sunt, et ait : *Si acceperitis eum qui salvare potest infirmum, salvabimini; et si acceperitis eum qui in caelis locuples est, locupletabit vos. Relinquite igitur odia hujus mundi, abicite sollicitudinem vitae in benefactorem qui in caelis est, ut beatitudinis aeternae partem habeatis.*

7. Illi vero iterum responderunt unanimiter dicentes : *Quaecumque dixeris nobis facimus, et credimus in Dominum Jesum Christum.* Tunc suscipiens Philippus universos, deduxit eos in littus et baptizavit eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, et creverunt in fide.

IV.

Πρᾶξις δ′ περὶ τῆς θυγατρὸς Νικοκλίδους ἣν ἰάσατο ἐν Ἀζώτῳ.

[α′.] Ὡς δὲ πολλὴ φήμη περιέδραμε περὶ τοῦ ἀποστόλου Φιλίππου εἰς τὴν Ἄζωτον ἐπὶ τοῖς δι' αὐτοῦ γενομένοις θαύμασι, πολλοὶ συνέτρεχον πρὸς αὐτόν, καὶ ἦσαν θεραπευόμενοι ἀπὸ τῶν νοσημάτων αὐτῶν. Πολλὰ δὲ καὶ δαιμόνια φυγαδευόμενα ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐβόων ὥσπερ μαστιζόμενα, καὶ ἔλεγον ὅτι· « Καὶ ὧδε πάρεστι Φίλιππος ἐντεῦθεν φυγαδεῦσαι ἡμᾶς; ἰδὲ ὁμολογοῦμεν ἡττᾶσθαι διὰ τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ. » Ὡς οὖν ἦσαν οἱ ὄχλοι ἀτενίζοντες εἰς αὐτόν, οἱ μὲν ἔλεγον· « Ἀληθῶς θεοῦ ἄνθρωπος. » Ἄλλοι δὲ ἔλεγον· « Τάχα μάγος ἐστί. » Τινὲς δὲ καὶ ἐξεμυκτήριζον τοὺς λόγους αὐτοῦ. Αἱ δὲ γυναῖκες τῶν πρώτων ἔλεγον· « Ἀληθῶς πνεῦμα ἅγιον ἐν αὐτῷ καὶ τὰ λαλούμενα παρ' αὐτοῦ καλά. » Ἄλλαι δὲ ἔλεγον ὅτι· « Μάγος καὶ σκολιὸς ἄνθρωπος οὗτος, ὅτι διαχωρίζει τὰς συμβιώσεις· διδάσκει γὰρ ὅτι ἡ ἁγνεία ὁρᾷ τὸν θεόν, καὶ τὴν τεκνογονίαν ὀδύνην εἶναι λέγει. »

[β′.] Ὡς οὖν ταῦτα ἔλεγον, κατέλαβεν ἡ ἑσπέρα καὶ πάντες ἐπορεύοντο

IV

Praxis quarta, de filia Nicoclidis quam sanavit (Philippus) in Azoto.

1. Cum fama cresceret et vulgaretur Philippi apostoli in Azoto circa miracula quae ab illo fiebant, multi concurrebant ad eum et sanabantur ab infirmitatibus suis. Multa etiam daemonia quae eiciebantur ex hominibus clamabant quasi virgis caesa et dicebant: *Hic adest Philippus ut inde nos eiciat? Ecce confitemur quod vincimur in nomine Jesu.* Cum ergo turbae intentae essent in eum, alii quidem dicebant: *Vere Dei homo est iste.* Alii autem: *Magus potius est.* Quidam denique irridebant sermones ejus. Uxores vero principum dicebant: *Vere Spiritus sanctus in eo est, et verba quae profert pulchra sunt.* Sed aliae e contra: *Magus et obliquus homo iste, quia connubia dissolvit: docet enim quod virginitas videt Deum, et tecnogoniam afflictionem esse declarat.*

2. Cum autem haec dicerent, supervenit vesper, et unusquisque

εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν. Ὁ οὖν Φίλιππος ἐζήτησεν οἶκον καταπαύσεως, καὶ μικρὸν ἀποστὰς τοῦ τόπου οὗ ἦν ἑστηκὼς ἦλθεν εἰς οἰκητήριον ἐν ᾧ ὑπῆρχον ἀπόθηκαι ὑπομνηματογράφου τινὸς Νικοκλίδους ὀνόματι, φίλου τοῦ βασιλέως, ἐν οἷς καὶ κατέλυον ξένοι πλείονες.

[γ'.] Ὁ δὲ Φίλιππος εἰσελθὼν ἔστη ἐν μιᾷ γονίᾳ τοῦ οἴκου εἰς προσευχὴν λέγων μετὰ μικρᾶς φωνῆς· « Κύριέ μου Ἰησοῦ Χριστέ, γενηθήτω σου τὸ θέλημα καὶ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, καὶ δώρησαι πᾶσι τοῖς πιστεύουσι τῷ σῷ ὀνόματι ῥῶσιν ψυχῆς [fol. 77.] καὶ ἴασιν σώματος· σὺ γάρ γινώσκεις τὴν ἀσθένειαν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ὡς ποιήσας αὐτήν. »

[δ'.] Ταῦτα δὲ λέγοντος τοῦ ἀποστόλου καὶ τούτων πλείονα, Χαριτίνη, ἡ θυγάτηρ τοῦ Νικοκλίδους, ἔχουσα πληγὴν μεγάλην ἐν τῷ ὀφθαλμῷ αὐτῆς τῷ δεξιῷ, ἀκούουσα τοῦ ἀποστόλου, δι' ὅλης τῆς νυκτὸς ἔκλαιεν· πρωΐας δὲ γενομένης εἰσῆλθε πρὸς τὸν πατέρα αὐτῆς, καί φησι· « Κύριέ μου καὶ γλυκύτατε πάτερ, ἀτένισόν μοι καὶ πρόσχες τῇ πληγῇ τοῦ ὀφθαλμοῦ μου, πῶς ἐγὼ μυκτηρίζομαι, ὅτι αἱ συνήλικαί μου ἐπιγελῶσί μου, καὶ αἰσχύνομαι, καὶ οὐ φέρω τὰς ἀλγηδόνας. » Καὶ λέγει αὐτῇ ὁ πατὴρ αὐτῆς· « Ὦ ἀγαπητὴ ψυχή μου, ποῖον λοιπὸν ἰατρὸν εἰσαγάγω σοι; Μὴ οὐκ εἰσήγαγον Λεύκιον τὸν τοῦ βασιλέως, καὶ ὅλου τοῦ παλατίου τοὺς ἰατρούς, ἀλλὰ καὶ Ἠλίδην τὸν τῆς βασιλίσσης εὐνοῦχον, καὶ τὴν

in domum suam reversus est. Philippus vero quaerebat domum ubi consisteret: parum igitur recedens a loco ubi stabat, petivit aedes in quibus erant tabernae notarii cujusdam, nomine Nicoclidis, amici regis, et in quibus advenae multi hospitabantur.

3. Et Philippus ingressus stetit in angulo domus, et oravit submissa voce dicens: *Domine mi Jesu Christe, fiat voluntas tua vel in loco isto, et largire omnibus nomini tuo credentibus ros animae et sanitatem corporis : tu scis enim infirmitatem humanae naturae, ut qui creaveris eam.*

4. Haec cum dixisset apostolus et alia plura, Charitina, filia Nicoclidis, quae habebat plagam magnam in oculo dextro, postquam audivit apostolum lacrimavit totam noctem. Mane autem ingressa est ad patrem suum et dixit ei: *Domine mi, pater dulcissime, attende mihi et considera plagam oculi mei, quantum ego irridear: quia aequales meae irrident me et confundor, nec possum ferre dolorem istum.* Et dicit ei pater : *O dilecta anima, quem nunc medicum adducam tibi? Nonne adduxi tibi Leucium regis medicum, necnon omnes palatii medicos, necnon Eliden reginae eunuchum, necnon Selgiam quae ad manum*

Σελγίαν τὴν πρὸς χεῖρα τῆς βασιλίσσης ἔχουσαν φάρμακα καὶ πᾶσαν θεραπείαν, καὶ οὐδεὶς ἠδυνήθη ἰάσασθαί σε; » Ἡ δὲ εἶπεν· « Οἶδα, πάτερ, οἶδα ὅτι κέκμηκας σὺν ἐμοί· ὅπερ δὲ νῦν ἀξιῶ ποίησόν μοι. Ἰδοὺ ἤκουσα ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἰατροῦ τινος ξένου φωνὴν καὶ κηρύττοντος ξένα φάρμακα ἐν ταῖς ἀποθήκαις ταῖς σαῖς· ἐκεῖνος μόνος δύναταί με ἰάσασθαι. Καὶ γὰρ ὡς ἤμην ἀκροωμένη αὐτοῦ ἄνεσιν πολλὴν τῶν πόνων ἐλάμβανον. Διὸ παρακαλῶ, πάτερ, καὶ δέομαι, κάλεσόν μοι ἐκεῖνον· καὶ οἶδα ὅτι ἰαθήσομαι.»

[ε′.] Ὁ δὲ ταχέως ἐπορεύθη εἰς τὰς ἀποθήκας, καὶ ἐζήτει τὸν ξένον, καὶ εὑρὼν τὸν Φίλιππον καθήμενον εἶπε· « Σὺ εἶ ὁ ξένος ὁ ἐπιδημήσας τῇ πόλει ταύτῃ ἰατρός; » Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Φίλιππος εἶπεν · « Ἰησοῦς ἐστιν ὁ ἐμὸς ἰατρός, ὁ τῶν κρυπτῶν καὶ φανερῶν θεραπευτής · ἀπέρχομαι οὖν μετὰ σοῦ. » Καὶ ἀναστὰς ὁ Φίλιππος εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, καὶ εὗρεν τὴν θυγατέρα αὐτοῦ κλαίουσαν πικρῶς.

[ς′.] Καί φησιν ὁ πατὴρ αὐτῆς· « Τί κλαίεις, τέκνον; ἰδοὺ ἤγαγον τὸν ἰατρόν. » Ἡ δὲ εἶπε· « Καλῶς, ὦ πάτερ, ὅτι σήμερον ἀνέπαυσας τὴν ψυχήν μου. » Ὁ δὲ ἀπόστολος εἶπεν αὐτῇ· « Μὴ φοβοῦ, κόρη, τὰ φάρμακα τοῦ ἐμοῦ ἰατροῦ ἄρτι ἴασίν σοι παρέξουσι. » Καὶ ὡς ἤκουσεν ἡ κόρη ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον, καὶ προσεκύνησεν αὐτῷ λέγουσα· « Προσκυνῶ τὸν ἐν σοὶ ἰατρόν· ἰδοὺ ῥαίνω μου τὴν οἰκίαν ὕδατι καθαρῷ εἰς ἐπίβασιν

reginae habet unguenta et omne genus medicamentorum? Et nemo potuit sanare te? Illa vero dixit : *Scio, pater, scio quantum pro me laboraveris : quod autem hodie posco fac mihi. Ecce audivi in nocte ista vocem medici cujusdam peregrini annuntiantis peregrina medicamenta in tabernis tuis : ille unus potest me sanare. Namque dum auscultabam eum, remissionem magnam dolorum meorum sensi. Oro igitur, pater, et deprecor, jube hunc venire : scio quod sanabor.*

5. Ille igitur ivit ad tabernas, et quaerebat peregrinum, et inveniens Philippum sedentem dixit illi : *Tu es peregrinus ille medicus qui in hanc urbem venisti?* Respondens Philippus dixit : *Jesus est meus medicus, sanans mala invisibilia et visibilia : vado igitur tecum.* Et surgens Philippus intravit in domum ejus, et invenit filiam ejus flentem amare.

6. Et dixit ei pater ejus : *Quid ploras, filia? Ecce adduco tibi medicum.* At illa dixit : *Optime, pater, quia hodie recreas animam meam.* Et apostolus dixit ei : *Ne timeas, filia, medicamenta medici mei : continuo enim sanitatem tibi procurabunt.* His auditis, puella cecidit in faciem et adoravit eum dicens : *Veneror medicum qui in te est : ecce aspergam domum meam aqua pura in ingressum medici tui, et depo-*

τοῦ σοῦ ἰατροῦ, καὶ ἐκδυσαμένη μου τὰ βύσσινα ὑποστρώσω αὐτὰ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Ἄνθρωπε τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ βοήθησόν μοι· οἶδα γὰρ ὅτι δύνασαι.» Καὶ λέγει τῷ πατρὶ αὐτῆς· «Εἰσαγάγωμεν αὐτὸν ἐνδοτέρω, ἵνα ἴδῃ ὁ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος τὴν πληγὴν τὴν οὖσαν ἐν ὅλῳ τῷ προσώπῳ μου.»

[ζ'.] Ὁ δὲ Φίλιππος ἰδὼν παρεμυθεῖτο αὐτήν τε καὶ τὸν πατέρα αὐτῆς, διδάσκων αὐτοὺς καὶ παραδιδοὺς τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ὅτι «Αὐτός ἐστι μόνος μονογενὴς ὁ τοῦ ἐπουρανίου θεοῦ υἱός, ὅνπερ ἐὰν πιστεύσητε ὅλους τοὺς αἰῶνας ζήσεσθε.» Καὶ λέγει Χαριτίνη τῷ ἀποστόλῳ· «Παρακαλῶ οὖν σε, δοῦλε τοῦ θεοῦ, θεράπευσόν μου τὴν ὀδύνην, καὶ [fol. 78.] τελεία ἔσομαί σοι δούλη.» Λέγει αὐτῇ ὁ Φίλιππος· «Ἀνάστα καὶ ἔνεγκε τὴν δεξιάν σου χεῖρα διὰ τοῦ προσώπου σου λέγουσα «Ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ ἰαθήτω ἡ πληγὴ τοῦ ὀφθαλμοῦ μου.» Ἐποίησε δὲ καθὼς εἶπεν αὐτῇ, καὶ παραχρῆμα ἰάθη ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ.

[η'.] Ἐπίστευσε δὲ καὶ ὁ πατὴρ [αὐτῆς] καὶ ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ, καὶ κατηξιώθησαν τῆς ἐν Χριστῷ σφραγῖδος. Ἐγένετο δὲ χαρὰ μεγάλη ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῶν· καὶ πολλοὶ δοῦλοι πολλαί τε παιδίσκαι καὶ παῖδες καὶ νήπια ἐπίστευσαν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Ἡ δὲ Χαριτίνη σχῆμα καὶ ἔνδυμα ποιήσασα ἀρρενικὸν ἠκολούθει τῷ Φιλίππῳ ἐν πίστει Χριστοῦ δοξάζουσα τὸν θεόν.

nens vestem meam byssinam sternam eam sub pedibus ejus. Homo Dei veri, auxiliare mihi : scio enim quoniam potes. Et dixit patri suo : *Introeamus in penetralia domus, ut videat homo Dei plagam quae in facie mea est.*

7. Et vidit Philippus et hortatus est eam et patrem ejus, docens eos et tradens eis quae sunt de Jesu, scilicet: *Ipse est solus unigenitus Dei caelestis filius : si credideritis in eum, vivetis in perpetuas aeternitates.* Et dixit Charitina ad apostolum : *Oro te, serve Dei, sana infirmitatem meam, et perfecta ero tibi famula.* Dixit ei Philippus : *Surge et extende manum tuam dextram in faciem tuam dicens : In nomine Jesu Christi sanetur plaga oculi mei.* Et fecit puella sicut dictum fuerat ei, et continuo sanata est in ipsa hora.

8. Crediderunt itaque et pater et puella, et digni habiti sunt sacramento Christi. Et magna evasit laetitia in domo eorum. Et multi servi et servae, simulque pueri et infantes crediderunt in Dominum nostrum Jesum Christum. Charitina vero, habitum et vestem sibi imponens virilem, sequebatur Philippum in fide Christi glorificans Deum.

V.

Πρᾶξις ε' γεναμένη ἐν πόλει Νικατήρας καὶ περὶ τοῦ Ἱερέου.

[α'.] Φίλιππος δὲ ὁ τοῦ Χριστοῦ ἀπόστολος πρὸ ὀφθαλμῶν θέμενος ἀνελθεῖν καὶ εἰς Νικατήρας πόλιν οὕτω λεγομένην τῆς Ἑλλάδος, ἠκολούθησαν αὐτῷ πολλοὶ μαθηταί, καὶ ἦσαν ἀγαλλιώμενοι. Βαδίζοντες οὖν σὺν αὐτῷ ἐθεώρουν τὴν χάριν τῆς ἀποκαλύψεως τοῦ Χριστοῦ ἐν αὐτοῖς· ἦν ὁ Φίλιππος ἡμέρας καὶ νυκτὸς μὴ διαλιμπάνων ὁμιλῶν μετ' αὐτῶν καὶ διδάσκων αὐτοὺς τὰ μεγαλεῖα τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν σωτηρίαν καὶ τὴν πραότητα καὶ τὴν ἐλπίδα τῆς αἰωνίου ζωῆς.

[β'.] Καὶ ἐν τῷ τὸν Φίλιππον ἀνιέναι ἐν τῇ πόλει σὺν τοῖς μετ' αὐτοῦ, ἐκινήθη ἡ πόλις ὅλη ὅτι ἦλθεν Φίλιππος ὁ μαθητὴς τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἐταράχθησαν λέγοντες· « Τί ποιοῦμεν περὶ αὐτοῦ; Ὅτι, ἐὰν συγχωρήσωμεν αὐτῷ, πᾶσα ἡ πόλις αὐτῷ ἀκολουθήσει· καὶ οὐ μικρὸν πρᾶγμα, ἐὰν οὗτος ὧδε οἰκήσῃ, ὅτι ἠκούσαμεν αὐτὸν πολλὰ πεποιηκέναι σημεῖα εἰς τὰς ἄλλας πόλεις, καὶ οὐδεὶς ἠδυνήθη κακῶσαι αὐτόν. Ἡ δὲ διδασκαλία αὐτοῦ ἐστι διαχωρίζουσα ἄνδρας καὶ γυναῖκας, [λέγων] ὅτι « Ἡ ἁγνεία, φησίν, ὁμιλεῖ τῷ θεῷ. » Καὶ διδάσκει πιστεύειν εἰς ὄνομά τινος Ἰησοῦ.

V

Praxis quinta, quae contigit in urbe Nicatera, et de Hiereo.

1. Cum Philippus Christi apostolus in animo haberet ascendere in urbem Nicateram (sic enim appellatur) in Graecia, secuti sunt eum multi discipuli gaudentes. Iter facientes autem cum eo senserunt gratiam revelationis Christi in se : Philippus enim die et nocte non cessabat loqui cum illis et docere eos virtutem Christi, et salutem et spem vitae aeternae.

2. Et cum intraret Philippus in (dictam) civitatem cum discipulis suis, civitas tota commota est quod Philippus Jesu discipulus appropiaret, et conturbati sunt dicentes: *Quid faciemus circa eum? Si videlicet licentiam isti dederimus, omnis civitas ei adhaerebit : nec parva res est si ille hic moram fecerit, quia audivimus eum plurima edidisse miracula in ceteris civitatibus, nec quemquam potuisse perdere eum. Interea doctrina ejus separat viros a mulieribus, quoniam virginitas, inquit, Deo colloquitur. Et praecipit credere in nomen cujusdam*

Νῦν οὖν, ἐπειδὴ οὔπω εὗρεν ἐν τῇ πόλει ἡμῶν οἴκησιν, ἐκβάλλωμεν αὐτὸν πρὶν κηρύξῃ καὶ τὰς γυναῖκας ἡμῶν ὑπ' αὐτοῦ ἀπατηθῆναι. »

[γ'.] Ἦσαν δὲ καὶ Ἰουδαῖοι λέγοντες σκληρὰ ῥήματα κατὰ Φιλίππου, ὅτι ἦν παραλύων τὰς παραδόσεις αὐτῶν. Ἀποκριθεὶς δὲ εἷς ἐξ αὐτῶν ἄρχων ὀνόματι Ἱέρεος, ἔφη· « Ἀκούσατέ μου, φησίν, ὦ ἄνδρες φίλοι καὶ συμπόλιται, μὴ ἐπανάστωμεν ἀνδρὶ ξένῳ ἐπ' ἀδικίᾳ καὶ βίᾳ· ἀλλὰ ἀκούσωμεν καὶ δοκιμάσωμεν τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ, καὶ τότε τελέσομεν τὰ λαλούμενα. »

[δ'.] Ἦν δὲ ὁ Ἱέρεος πλούσιος ἐν αὐτοῖς· ἠρέμα δὲ βουλόμενος διασκορπῖσαι τὴν βουλὴν αὐτῶν ταῦτα ἔλεγεν· ἦν γὰρ συνετὸς καὶ ἀγαθὸς καὶ μισῶν ἄδικα· διὸ οὐδεὶς ἐτόλμησεν ἀντειπεῖν αὐτῷ. Ἀναχωρήσας δὲ ὁ Ἱέρεος ἀπὸ τῆς συστροφῆς αὐτῶν, ἀπῆλθε πρὸς τὸν Φίλιππον, καὶ δέδωκεν αὐτῷ τὸ χαῖρε πρῶτος. Καὶ ὁ Φίλιππος εἶπεν αὐτῷ· « Καὶ χαριτούμενος σὺ ἐν εἰρήνῃ Χριστοῦ, ὅτι οὐχ ἔστι δόλος ἐν τῇ ψυχῇ σου. » Καὶ εἶπεν ὁ Ἱέρεος· « Ἀκολουθήσω σοι, καὶ τί ἄρα ἔσται μοι; » Καὶ ὁ Φίλιππος· « Ὅτι ὅλως ἔθου ἐν τῇ καρδίᾳ σου ζητῆσαι τὴν ὄντως ζωήν, [fol. 79.] λέγω σοι· σωθήσῃ σὺ καὶ ἡ οἰκία σου καὶ πάντες οἱ σὺν σοί, καὶ καθὼς ἠγωνήσω σὺ ὑπὲρ ἐμοῦ ἐν τῷ ὄχλῳ, ὁ κύριος Ἰησοῦς δώσει σοι ἀνάπαυσιν ἐν τῇ ἐσχάτῃ σου πνοῇ. »

Jesu. Quae cum ita sint, cum adhuc locum in civitate nostra non invenerit, eiciamus eum, priusquam doceat quicquam et mulieres nostras decipiat.

3. Erant etiam Judaei qui proferebant verba dura adversus Philippum, et quod corrumperet traditionem eorum. Respondit igitur unus ex eis, qui erat princeps et vocabatur Hiereus, *Audite me,* inquit, *viri amici et cives : ne resistamus huic viro peregrino in malitia vel violentia. Sed potius, audita et probata doctrina ejus, ut diximus faciemus.*

4. Eratque Hiereus ditissimus inter illos, et pacifice dissipare intendebat consilia eorum talia dicendo : erat enim prudens et bonus et detestans injustitiam ; nemo itaque ausus est contradicere illi. Exiens igitur Hiereus e conciliabulo eorum, adivit Philippum, et salutavit illum prior. Et Philippus dixit ei : *Gratias ago tibi in pace Christi, quia non est dolus in anima tua.* Respondit Hiereus : *Sequar te, sed quid inde erit mihi?* Philippus autem : *Quia,* inquit, *sincere in animo habes quaerere vitam veram, dico tibi : salvaberis tu et domus tua et omnes qui tecum sunt : et quemadmodum pro me in conventu populi certasti, Dominus Jesus dabit tibi requiem in novissimo tuo suspirio.*

[ε'.] Λέγει ὁ Ἱέρεος· « Πῶς οἶδας ὅτι ὑπὲρ σοῦ ἠγωνησάμην; » Καὶ λέγει ὁ Φίλιππος· « Οἶδα, τέκνον, οἶδα τὰ παρ' ἑκάστου εἰρημένα. » Λέγει ὁ Ἱέρεος· « Γίνωσκε, ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ, ὅτι ἦλθον εἰς συνάντησίν σου οὐκ ἔχων δόλον· μὴ οὖν ἀμελήσῃς μου, ὅτι ἡτοίμασα τὴν ψυχήν μου εἰς σωτηρίαν. » Καὶ ὁ Φίλιππός φησι· « Ὁ κύριος τελειώσει τὴν ἐπιθυμίαν σου· μόνον μὴ διστάσῃς πρὸς τὸν καταρτισμόν, οὗ ἕνεκεν πρὸς ἡμᾶς παρεγένου. » Λέγει ὁ Ἱέρεος· « Ἐγὼ οὐκ ἐπιστρέφομαι πρὸς τὰ ὀπίσω... ἐν ᾧ τὴν ἐλπίδα ἔχω. » Λέγει ὁ Φίλιππος· « Θέλημά ἐστι τοῦ θεοῦ, δι' ὃν καὶ ἦλθον, ἵνα μὴ ἐκπέσωσιν οἱ πιστεύσαντες, ἀλλὰ ζήσωσιν ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ λάβωσι τὰς ἐπαγγελίας τὰς ὑπ' αὐτοῦ τεταγμένας εἰς σωτηρίαν. »

[ς'.] Λέγει οὖν ὁ Ἱέρεος πρὸς τὸν Φίλιππον· « Δοῦλε τοῦ θεοῦ, εἰ εὗρον χάριν ἐνώπιόν σου, εἴσελθε εἰς τὴν οἰκίαν μου, εἰ ἄξιός εἰμι, κἀγὼ ποιήσω αὐτὴν συναγωγὴν Χριστιανῶν. » Εἶπε δὲ ὁ Φίλιππος αὐτῷ· « Ἄπελθε πρῶτον εἰς τὴν οἰκίαν σου, καὶ καθάρισον αὐτήν. » Ὁ δέ· « Καὶ πῶς, φησί, κύριε, καθαρίσω αὐτήν; » Λέγει ὁ Φίλιππος· « Μηδεμίαν ἀδικίαν ἐάσῃς, καὶ τῇ γυναικί σου ἀπόταξαι. » Ἀκούσας δὲ ὁ Ἱέρεος ἔδραμε, καὶ ἦν θαυμάζων ὁ Φίλιππος. Καὶ ὁ Ἱέρεος ἔλεγε πρὸς ἑαυτὸν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· « Γένοιτό μοι, Ἰησοῦ κύριε, καὶ ἕως θανάτου ὑπὲρ τοῦ σοῦ ἀποστόλου ἀγωνίσασθαι. »

5. Dixit Hiereus : *Quomodo tu scis quod pro te certaverim?* Et dixit Philippus : *Novi, fili, novi qualia quisque protulerit.* Respondit Hiereus : *Scias, homo Dei, quod tibi obvius iverim sine dolo : ne me igitur derelinquas, quia praeparavi animam meam ad salutem.* Et Philippus : *Dominus,* inquit, *perficiet desiderium tuum : modo ne dubites de reconciliatione, cujus causa ad nos venisti.* Dixitque Hiereus : *Equidem non revertar ad ea quae retro sunt, (neve abnegabo illum) in quo spem habeo.* Philippus : *Voluntas Dei,* ait, *cujus causa huc ego veni, est ut qui crediderint non decidant, sed vivant in Christo et recipiant revelationes ab eo ordinatas ad salutem.*

6. Dixit ergo Hiereus ad Philippum : *Serve Dei, si inveni gratiam coram te, intra in domum meam, si dignus sum, et ego faciam illam synagogam Christianorum.* Dixit autem Philippus ei : *Vade prius in domum tuam et munda eam.* At ille : *Et quomodo,* ait, *Domine, mundabo illam?* Dixit ei Philippus : *Nullam malitiam sinas in ea, et a conjuge tua separare.* His auditis Hiereus cucurrit, et admiratus est eum Philippus. Dicebat vero Hiereus intra se in corde suo : *Utinam, Jesu Christe, usque ad mortem possim pro apostolo tuo certare.*

[ζ'.] Ὡς δὲ εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν, λέγει αὐτῷ ἡ γυνὴ αὐτοῦ· « Ἤκουσα, ἄνερ καλέ, ὅτι ἐσκόρπισας τὴν βουλὴν τῶν ἱερέων καὶ Ἰουδαίων περὶ τινὸς ξένου μάγου ὀνόματι Φιλίππου. » Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῇ· « Εἴθε, γύναι, ἄξιοι ὑπήρχομεν τοῦ ποιῆσαι τὴν οἰκίαν ἡμῶν τοῦ θεοῦ αὐτοῦ κατοικητήριον. » Λέγει αὐτῷ· « Οὐ θέλω αὐτὸν εἰσελθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν μου, ὅτι, ὡς ἔμαθον, χωρίζει ἄνδρας καὶ γυναῖκας· ἀπελεύσομαι δὲ εἰς τὴν οἰκίαν τῶν γονέων μου, καὶ οὐκ ἀφήσω τὴν προῖκά μου εἰς τὴν οἰκίαν σου· ἀποσπάσω δὲ καὶ τοὺς δούλους μου οὓς προήγαγόν σοι, καὶ τὰς ἄβρας μου σὺν πᾶσι τοῖς τέκνοις αὐτῶν. Ἰδοὺ χρόνους εἰκοσιτέσσαρας συνέζησά σοι, καὶ οὐκ ἀντεῖπόν σοι μικρὸν ἢ μέγα ῥῆμα. Τί δὲ καὶ τὰ τέκνα σου ποιήσεις ἐὰν εἰσάγῃς τὸν μάγον ἐκεῖνον ὧδε ; Πάντως γὰρ καὶ θόρυβος πολὺς ἔσται τῆς πόλεως ἐν τῇ οἰκίᾳ σου. »

[η'.] Λέγει αὐτῇ ὁ Ἱέρεος ἐν πραότητι· « Τί λυπῇ ; μακροθύμησον μᾶλλον. Πιστεύω γὰρ ὅτι καὶ σὺ αὐτὴ πιστεύσεις τῷ διὰ τοῦ ξένου κηρυττομένῳ θεῷ, ὅτι αὐτὸς κρεῖττον ἡμῖν ἐστιν ὑπὲρ τὸν ματαῖον ἡμῖν πλοῦτον. » Λέγει αὐτῷ ἡ γυνὴ αὐτοῦ· « Ἀνάσθητι, φάγε καὶ πίε, καὶ γενοῦ εὐφραινόμενος· ἐμὲ γὰρ οὐ δύνασαι ἀπατῆσαι. » Λέγει αὐτῇ· « Καὶ ποῖον δίκαιον φαγεῖν με ἢ πίειν, τοῦ ἀνθρώπου τοῦ θεοῦ πεινῶντος ἐν τῇ ἡμετέρᾳ πόλει, ὅνπερ ἐὰν ἴδῃς πιστεύεις ὅτι ἅγιός ἐστι. Κατάστειλον οὖν σεαυτὴν ἐκ τῆς ματαίας ἀπονοίας [fol. 80.] καὶ ἀπιστίας σου, ἵνα κἀγὼ

7. Et cum ingrederetur in domum suam, dixit ei conjux ejus : *Audivi, homo bone, quod dissipaveris consilia sacerdotum et Judaeorum de peregrino quodam mago, qui nominatur Philippus.* Ille vero dixit ei : *Utinam, mulier, digni essemus ut domus nostra fieret domicilium Dei ejus!* Respondit mulier : *Nolo illum intrare in domum meam, quoniam, ut audivi, separat viros a mulieribus : revertar igitur in domum parentum meorum, nec relinquam dotem meam in domo tua; tollam et servos quos adduxi et servas meas cum natis earum. Ecce annos XXIV tecum vixi nec quodlibet dixi contra te verbum sive tenue sive magnum! Quid igitur de filiis tuis facies, si introduxeris huc istum magum? Omnimodo insuper tumultus invalescet civitatis in domo tua.*

8. Dixit illi Hiereus pacifice : *Quid doles, confortare potius. Certus sum enim quod et tu quoque creditura sis in Deum ab illo peregrino annuntiatum, quoniam ille nobis est omnibus opibus praeferendus.* Dixit ei mulier : *Surge, manduca, bibe et laetare : me non poteris decipere.* Respondit ille : *Quomodo juste possim manducare vel bibere, cum homo Dei ille esurit in civitate nostra, quem quidem si videres sanctum prorsus esse crederes! Revertere igitur ab insano consilio tuo et ab increduli-*

ἀπαγγείλω σοι μέρος τι τῆς ἐν αὐτῷ ἐπιστήμης. Γνῶθι οὖν, ὦ γύναι, ὅτι ἄνθρωπος θεοῦ ἐστι, καὶ ὅτι χάρις πολλὴ ἐν προσώπῳ αὐτοῦ, πραότης δὲ καὶ ἁπλότης ἐν αὐτῷ. »

[θ'.] Λέγει αὐτῷ ἡ γυνή· « Ἆρα ὁ θεὸς αὐτοῦ ὡς οἱ θεοὶ τῆς πόλεως ἡμῶν [εἰσι] χρυσοῖ καὶ ἠσφαλισμένοι ἐν τῷ ναῷ; » Ὁ δέ φησι· « Οὐχ οὕτως· ὁ γὰρ θεὸς αὐτοῦ θεός ἐστι ζῶν ἐν οὐρανοῖς, δυνατός, ὑπερηφάνους θραύων· οἱ δὲ θεοὶ τῆς πόλεως ἡμῶν τέχνη ἀσεβῶν μελετημάτων. » Λέγει αὐτῷ ἡ γυνὴ αὐτοῦ· « Καὶ ἄγαγε αὐτόν, ἵνα ἴδω κἀγὼ τὸν ἐν αὐτῷ θεόν. »

[ι'.] Καὶ ἐξῆλθεν ὁ Ἱέρεος τῆς οἰκίας συναντῆσαι τῷ Φιλίππῳ, καὶ λέγει αὐτῷ· « Δέομαι, ἀνάστα καὶ εἴσελθε εἰς τὴν οἰκίαν μου, καὶ ἀνάπαυσον σεαυτὸν ἐν εἰρήνῃ. » Προφθάσας δὲ ὁ Φίλιππος ἀνήγγειλεν αὐτῷ πάντα ὅσα ἐστασίασεν αὐτῷ ἡ γυνὴ αὐτοῦ· ὁ δὲ Ἱέρεος ἐξεπλάγη πῶς πάντα ἔγνω. Καὶ λέγει ὁ Φίλιππος· « Γίνωσκε, τέκνον, ὅτι, εἰ καὶ ἐλάχιστός εἰμι καὶ ταπεινός, ἀγῶνα ἔχω ὅπως τελειώσω τὴν ἐμπιστευθεῖσάν μοι οἰκονομίαν. Εἰ δὲ θέλεις, ἀναγγελῶ σοι καὶ τὰ λαληθέντα ῥήματα πάντα ἐν τῇ οἰκίᾳ σου. » Ὁ δὲ Ἱέρεος παρεκάλεσεν αὐτὸν σιωπῆσαι τὸν ἔλεγχον τῆς γυναικὸς αὐτοῦ.

[ια'.] Οἱ δὲ συνόντες τῷ Φιλίππῳ λέγουσιν αὐτῷ· « Ἀπόστολε Χριστοῦ, ἕως ποτὲ ἐσόμεθα ὡς αἰχμάλωτοι ἐνταῦθα; Ἐπεὶ οὖν ἡτοίμασεν ἡμῖν

tate tua, ut et ego annuntiem tibi partem aliquam doctrinae quae in eo est. Scias itaque, mulier, quod homo Dei est ille, quodque gratia multa in facie ejus apparet, simulque mansuetudo et simplicitas.

9. Dixit ei mulier : *Nonne igitur Deus illius est sicut dii civitatis nostrae aurei et in templo immobiles?* Respondit : *Non ita : Deus enim illius est Deus vivens in caelis, omnipotens, superbosque conculcans : dii vero civitatis nostrae opera sunt impiarum curarum.* Dixit ei mulier ejus : *Adduc ergo illum, ut videam et ego Deum qui in eo est.*

10. Tunc egressus est Hiereus e domo obviam Philippo, et dixit illi : *Oro te, surge et ingredere in domum meam, et ibi recreare in pace.* Et sponte Philippus retulit illi omnia quae protulerat mulier : Hiereus vero mirabatur quomodo omnia ita nosset. Et dixit Philippus : *Scias, fili, quod, etsi vilis et humilis sim, certamen habeo ut perficiam quae tradita est mihi legationem. Si vis, exponam tibi verba quae dicta mihi sunt in domo tua.* Hiereus autem hortatus est illum ut sileret de argumento conjugis ipsius.

11. Qui vero cum Philippo erant dixerunt ei : *Apostole Christi, usquequo hic erimus ut captivi? Cum igitur disposuerit nobis Jesus*

Ἰησοῦς Χριστὸς τὸν ἄνδρα τοῦτον, ἀπέλθωμεν μετ' αὐτοῦ ἐν εἰρήνῃ. » Ὁ δὲ Ἱέρεος ἠγαλλιάσατο ὅτε ἤκουσε ταῦτα παρὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον παρεκάλει τῷ Φιλίππῳ καταλῦσαι ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ. Καὶ ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτόν. ὁ δὲ Ἱέρεος ἐβάδιζεν ἔμπροσθεν χαίρων.

[ιβ'.] Ἰδόντες δὲ τοῦτο οἱ ἄρχοντες καὶ τὸ πλῆθος ἐταράχθησαν ἅπαντες, καὶ ἔλεγον· « Ἴδε πῶς ὁ μάγος ἀκολουθεῖ τῷ Ἱερέῳ, ἀλλὰ μὴ συγχωρήσωμεν. » Καὶ ὡς ἔφθασεν ὁ Ἱέρεος πρὸς τὸν πυλῶνα τῆς οἰκίας ἐβόησεν· « Ἀνοίξατε τῷ ἀνθρώπῳ τοῦ θεοῦ. Καὶ ὁ θυρωρὸς ταχέως ἤνοιξεν, καὶ εἰσελθὼν ὁ Φίλιππος σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ εἶπεν· « Εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ. » Ἔδραμε δὲ ὁ Ἱέρεος ὅπου ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἦν ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτῆς, καὶ εἶπεν αὐτῇ· « Ἀνάστα, ἴδε τὴν χαρὰν ἡμῶν τὴν εἰσελθοῦσαν ἐν τῇ οἰκίᾳ ἡμῶν σήμερον· ἔκδυσαι δὲ ταῦτα τὰ ἱμάτια τὰ διάχρυσα, καὶ βάλε τὰ κοσμοῦντά σε εἰς ἀφθαρσίαν. » Ἡ δὲ μετὰ θυμοῦ εἶπεν αὐτῷ· « Ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ· οὐδὲ γὰρ οἱ ἐκ τῆς οἰκίας μου εἶδόν ποτε τὸ πρόσωπόν μου ἁπλῶς, καὶ πῶς ξένῳ ἀνθρώπῳ ὀφθήσομαι; »

[ιγ'.] Καὶ ὡς οὐκ ἐβούλετο ἐξελθεῖν ἐκέλευσεν ὁ Ἱέρεος τοῖς ἑαυτοῦ δούλοις βαστᾶσαι καθέδρας ποικίλας καὶ κεκοσμημένας ἐκ χρυσοῦ, καὶ θεῖναι πρὸ τοῦ πυλῶνος ὅπως ὁ Φίλιππος καθίσῃ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. Ὡς δὲ

Christus virum istum, eamus cum eo in pace. Et Hiereus valde laetatus est audiens haec in discipulis Philippi, et cecidit in faciem suam et deprecabatur Philippum ut moram faceret in domo ipsius. Surgens autem secutus est eum (Philippus), et Hiereus antecedebat illos gaudens.

12. Videntes igitur haec principes et turba simul commoti sunt, et dicebant : *Videte quomodo magus iste sequatur Hiereum! At contra ne sinamus.* Hiereus vero, cum venisset ad ostium domus, clamavit : *Aperiatur ostium viro Dei!* Et ostiarius continuo aperuit, et ingressus Philippus cum discipulis suis dixit : *Pax huic domui.* Festinavitque Hiereus ad locum ubi conjux ejus erat in cubili suo, et dixit illi : *Surge, vide laetitiam nostram quae ingreditur in domum nostram hodie : dimitte vestimenta tua aurea, abice omne ornamentum impuritatis.* At illa irata valde dixit ei : *Recede a me, quoniam ne hi qui de domo mea sunt viderunt unquam faciem meam nudatam, et quomodo in peregrini hominis conspectum veniam?*

13. Et cum nollet exire, jussit Hiereus servis suis adduci cathedras varias et auro decoratas, easque poni ante portam, ut sederet Philippus una cum suis. At cum illas adspexisset Philippus dixit servis :

εἶδεν ὁ Φίλιππος εἶπε τοῖς οἰκέταις· « Ἄρατε αὐτάς, οὐ γὰρ ἐπ' αὐταῖς καθίσομεν. » Καὶ ὁ Ἱέρεος· « Μή με, φησί, διδάσκαλε, λύπει. » [fol.81.] Καὶ ὁ Φίλιππος· « Ἐγώ, φησί, οὐ λυπῶ οὐδένα, ἀλλὰ πάντας ἀναπαύω· περὶ χρυσοῦ δὲ καὶ ἀργύρου ὅλως οὐκ ἔστι μοι χρεία, ὅτι ταῦτα μάταια καὶ πυρὶ ἀναλωθήσονται. Καὶ τί ὄφελος ἀνθρώπῳ ὅτι κοσμεῖ ἑαυτὸν ἱματισμῷ καὶ χρυσῷ, τῆς ψυχῆς αὐτοῦ μελλούσης ἐν πυρὶ χειμάζεσθαι; ἢ τί ὄφελος ὡραιότης, ὅτι φθείρεται κάλλος καὶ ὁ ἐν τῷ κόσμῳ πλοῦτος οὐχ ὑπάρξει; »

[ιδ'.] Εἶπε δὲ ὁ Ἱέρεος· « Ἄρα ζήσομαι, ὅτι ἐν ὀδύνῃ καρδίας εἰμὶ ἐφ' οἷς πρότερον ἥμαρτον. » Λέγει ὁ Φίλιππος· « Μὴ φοβήθῃς, μηδὲ διψυχήσῃς· δύναται γὰρ ὁ Ἰησοῦς ἐὰν καὶ σὺ μετανοήσῃς ἐκ ψυχῆς ἀφιέναι σου τὰς ἁμαρτίας ἅσπερ ἐν ἀγνοίᾳ ἐποίησας. Τί δὲ καὶ ἡ γυνή σου ἡ φοροῦσα νῦν τὰ διάχρυσα καὶ ὑπὸ κοιτῶνος οὖσα; Οὐχὶ εἶπέ σοι ὅτι « Ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι οὐκ ἐξελεύσομαι εἰς πρόσωπον ἀνθρώπου ξένου; » Ὡς δὲ ἤκουσε ταῦτα ὁ Ἱέρεος ἀνέστη μετὰ σπουδῆς, καὶ ἦλθε πρὸς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα λέγων· « Ἕως ποτὲ ἡ τοσαύτη περὶ σέ ἐστι λήθη; ἀνάστα καὶ θέασαι ἀληθῶς θεοῦ ἄνθρωπον, ὅτι τοὺς λόγους οὓς εἰς ἑαυτοὺς ἐλαλήσαμεν καὶ πάντα τὰ ἐν κρυπτῷ ἀνήγγειλέ μοι. » Λέγει αὐτῷ ἡ γυνὴ αὐτοῦ· « Καὶ μέγα ὅτι ἀνήγγειλέ σοι τὰ ῥήματά μου; Ὕπαγε, μὴ

Tollite eas, in his enim nequaquam sedebimus. Et Hiereus: *Noli,* inquit, *magister, me contristare.* Philippus vero: *Ego,* ait, *contristo neminem sed omnes consolor: at argento vel auro nihil mihi opus est, quoniam omnia haec stulta sunt et igne comburentur. Et quid prodest homini in vestimentis et auro semet ornare, si anima ejus in igne sit comburenda? Quid prodest forma, cum pereat pulchritudo, cumque opes hujus mundi non subsistant?*

14. Dixit vero Hiereus: *Vivam ergo, quia contritum est cor meum ob peccata mea praeterita.* Respondit Philippus: *Ne timeas, neve haereas; potens est enim Jesus, si conversus corde fueris, dimittere tibi peccata quae in ignorantia tua commiseris. Quid vero de conjuge tua, quae auro vestitur et in cubili suo latet? Nonne tibi dixit: Recede a me quoniam non progrediar in conspectum hominis peregrini?* His auditis Hiereus surrexit cum festinatione, et venit ad conjugem suam dicens: *Usquequo ita fiet oblivio tui? Surge et considera hunc vere Dei hominem, quoniam sermones quos habuimus ad invicem et quidquid secreto confabulati sumus renuntiavit mihi.* Dixit illi mulier: *Valde equidem miror quod tibi sermones meos renuntiavit. Age vero, ne me decipias, sed tua*

με ἀπάτα· τὰ δὲ περὶ σεαυτοῦ ποίει ὡς θέλεις.» Καὶ πάλιν φησὶ πρὸς αὐτόν· «Τί οὖν ποιήσομεν τοὺς υἱοὺς ἡμῶν ἢ τὰς θυγατέρας ἡμῶν ἢ τοὺς δούλους, καὶ περὶ τῶν ὑπαρχόντων ἡμῶν, εἴ ὅλως εἶπεν ἡμῖν ὁ ξένος ὅτι «Ἐὰν μὴ καταλείψητε τὸν πλοῦτον, οὐ δύνασθε σωθῆναι»; Τί ποιήσομεν, καὶ ὅτι τοὺς δύο υἱοὺς ἡμῶν ἐμνηστευσάμεθα κατὰ τὴν ἡμετέραν ὁμοιότητα, καὶ ἐὰν μαθητεύσωμεν τῷ ξένῳ τί ἔσται;»

[ιε'.] Καὶ ὡς ταῦτα ἔλεγον, Ἀρτεμήλα ἡ θυγάτηρ αὐτῶν ἀκούσασα ταῦτα εἶπεν· «Ὦ μῆτερ, τί ταῦτα λέγεις; Εἴ γάρ τίς ἐστι ζωὴ εἰς ἣν εἰσελεύσῃ σὺ καὶ ὁ πατήρ μου, δῆλον ὅτι κἀγὼ αὐτῆς βούλομαι μετασχεῖν.» Ἦν δὲ ἡ Ἀρτεμήλα σφόδρα ὡραία, καὶ λέγει αὐτῇ ἡ μητὴρ αὐτῆς Νερκέλα· «Ἀνάστα, ὦ θύγατερ, καὶ ἔκδυσαι τοῦτο τὸ πολύχρυσον ἔνδυμα ὃ φορεῖς.» Ἡ δὲ εἶπε· «Τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ τοῦ ξένου ἔσται ἐν παντί.» Λέγει πάλιν ὁ Ἱέρεος τῇ γυναικὶ αὐτοῦ Νερκέλᾳ· «Ἐξέλθωμεν πρὸς αὐτόν, ἐὰν γὰρ ἴδῃς αὐτὸν πᾶσα ἡ οἰκία ἡμῶν πιστεύει εἰς αὐτόν»

[ις'.] Καὶ εὐθὺς ἀνέστη, καὶ ἐξεδύσατο τὰ ἱμάτια τὰ διάχρυσα, καὶ ἐνεδύσατο ἔνδυμα ταπεινόν, αὐτή τε καὶ ἡ θυγάτηρ αὐτῆς, καὶ ἐξῆλθον ἐκ τοῦ κοιτῶνος. Ὁ δὲ Ἱέρεος προεπορεύετο ἀγαλλιῶν· ἦν δὲ ἡ καταστολὴ αὐτῶν εὐπρεπὴς καὶ οὐδὲν ἦν ἀκατακάλυπτον τοῦ σώματος αὐτῶν, εἰ μὴ τάχα μόνον οἱ ὀφθαλμοί. Καὶ λέγει ὁ Ἱέρεος· «Δεῦτε, μὴ διστάσητε.»

tantum facias prout vis. Et iterum dixit ad eum : *Quid igitur faciemus circa filios nostros, et filias, et servos, et omnem substantiam nostram, si modo dixerit nobis peregrinus ille : Nisi reliqueritis opes vestras, nequaquam salvabimini? Quid faciemus, quoniam duos filios nostros jam desponsavimus ad similitudinem nostram? et si peregrino fidem praebeamus, quid erit?*

15. Et cum haec diceret, ecce Artemela filia eorum his auditis dixit : *O mater, ut quid ista profers? Si qua enim est vita ad quam vadis tu et pater meus simul, manifeste et ego volo hujus vitae particeps esse.* Erat autem Artemela formosa valde, et dixit ei mater ejus Nerkela : *Surge, filia, abice istam auream vestem quam es induta.* Respondit illa : *Fiat in omnibus voluntas Dei quem peregrinus iste annuntiat.* Iterum Hiereus dixit ad Nerkelam conjugem suam : *Eamus ad eum : si enim semel videris eum, omnis domus nostra credet in eum.*

16. Surrexit statim, abecit vestes aureas, induta est humile vestimentum, ipsa et filia ejus, et ambo egressae sunt ex cubiculo. Hiereus autem processit gaudens. Habitus eorum erat nobilis valde, et corpus totum absconditum, si excipias oculos. Et dixit Hiereus: *Agite,*

Ὡς οὖν ἦλθον πρὸς τὸν ἀπόστολον τοῦ Χριστοῦ Φίλιππον, καὶ εἶδον αὐτὸν ὡς μέγα τι φῶς, καὶ τοὺς μαθητὰς κύκλῳ αὐτοῦ, οὐκ ἴσχυσαν ἐγγίσαι αὐτῷ· καὶ ὁ Ἱέρεος δὲ ἐφοβήθη τὸν Φίλιππον πῶς οὕτω μετεμόρφωσεν ἑαυτόν, [fol. 82.] καὶ πεσόντες ἐπὶ πρόσωπον ἔκλαιον λέγοντες· « Ἵλεως ἡμῖν γενοῦ· » καὶ ἐσαλεύθη πᾶσα ἡ οἰκία διὰ τὸν φόβον τὸν ἐπελθόντα ἐπ' αὐτούς.

[ιζ'.] Ὅτε δὲ ἔγνω ὁ Φίλιππος ὅτι οὐ δύνανται ὑποφέρειν τὸ βάρος τοῦ φῶτος, ἐμνήσθη τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἐγένετο πάλιν ἐν τῇ εἰκόνι τῇ πρώτῃ, καὶ εἶπεν ὁ Φίλιππος· « Ἀνάστητε καὶ μὴ φοβεῖσθε. » Καὶ ὡς ἀνέστησαν εἶπεν ἡ Νερκέλα τῷ Φιλίππῳ· « Μακαρία εἰμὶ εἰ ἔσομαι ἀξία ἵνα οἰκήσῃς ἐν τῇ οἰκίᾳ μου· οὐαὶ γάρ, οὐαὶ τῇ ἀπιστίᾳ μου. Μὴ οὖν λογίσῃ τὰ ἐλθόντα ἐν τῇ καρδίᾳ μου καὶ τοὺς κρυφίους μου περὶ σοῦ λόγους· ὅτι οὐκ ἐγίνωσκον τίς εἶ. » Ὁ δὲ Ἱέρεος ἦν εὐφραινόμενος ἐπὶ τοῖς ῥήμασιν αὐτῆς, καὶ ὅτι ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ ὡς εἶδε τὴν μητέρα αὐτῆς κλαίουσαν καὶ αὐτῆς τὰ δάκρυα ἔρευσαν ἐπὶ τὰς παρειὰς αὐτῆς. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ δοῦλοι καὶ αἱ δουλίδες ἐθροήθησαν ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ ὀπτασίᾳ.

[ιη'.] Ὁ δὲ Φίλιππος τῇ Νερκέλᾳ ἔφη· « Εἰ θέλεις ζῆσαι, γύναι, τὴν αἰώνιον καὶ μακαρίαν ζωήν, καταφρονήσασα τοῦ παντὸς βίου καὶ τοῦ κάλλους σου; » Ἡ δὲ ἀποκριθεῖσα εἶπεν· « Ὅσα ἐὰν κελεύῃς ποιήσω ἵνα

ne moram faciatis. Cumque ingrederentur ad apostolum Christi Philippum, viderunt eum quasi lumen magnum et discipulos ejus circumstantes : nec poterant appropiare. Et Hiereus timuit vehementer, quoniam Philippus ita transfiguratus erat. Ceciderunt igitur in faciem plorantes et dicentes : *Propitius esto nobis.* Et tremefacta est omnis domus propter terrorem qui eos occupaverat.

17. Cum autem cognovit Philippus eos non ferre posse tantum lumen, recordatus est Jesu, et iterum apparuit in specie sua primitiva, et dixit : *Surgite et confidite.* Et cum surrexissent, dixit Nerkela ad Philippum : *Beata ero, si dignam me feceris quae te recipiam in domum meam. Vae enim, vae incredulitati meae! Ne igitur rationem habeas sententiarum quae cor meum invaserunt et sermonum meorum quos protuli in secreto : quia ignorabam quis esses.* Et Hiereus gavisus est super verba ejus et super lacrimas quas fundebat filia ipsa cum videret plorantem matrem. Similiter et servi commoti sunt tali spectaculo.

18. Philippus igitur dixit ad Nerkelam : *Visne vivere, mulier, aeternam atque beatam vitam, postquam contempseris hanc praesentem vitam simul et pulchritudinem tuam?* Respondit illa : *Quicquid jusseris*

γένηταί μοι σωτηρία.» Ὡσαύτως καὶ ἡ θυγάτηρ εἶπε· « Δέομαί σου, ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ, κἀγὼ θέλω σωθῆναι.» Εἶπε δὲ ὁ Φίλιππος· « Ἐφ' ὅσον καὶ σὺ καταλιμπάνεις τὸ κάλλος τοῦ σώματός σου, σωθήσῃ.»

[ιθ'.] Ἤρξατο οὖν διδάσκειν αὐτοὺς τὰ περὶ πίστεως καὶ τὰ περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ κατηχίσας αὐτοὺς καὶ πάντας τοὺς τοῦ οἴκου ἐβάπτισεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Ἔμειναν δὲ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῶν μῆνα ἡμερῶν, διδασκόμενοι καὶ ὁδηγούμενοι ὑπὸ Φιλίππου εἰς τὴν ἀληθινὴν γνῶσιν· καὶ συνέτρεχον πλήθη πολλὰ καθ' ἑκάστην ὑπ' αὐτοῦ διδασκόμενοι, καὶ ἐπίστευον μεγαλυνόμενοι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Ἰησοῦ, θεραπευόμενοι οἱ τὰς νόσους ἔχοντες· καὶ τὰ ἀκάθαρτα πνεύματα ἔφευγον· καὶ πάντες ἔλεγον· « Εὐλογητὸς ὁ Φιλίππου θεός, ὅτι τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ εὐσπλαγχνίᾳ ἠθέλησεν ἡμᾶς σῶσαι· αὐτῷ αἰνοῦμεν καὶ δοξάζομεν εἰς αἰῶνας αἰώνων. Ἀμήν.»

VI.

Πρᾶξις ς' ἐν Νικατήρᾳ πόλει τῆς Ἑλλάδος.

[α'.] Ὄντος δὲ τοῦ Φιλίππου ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Ἱερέου, καὶ τῶν ἀδελφῶν πάντων συνηγμένων, ἐκινήθησαν πάντες οἱ ὄντες Ἰουδαῖοι καὶ παρασεβό-

exequar ut salutem consequar. Similiter et filia dixit : *Oro te, homo Dei, et ego volo salvari.* Dixit ergo Philippus : *In quantum despexeris pulchritudinem corporis tui, salva fies.*

19. Coepit inde illos docere quae sunt fidei et filii Dei : et catechizatos eos et omnes qui in domo erant baptizavit in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Remanserunt autem in domo mensem unum, edocti et instructi a Philippo in veram scientiam. Et concurrebant turbae multae quotidie, et instruebantur ab eo, et credebant, et exultabant in gloria filii Dei, et sanabantur qui infirmitates habebant vel qui spiritibus immundis vexabantur, et dicebant universi : *Benedictus Deus Philippi, quia misericordia sua voluit nos salvos fieri : illi benedicimus, illum glorificamus in saecula saeculorum. Amen.*

VI

Praxis sexta, Nicaterae in urbe Graeciae.

1. Cum esset Philippus in domo Hierei, fratribus omnibus cum eo convenientibus, commoti sunt universi Judaei et impii in urbe certatim

μενοι ἐν τῇ πόλει πάντες κατὰ τοῦ Ἱερέου, ὅτι ἦν ὁ Φίλιππος ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ, λέγοντες ὅτι « Οὐ μικρὰ φροντὶς ἡμῖν ἐστι καὶ ὀδύνη, ὅτι ὁ μάγος ὁ λεγόμενος Φίλιππος ἐν τῇ οἰκίᾳ ἐστὶ τοῦ Ἱερέου, καὶ ὅτι δι' αὐτοῦ πολλοὺς ἀπατᾷ. » Καὶ ἦν ἡ στάσις πολλὴ ὅτι ὁ Ἱέρεος ἐπίστευσε τῷ Χριστῷ πανοικί, καὶ ἔλεγον· « Εἰ τάχιον ἔγνωμεν, ἐδιώξαμεν ἂν τὸν μάγον, ἢ καὶ ἐκλείσαμεν τὰς πύλας τῆς πόλεως, καὶ οὐκ ἂν εἰσῆλθεν ὁ φαρμακός· ἀλλὰ πέμψωμεν πρὸς τὸν Ἱέρεον ἄνδρας τινὰς κατὰ τὴν ἀξίαν αὐτοῦ, καὶ ἢ ἀποστήσῃ ἑαυτὸν τῆς τοῦ ξένου ἀπάτης, ἢ προσαγάγῃ αὐτὸν ἐν τῷ δημοσίῳ. »

[β'.] Καὶ προσκαλεσάμενοι τῶν πρωτίστων ἄνδρας ἑπτά, παρεκάλεσαν [fol. 83.] ἀπελθεῖν, εἰπόντες· « Εἴπατε τῷ Ἱερέῳ « Ἡ πᾶσα πόλις προσδέχεταί σε. » Καὶ ἀπελθόντες ἔστησαν πρὸ τοῦ πυλῶνος, καὶ οὐδεὶς αὐτῶν ἐτόλμησε καλέσαι διὰ τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν. Καὶ ἐξελθοῦσά τις παιδίσκη, καὶ ἰδοῦσα αὐτούς, εἶπε· « Τίνα ζητεῖτε, ὦ ἄνδρες, καὶ τίνος ἕνεκεν στήκετε πρὸ τῶν ἡμετερῶν πυλῶν. » Οἱ δὲ οὐκ ἔδωκαν αὐτῇ ἀπόκρισιν. Καὶ εἰσδραμοῦσα μετὰ σπουδῆς κλείσασά τε τοὺς πυλῶνας, προσελθοῦσα τῷ Ἱερέῳ λέγει· « Ὦ δέσποτα, ἑπτὰ ἄνδρες ἵστανται πρὸ τοῦ πυλῶνος, καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν γέμει πονηρίας καὶ ἀδικίας. » Καὶ ἀναστὰς ἐξῆλθεν, καὶ θεασάμενος αὐτοὺς ἐμειδίασεν. Εἶπαν δὲ πρὸς αὐτόν·

contra Hiereum, quod esset Philippus in domo ejus. Dicebant enim : *Non mediocris sollicitudo nobis est et cura, quia magus iste nomine Philippus in domo Hierei moratur et per eum plures decipit.* Et erat tumultus magnus, quoniam Hiereus credidit in Christum cum omni gente sua. Dicebant autem : *Si citius cognovissemus, exterminavissemus magum, vel clausissemus portas civitatis, neque praestigiator iste introisset. Nunc igitur mandemus ad Hiereum viros aliquot ejusdem ordinis ac ipse, et vel abnegabit errorem peregrini istius vel adducet eum in carcerem.*

2. Et vocatis septem e principibus, jusserunt illos pergere, dicentes: *Dicite Hiereo : Omnis civitas expectat te.* Abeuntes igitur steterunt ante portam, et nemo eorum ausus est vocem tollere propter multitudinem discipulorum. Sed exiens ancilla quaedam et conspiciens eos dixit : *Quid quaeritis, o viri, et cujus causa statis ante portam nostram ?* At illi responsum non dederunt ei. Illa igitur intus currens cum festinatione, claudensque portam, adiit Hiereum et dixit illi : *Domine, viri septem stant ante portam, et facies eorum abundat malitia et injustitia.* Surrexit ille et abiit, et videns illos subrisit. Illi vero

« Χαίροις, ὁ μέγας καὶ πρῶτος τῆς πόλεως. » Καὶ εἶπεν ὁ Ἱέρεος· « Τίνος ἕνεκεν ἤλθετε; Ἐνομίζετέ με μεταστῆσαι ἀπὸ τοῦ ἁγίου ἄνδρος; Τί οὕτω στήκετε ἐν πονηρίᾳ; » Καὶ εἶπον αὐτῷ· « Ἡ πᾶσα σχεδὸν πόλις ἀπέσταλκεν ἡμᾶς, καὶ εἰ θέλεις ἐλθέ. » Καὶ ἠκολούθησεν αὐτοῖς ὁ Ἱέρεος.

[γ'.] Ὡς δὲ εἶδον αὐτὸν οἱ καθεζόμενοι ἄρχοντες, ἀνέστησαν καὶ ἐξεπλάγησαν ὅτι οὐκ ἦν ἠμφιεσμένος ὡς πρώην, καὶ ὅτι οὔτε μετὰ ὀψικίου καὶ ὄχλου, ἀλλὰ δύο δοῦλοι μόνον ἠκολούθουν αὐτῷ. Εἷς δέ τις ἐξ αὐτῶν Ὀνήσιμος πρῶτος εἶπε μετὰ τὸ καθισθῆναι αὐτοὺς· « Οἶδα ὅτι οὐκ ἰσχύω λαλῆσαί σοι, ἀλλὰ παρακαλῶ φθέγξαι ἡμῖν διὰ τί οὕτως ἀπησύχασας πανοικὶ μετὰ τοῦ ξένου καὶ μάγου τοῦ καλουμένου Φιλίππου; Μή τι καινότερον ἀκούσας ἠπατήθης ὑπὸ τοῦ ξένου; Νῦν οὖν παράδος ἡμῖν αὐτὸν ἵνα καὶ σὺ σωθῇς καὶ ἡ οἰκία σου, ὅτι πᾶσα ἡ πόλις κατὰ σοῦ στασιάζει. Μὴ οὖν ἡμᾶς ἀπαξιώσῃ, ἀλλὰ ἀποκρίθητι ἡμῖν κἂν ἓν ῥῆμα, ὅτι καὶ οἱ ἄρχοντες καὶ πᾶσα ἡ πόλις σοῦ ἕνεκεν συνῆλθον. »

[δ'.] Καὶ ὁ Ἱέρεος ἀπεκρίθη· « Ἵνατι ἐγὼ σήμερον ὑφ' ἡμῶν ἀνακρίνομαι ἕνεκεν τοῦ δικαίου ἄνδρος; Ἀπόστητε ἀπ' αὐτοῦ, καὶ τὴν ταραχὴν ὑμῶν παύσασθε, μήποτε ἀγανακτήσας ὁ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος ἐπικαλέσηται τὸν ἴδιον θεόν, καὶ πάντας ὑμᾶς πυρὶ κατακαύσῃ. »

[ε'.] Οἱ δὲ ἄρχοντες καὶ τὰ πλήθη ἔκραξαν· « Οὐ πείθεις ἡμᾶς τὸν

dixerunt ad eum : *Ave, magne princeps civitatis.* Hiereus autem : *Cujus causa,* inquit, *venistis? Putatisne separabor ab homine isto sancto? Quid ita statis in malitia?* Et dixerunt ei : *Omnis fere civitas misit nos : si vis igitur, veni.* Et secutus est illos Hiereus.

3. Cum ergo eum vidissent principes qui sedebant surrexerunt et commoti sunt, quia non erat vestitus ut ante, et quia erat sine comitatu et sequela : duo autem servi tantum sequebantur eum. Unus vero ex principibus, Onesimus, primus vocem sustulit, postquam sederunt omnes : *Scio quod ad te loqui non valeo, sed, precor, dicas nobis utquid cum omni domo tua ita acceperis peregrinum et magum istum qui vocatur Philippus? Num quid novi audiveris deceptus a peregrino? Trade igitur nobis illum, ut ipse salveris cum domo tua, quoniam tota civitas adversus te commovetur. Ne nos dedigneris, sed responde nobis vel vocem unam, quia principes et civitas universa convenerunt propter te.*

4. Et Hiereus respondit : *Quare a vobis hodie judicor justi illius causa? Dimittite illum et motus compescite vestros, ne forte in indignatione sua ille Dei homo invocet Deum suum, qui vos omnes igne perdat.*

5. Principes vero una cum multitudine clamaverunt : *Non nos*

ξένον εἶναι ἐν τῇ πόλει ἡμῶν, οὔτε γὰρ ἀνέχομεθα τῆς διδαχῆς αὐτοῦ· ἔχομεν γὰρ ἡμετέρους θεοὺς ἰσχυροὺς ὑπὲρ τοῦ θεοῦ αὐτοῦ. » Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι μεῖζον ἔκραζον· « Ἄρατε τὴν ἄδικον ταύτην καὶ ξένην διδαχὴν τῆς πόλεως ἡμῶν. » Ἰδὼν οὖν ὁ Ἱέρεος ὅτι οὐ δύναται ἀνατρέψαι τὰ πλήθη, ἀνεχώρησεν εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ. Καὶ ἐμβλέψας ὁ Φίλιππος τῷ Ἱερέῳ λέγει· « Μήτι ἐφοβήθης περὶ τῶν στασιαζόντων; » Καί φησιν ὁ Ἱέρεος· « Οὐχ ἐπιστραφήσομαι εἰς τὰ ὀπίσω, εἰ καὶ δεῖ ἀποθανεῖν με. »

[ς'.] Καὶ ὡς ἦν ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Ἱερέου ὁ Φίλιππος, λαβόντες ξύλα οἱ ὄχλοι καὶ οἱ ἄρχοντες τῆς πόλεως, παρεγένοντο μετὰ θυμοῦ, καὶ ἔκραξαν λέγοντες· « Δὸς ἡμῖν τὸν πλάνον, ἐξάγαγε τὸν μάγον, μὴ καὶ σὺ καὶ ὁ οἶκός σου καὶ τὰ τέκνα καὶ οἱ παῖδες [fol. 84.] καὶ ὁ μάγος μετὰ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν πυρίκαυστοι γενήσεσθε· πᾶσα ἡ πόλις βοᾷ. »

[ζ'.] Ὡς δὲ ἔγνω ὁ Φίλιππος ὅτι ταράσσειν μέλλουσιν τὴν οἰκίαν ἕνεκεν αὐτοῦ, ἀνοίξας τὸν πυλῶνα ἐξῆλθεν ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ· συνεξῆλθε δὲ καὶ ὁ Ἱέρεος. Καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἰδόντες τὸν Φίλιππον ἔκραξεν· « Ἰδοὺ οὗτός ἐστιν ὁ μάγος, ἀποκτείνωμεν αὐτόν. » Προσέταξε δὲ ὁ Ἱέρεος ἱκανοὺς δούλους ἀκολουθεῖν τῷ Φιλίππῳ, ἵνα μὴ ἀδικήσωσιν αὐτὸν ἐν τῇ μωρίᾳ αὐτῶν. Ἁρπάσαντες οὖν οἱ ὄχλοι τὸν Φίλιππον ἤγαγον εἰς τὸ

adduces ut peregrinum istum in civitate nostra patiamur, nec recipiamus ejus doctrinam. Deos nostros habemus potentes magis quam illius deum. Et Judaei validius etiam vociferabant : *Tollite injustam istam et peregrinam doctrinam e civitate nostra.* Videns igitur Hiereus quod impar esset ad convertendam multitudinem, recessit in domum suam. Et Hiereum adspiciens Philippus dixit : *Ne formides circa tumultuantes.* Et dixit Hiereus : *Non revertar ad ea quae retro sunt, etiam si oportuerit me mori.*

6. Et cum esset in domo Hierei Philippus, principes una cum multitudine tulerunt fustes, et accedentes in ira multa clamaverunt dicentes : *Da nobis deceptorem, eice magum, ne tu et domus tua et nati tui et servi tui et magus ille una cum discipulis ejus in ignem mittantur; quoniam universa civitas reclamitat.*

7. Cum autem vidit Philippus quod ideo subvertere volunt totam domum, aperiens portam exiit una cum discipulis : secutus est vero et Hiereus. Et universa multitudo adspiciens Philippum vociferavit : *Ecce hic est magus ille, occidamus eum!* Jussit interea Hiereus ut servi aliquot deducerent Philippum, ne quid pateretur ab insania istorum. Comprehensum igitur Philippum turba adduxit in forum, ut

βουλευτήριον, ἵνα μαστίξωσιν αὐτόν· οἱ δὲ ὄχλοι ἔκραζον· « Δήσατε τοῦ πλάνου τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας ἰσχυρῶς, καὶ οὕτω μαστίξατε. »

[η'.] Θεασάμενος δὲ ὁ Ἱέρεος τὴν ὀργὴν αὐτῶν ἀνέδραμεν ἐπὶ τοὺς ἀναβαθμοὺς τοῦ βουλευτηρίου, καὶ ἐβόησε φωνῇ μεγάλῃ· « Οὐ πλήξετε τὸν ἄνδρα ἄνευ αἰτίας, ταῦτα γὰρ ὁ Καῖσαρ ἀκούσει. » Ὡς δὲ εἶδον οἱ ὄχλοι τὸν Ἱέρεον οὕτως ἑστῶτα ἠγανάκτησαν λέγοντες· « Μὴ ἀκούσωμεν τοῦ Ἱερέου, ἀλλ' ὅπερ τολμῶμεν ποιήσωμεν. » Καὶ προσῆλθον τῷ Φιλίππῳ τοῦ μαστίζειν, ὁ δὲ Ἱέρεος κατελθὼν ἀπέσπασεν ἀπ' αὐτῶν τὸν Φίλιππον, καὶ κρατῶν αὐτὸν τῆς χειρὸς εἶπεν· « Ἰδοὺ πάντες λέγετε ὅτι μάγος ἐστὶν οὗτος, ἐλέγξατε τὰς μαγείας αὐτοῦ. » Εἶτα ἀνέκραξαν ὅτι « Καινὸν καὶ ξένον ἄκουσμα ἤγαγεν ἡμῖν, « Ἁγνοί, λέγων, μείνατε, καὶ ζήσεσθε, καὶ ἔσεσθε ὡς φωστῆρες ἐν οὐρανῷ » · καὶ τὸν ἐσταυρωμένον λέγει θεόν. »

[θ'.] Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Φίλιππος εἶπεν· « Οἶδα ὅτι, ἐὰν θελήσω, οὐ μαστίξετέ με· τῇ γὰρ δυνάμει τοῦ ἐσταυρωμένου πατάξω ὑμᾶς πάντας τυφλώσει ». Εἷς οὖν ἐξ αὐτῶν ὀνόματι Ἀρίσταρχος, υἱὸς Πληγενοῦς, μέγας ὢν ἐν τοῖς Ἰουδαίοις, ἐνώπιον πάντων λέγει τῷ Φιλίππῳ· « Μὴ σπεῦδε ἡμᾶς, ὦ Φίλιππε, τυφλῶσαι· οἶδα γὰρ ὅτι δύνασαι. Ἀλλὰ συζητήσωμεν διὰ λόγων περὶ τοῦ Ἰησοῦ· πείθων ἡμῖν ὁ λόγος· καὶ μὴ τῇ μαγείᾳ σου θέλε ἡμᾶς ἐκτυφλοῦν. Καὶ γὰρ ἐγὼ μέγας εἰμὶ ἐν τοῖς Ἰουδαίοις, καὶ ἐὰν ἐπιτρέψω, ἄρτι λιθάσουσί σε καὶ τοὺς μετὰ σοῦ ».

flagellaretur. Dicebant autem omnes : *Ligate praestigiatori manus et pedes valide, et flagellate eum.*

8. Videns Hiereus furorem illorum, cucurrit ad gradus fori et voce magna clamavit : *Ne caedite hominem sine causa, quia Caesar certior fiet de his.* Et cum vidissent turbae Hiereum ita consistentem, indignatae sunt dicentes : *Ne auscultemus Hiereum, sed quod placuit exequamur.* Et processerunt ad Philippum ut illum flagellarent, sed Hiereus citius tenuit manum Philippi et dixit : *Ecce universi accusatis eum quod magus sit, declarate igitur magias ejus.* Illi autem clamaverunt: *Novam et peregrinam doctrinam affert nobis, dicens: Casti estote ut vivatis et sitis sicut luminaria in caelo. Immo crucifixum dicit deum.*

9. Audiens vero haec Philippus : *Scio,* inquit, *quod non flagellabitis me, modo nolim : per virtutem enim crucifixi illius percutiam vos omnes caecitate.* Unus ergo eorum, nomine Aristarchus, filius Plegenis, e principibus Judaeorum, in conspectu omnium dixit Philippo: *Ne tam cito oculis nos prives, o Philippe : potes utique, scio. At potius una inquiramus in diverbio de Jesu : persuasibilia sunt verba, nec caecos nos reddes per magiam tuam. Equidem magnus sum inter Judaeos : modo annuero, lapidabunt te et eos qui tecum sunt!*

[ι'.] Καὶ ἥψατο τοῦ πόγωνος Φιλίππου ἕλκων αὐτόν· ὁ δὲ Φίλιππος οὐκ ἀλγήσας, ἀλλὰ διὰ τοὺς παρόντας πράως ὀργισθείς, εἶπε πρὸς αὐτόν· « Ἰδοὺ λέγω σοι, ὅτι ἡ χεῖρ αὕτη ξηρά, καὶ τὰ ὦτά σου κωφὰ ἐναλγήσει, καὶ ὁ δεξιός σου ὀφθαλμὸς πηρός, ὅτι ἠπείλησας λιθοβολῆσαί με, καὶ ἐνύβρισας τὸν ἐσταυρωμένον τὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς ποιητήν ».

[ια'.] Καὶ ἦν ἰδεῖν ἐξαίφνης παράδοξον θαῦμα εἰς αὐτόν· εὐθέως γὰρ ὁ μὲν ὀφθαλμὸς αὐτοῦ ἐκοιλάνθη ὡς οὐκ ὤν, τὰ δὲ ὦτα αὐτοῦ ἤλγουν οὐ μικρόν, καὶ ἡ δεξιὰ αὐτοῦ χεῖρ ἐκρέματο ξηρὰ ὧδε κἀκεῖσε περιφερομένη· καὶ ἐβόα λέγων· « Ἐλέησόν με, δοῦλε τοῦ ἐσταυρωμένου θεοῦ Φίλιππε· διὰ τοῦτο γὰρ προεῖπον ὅτι εἴ τι θέλεις δύνασαι ». Παρεκάλει δὲ καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ Ἰουδαίους ὅπως ἀξιώσωσι [fol. 85.] τὸν Φίλιππον ἵνα σπλαγχνισθεὶς ἰάσηται αὐτόν.

[ιϐ'.] Ἐπῆραν δὲ φωνὴν πάντες λέγοντες· « Θεὸν ἔχεις, ξένε, ἰσχυρόν· θεράπευσον τὸν πρῶτον τοῦ ἔθνους ἡμῶν, ὅτι ἀληθῶς ἄνθρωποι ὄντες θεῷ μάχεσθαι οὐ δυνάμεθα ».

[ιγ'.] Σπλαγχνισθεὶς οὖν ὁ Φίλιππος προέτρεψε τῷ Ἱερέῳ λέγων· « Πρόσελθε καὶ ἔπιθες τὴν δεξιάν σου χεῖρα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ σήμανον αὐτῷ τὸν σταῦρον τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἰαθήσεται ». Ὁ δὲ Ἱέρεος προσελθὼν αὐτῷ εἶπεν· « Ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ σταυρωθέντος Ἰησοῦ

10. Apprehendit igitur barbam Philippi et vellebat eam. At Philippus, nil dolens, sed propter circumstantes mite iratus, dixit ad illum : *Ecce dico tibi, haec manus tua arescet, et aures tuae surdescent, et oculus tuus dexter excaecabitur, quia lapidare me innueris atque crucifixum despexeris qui fecit caelum et terram.*

11. Et videre fuit subito prodigium mirabile in eo : subito enim oculus ejus evacuatus est quasi non fuerit, aures ejus dolore pessimo correptae sunt, et manus ejus dextera arida facta inanimis movebatur hinc et inde. Et clamavit dicens: *Miserere mei, serve Dei crucifixi, Philippe: dixi enim quia quicquid vis potes.* Et invocabat Judaeos qui cum ipso erant, ut rogarent Philippum et ut misericordia ejus curaretur.

12. Omnes igitur vocem tollebant dicentes : *Deum habes, peregrine, potentem : cura principem gentis nostrae, quoniam, homines cum simus, manifeste Deo adversari nequimus.*

13. Et misericordia motus Philippus annuit Hiereo dicens : *Accede et dexteram tuam manum impone in caput illius, et signa eum cruce Christi, et curabitur.* Hiereus dein accedens ad eum : *In nomine,* inquit, *crucifixi Jesu Christi saneris.* Et subito curatus est, et gavisus

Χριστοῦ, γένου ὑγιής ». Καὶ εὐθέως ἰαθεὶς ἔκθαμβος ἐγένετο, καὶ δραμὼν ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ λέγων· « Οἶδα, Φίλιππε, ὅτι ὅσα θέλεις δύνασαι· τοῦτο γὰρ καὶ προεῖπόν σοι· πλὴν οὖν διὰ τὴν ἀπιστίαν ἐμοῦ καὶ τοῦ συμπαρόντος πλήθους, ἀνέχου μοι τὸν λόγον, ὅτι ἀκριβῶς θέλω συζητῆσαι ἐκ τῶν γραφῶν τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, διὰ τί αὐτὸν ὑμεῖς θεὸν καλεῖτε. Ἀλλ' ὁρκίζω σε μὴ πάλιν ἐμβριμησάμενος ἐπιθήσῃς μοι ὀδύνας ». Καὶ ὄχλοι εἶπον· « Ἀξιοῦμέν σε, Φίλιππε, μὴ ὀργισθῇς ἐλεγχόμενος, μηδὲ πάλιν δειλιάσῃς περὶ τὴν διδασκαλίαν σου· ἀκούσαντες γὰρ ἡμεῖς τὰ παρ' ἀμφοτέρων, κριταὶ ἀληθείας ἐσόμεθα, καὶ ἐὰν νικήσῃς πάντες πιστεύσομεν τῷ διὰ σοῦ κηρυττομένῳ Χριστῷ ».

[ιδ'.] Ὁ δὲ Φίλιππος μειδιάσας εἶπε πρὸς τὸν Ἀρίσταρχον· « Εἰ θέλεις, εἰπὲ πρῶτος ». Τότε ὁ Ἀρίσταρχος λέγει τῷ Φιλίππῳ· « Λαμβάνεις τὰς προφητικὰς γραφάς, ἢ οὔ; » Καὶ ὁ Φίλιππος· « Διὰ τὴν ἀπιστίαν ὑμῶν χρεία προφητῶν. » Καί φησιν ὁ Ἰουδαῖος· « Ἀγνόεις, Φίλιππε, ὅτι γέγραπται Τίς ἐξηγήσεται τὰς ἀρετάς σου, ὁ θεός; καὶ ὅτι Οὐδείς ποτε δύναται γνῶναι τὴν δόξαν σου; καὶ ὅτι Ἡ δόξα σου ἐπλήρωσε τὴν γῆν; καὶ ὅτι Κύριος κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν; καὶ ὅτι Ὁ θεός φησι· πῦρ καταναλίσκον καὶ φλογίζει κύκλῳ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ; καὶ ὅτι Εἷς θεὸς ἐποίησε ταῦτα πάντα; Πῶς οὖν λέγεις, Φίλιππε, ὅτι ἀφθάρτως

est, et currens cecidit ad pedes Philippi dicens : *Scio, Philippe, quod potes quaecumque vis : et hoc ipsum antea dixi tibi. At propter incredulitatem circumstantis populi sustine sermonem meum, quoniam volo diligenter inquirere tecum in scripturis ea quae sunt de Jesu, et quare eum vos deum dicitis. Sed, precor te, ne iterum in indignatione tua talia me pati velis.* Turbae e contra dicebant : *Precamur te, Philippe, ne indigneris in disputatione, neque iterum formides de doctrina tua : audiemus enim quicquid proferetur ab utroque, et arbitri veritatis erimus : si viceris, credemus omnes in Christum quem annuntias.*

14. Philippusque subridens dixit ad Aristarchum : *Si vis, loquere prior.* Tunc Aristarchus ad Philippum : *Recipis,* inquit, *prophetarum scripturas, annon?* Et Philippus : *Propter incredulitatem vestram necessarii sunt prophetae.* Et dixit Judaeus : *Agnoscis, Philippe, quod scriptum est " Quis enarrabit virtutes tuas, Deus? " et " Nemo unquam potest noscere gloriam tuam? " et " Gloria tua replevit terram? " et " Dominus judex vivorum et mortuorum? " et " Dixit Deus : Ignis devorans, et inflammabit in circuitu inimicos ejus? " et " Unus Deus fecit omnia haec? " Quomodo igitur tu dicis, Philippe, quod sine offensa*

ἐγέννησεν ἡ Μαρία τὸν Ἰησοῦν καὶ ἔστι θεός; Καὶ πῶς ἐσταυρώθη; Καὶ πῶς ἀγωνίζῃ σὺ περὶ αὐτοῦ, εἰ θεός; Ἀλλὰ πάντως ἐλέγξεις με ὅτι οὗτός ἐστι δύναμις θεοῦ καὶ θεοῦ σοφία, ὃς συμπαρῆν τῷ θεῷ ὅτε καὶ τὸν κόσμον ἐποίησε. Τοῦτο γὰρ οὐκ ἀρνοῦμαι, ὡς εἶπεν ἡ πρώτη γραφή· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν· ἐὰν γὰρ ταῦτα σιωπήσω ἐλέγξεις με ».

[ιε'.] Ὁ δὲ Φίλιππος μειδιάσας ἐν ἀγαλλιάσει εἶπεν εἰς ὅλον τὸν ὄχλον· « Ἀκούσατέ μου, καὶ γίνεσθε κριταὶ τῆς ἀληθείας· ὁ γὰρ προφήτης Ἡσαίας περὶ τοῦ Χριστοῦ λέγει· Ἰδοὺ ὁ παῖς μου ὃν ηὐδόκησα, θήσω τὸ πνεῦμα ἐπ' αὐτόν. Καὶ περὶ τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ εἴρηται· Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἄφωνος ἐναντίον τοῦ κήροντος αὐτόν. Τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; Καὶ πάλιν· Τὸν νῶτόν μου ἡτοίμασα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ [fol. 86.] σιγόνας μου εἰς ῥαπίσματα, τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων. Καὶ ἄλλος· Ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα, καὶ ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπιζητοῦσι, καὶ εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσιν. Ὁ δὲ Δαυὶδ περὶ αὐτοῦ φησιν· Ὁ υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου. Καὶ περὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ καὶ περὶ τοῦ Ἰουδᾶ λέγει· Κύριε, τί ἐπληθύνθησαν οἱ θλίβοντές με; πολλοὶ ἐπανίστανται ἐπ' ἐμέ, πολλοὶ

genuerit Maria Jesum, et quod ille sit Deus? Quomodo tu certas propter eum, si Deus? At enim argues me, quasi sit virtus Dei et sapientia Dei, et quod cum Deo fuerit quando mundum creabat. Hoc enim concedo, sicut scriptum est in principio : " Faciamus hominem ad imaginem nostram et similitudinem „. Quoniam si haec tacuero argues me.

15. Philippus autem subridens cum gaudio dixit ad universam turbam : *Audite me et estote arbitri veritatis. Propheta namque Isaias de Christo dicit : " Ecce filius meus quem glorificavi : ponam spiritum in eo. „ Simul et de cruce ejus dicit : " Sicut pecus ad occisionem actus est, et sicut agnus sine voce coram tondente. Generationem autem ejus quis enarrabit? „ Et iterum : " Humerum meum praeparavi flagellis, genas meas alapis, et faciem meam non averti a contumelia sputorum. „ Et alius : " Extendi manus meas ad populum incredulum, et manifestavi me his qui me non quaerebant, et inventus sum ab his qui me non requirebant. „ Et David de eo dixit : " Filius meus es tu, ego hodie genui te; postula a me, et dabo tibi gentes in haereditatem tuam. „ Et de resurrectione ejus et de Juda dixit : " Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? Multi insurrexerunt contra me, multi dicunt animae*

λέγουσι τῇ ψυχῇ μου · οὐκ ἔστι σωτηρία αὐτοῦ ἐν τῷ θεῷ αὐτοῦ. Καὶ πάλιν ὁ Δαυΐδ · Προορώμην τὸν κύριον ἐνώπιόν μου διὰ παντός, ὅτι ἐκ δεξιῶν μού ἐστιν ἵνα μὴ σαλευθῶ · διὰ τοῦτο εὐφράνθη ἡ καρδία μου καὶ οἱ νεφροί μου ἠλλοιώθησαν, ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν μου ἰδεῖν διαφθοράν. Ὁ δὲ Δαυΐδ ἐτελεύτησε, καὶ τὸ μνῆμα αὐτοῦ οἴδαμεν · ταῦτα δὲ πάντα εἴρηται περὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν αὐτοῦ ἀναστάσεως. Λαβὲ καὶ ἐκ τῶν δώδεκα προφητῶν · Εἴπατε τῇ θυγατρὶ Σιῶν · ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ πῶλον νεόν. Καὶ ἕτερος · Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου. Καὶ ὁ πᾶς χορὸς τῶν προφητῶν καὶ πάντες οἱ πατριάρχαι περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ Χριστοῦ ἐκήρυξαν ».

[ις'.] Καὶ ὁ Ἀρίσταρχος πάλιν εἶπεν · « Οὗτος Ἰησοῦς χριστὸς λέγεται. Οἶδα γὰρ ὅτι Ἡσαίας χριστὸν εἴρηκε · Τάδε λέγει κύριος τῷ χριστῷ μου κυρίῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς · ἐπακοῦσαι ἐπὶ σὲ ἔθνη ἐλπίζουσιν. » Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι ἐμάχοντο τῷ Ἀριστάρχῳ, ὅτι, φασίν, « Σὺ μᾶλλον ὑπέμνησας τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ γεγραμμένα ». Καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἔλεγεν · « Τί πρὸς ταῦτα ἀντιφιλονεικοῦμεν τῷ Φιλίππῳ » ; Καὶ οἱ τῆς πόλεως ἄρχοντες ἔλεγον · « Πάντως ὁ θεὸς ἤγαγε τὸν Φίλιππον εἰς τὴν πόλιν ἡμῶν, ἵνα δι' αὐτοῦ μάθωμεν ὅτι ὁ Ἰουδαῖος ὁ συζητήσας αὐτῷ μᾶλλον

meae : non est salus ejus in Deo ejus. „ Et iterum David : " Praevidebam dominum in conspectu meo per omnia, quia a dextris meis est ne commovear : et ideo exaltatum est cor meum, et renes mei immutati sunt, quia non relinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. „ David autem mortuus est et sepulcrum ejus novimus : omnia vero haec dicuntur de Christo et de resurrectione ejus ex mortuis. Affer et ex duodecim prophetis : " Dicite filiae Sion : Ecce rex tuus venit tibi gradiens super pullum novellum. „ Et alibi : " Ex Aegypto vocavi filium meum. „ Et omnis prophetarum chorus et omnes patriarchae de adventu Christi praececinerunt.

16. Aristarchus iterum dixit : *Ille Jesus dicitur Christus. Scio enim quod Isaias Christum professus est : " Haec dicit Dominum Christo meo Domino cujus apprehendi dexteram : subici tibi gentes exspectant. „* Judaei interea contradicebant Aristarcho, quia, inquiebant, *Tu melius attulisti ea quae de Christo scripta sunt.* Et universa turba dicebat : *Quid ad ea obiciemus Philippo?* Principes autem civitatis : *Omnimodo,* inquiunt, *Deus adduxit Philippum in civitatem nostram, ut per eum discamus quod Judaeus, qui disputavit cum eo, melius quam ille*

ἐφανέρωσε τὴν ἀποκεκρυμμένην δόξαν ἐν τοῖς προφήταις περὶ τοῦ Χριστοῦ· διὸ δοκιμάσαντες τοὺς ἀμφοτέρων λόγους, καὶ ἰδόντες ὅτι διὰ πάντων ἀσφάλως ἐφανερώθη ὁ Χριστός, παρακαλέσωμεν τὸν Φίλιππον ἵνα ἐν τῇ πόλει ἡμῶν τὸν πάντα χρόνον οἰκήσῃ εἰς ἡμετέραν σωτηρίαν ».

[ιζ'.] Ὁ δὲ Ἱέρεος ἦν ἐν ἀγαλλιάσει καρδίας ἐπὶ τοῖς ῥήματι τοῦ Φιλίππου, ὁ δὲ Φίλιππος οὐκ ἐλίμπανεν δοξάζων τὸν θεόν. Ὡς δὲ οἱ ἄρχοντες τῆς πόλεως διέκρινον τὰ ῥήματα τοῦ τε ἀποστόλου καὶ τοῦ Ἰουδαίου, ἰδοὺ εἰσήχθη κλίνη ἐφ' ᾗ ἐπέκειτό τις νεκρός, μονογενὴς υἱὸς τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ ὑπάρχων, πλούσιος σφόδρα· ἦσαν δὲ καὶ τῇ κλίνῃ προσέγγιστα δοῦλοι δέκα, οἱ καὶ ἔμελλον συγκατακαίεσθαι τῷ νεκρῷ. Οἱ δὲ ἄρχοντες τῆς πόλεως καὶ πᾶς ὁ ὄχλος καταμαθόντες ὅτι ἀληθῶς ἐστι νεκρὸς ἔκραξαν· « Νῦν [fol. 87] ὄντως μέγας ἐστὶν ἀγὼν τῶν Χριστιανῶν· εἰ γάρ τίς ἐστιν ἐν αὐτῷ θεός, ἀναστήσει αὐτόν, καὶ πάντες πιστεύσομεν εἰς αὐτόν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τοὺς ναοὺς μετὰ τῶν εἰδώλων κατακαύσομεν ».

[ιη'.] Ὡς οὖν ταῦτα οὕτω διελογίζοντο, οἱ γονεῖς ἔκλαιον· σπλαγχνισθεὶς δὲ ὁ Φίλιππος εἶπε τῷ πατρὶ τοῦ παιδὸς καὶ τῇ μητρί· « Τί ποιήσετε ἐὰν τὸν υἱὸν ὑμῶν ἀναστήσω » ; Λέγουσιν αὐτῷ· « Ὅπερ ἐὰν θέλῃς ποιήσομεν ». Οἱ δὲ μέλλοντες κατακαίεσθαι δοῦλοι διένευον τῷ ἀποστόλῳ

declaravit gloriam Christi in prophetis reconditam. Probantes itaque utriusque sermones, et videntes quoniam in omnibus sine dubio manifestatus est Christus, persuadebimus Philippo ut in civitate nostra in posterum conversetur ad nostram salutem.

17. Hiereus interea in exultatione cordis erat propter verba Philippi, et Philippus non cessabat magnificare Deum. Cum autem principes civitatis probarent verba apostoli et verba Judaei, ecce adferebatur lectulus in quo jacebat mortuus quidam : erat autem filius unigenitus patris et matris, et dives valde. Erant insuper ad lectum servi decem, et hi erant comburendi super cadaver. Principes ergo civitatis et omnis turba, audientes quod esset utique mortuus, clamaverunt : *Nunc quidem magnum est certamen Christianorum : si quis enim in illis est deus, suscitabit istum : nos vero omnes credemus in eum, immo ipsa templa et idola simul igni trademus.*

18. Cum igitur haec ita colloquerentur, parentes flebant. Commotus autem Philippus dixit patri pueri et matri ejus : *Quid facïetis, modo filium vestrum suscitaverim?* Dicunt ei : *Quicquid volueris faciemus.* Servi vero qui erant comburendi deprecabantur apostolum

μνησθῆναι αὐτῶν· νόμος γάρ τις ἄνομος ἦν ἐν αὐτοῖς, ὅταν [γάρ] τις ἐκ τῶν πλουσίων ἐτελεύτα, σὺν αὐτῷ καὶ δούλους καὶ δουλίδας κατακαίεσθαι· καὶ ἄλλα τινὰ χείρονα ἔπραττον, οἱ πολλοὶ δὲ αὐτῶν καὶ τὰς ἰδίας γυναῖκας συνανήρουν.

[ιθ'.] Εἶπεν οὖν ὁ Φίλιππος· « Τοὺς δούλους τούτους δότε μοι ». Οἱ δὲ γονεῖς εἶπον· « Ἄλλους πλείους μετ' αὐτῶν, καὶ ἀργύριον καὶ χρυσίον καὶ ἱματισμὸν δώσομέν σοι, καὶ πρὸς τούτοις πιστεύσομεν καὶ τῷ θεῷ σου, ὅτι θεὸς μόνος δυνατὸς ὢν καὶ νεκροὺς ἀνιστᾶν ». Προσέταξε δὲ ὁ Φίλιππος τῷ ὄχλῳ ἀποστῆναι τῆς κλίνης, συνέθλιβον γὰρ ἀλλήλους· εἶπε δὲ ὁ Φίλιππος πρὸς τὸν Ἀρίσταρχον· « Ἄγε δή, ὦ Ἰουδαῖε, ἰδοὺ ὅτι νεκρὸς κεῖται· εἰ οὖν τι δύνασαι, ἔγειρον αὐτόν ». Καὶ ὑπὸ πάντων ἀναγκασθεὶς ὁ Ἀρίσταρχος μόλις προσῆλθε τῷ νεκρῷ, καὶ ἥπτετο εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ πολλὰ ἐνέπτυσεν αὐτόν, καὶ ἔσυρεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς χειρός· καὶ οὐκ ἦν φωνὴ οὐδὲ ἀκρόασις τῷ νεκρῷ. Καὶ ὡς οὐδὲν ἴσχυσεν, ἔκραξαν οἱ ὄχλοι· « Ἄρατε τὸν Ἰουδαῖον ἐκ τοῦ μέσου ». Καὶ ἀπέστη αἰσχυνόμενος..Ὁ δὲ Ἱέρεος θαρσοποιηθεὶς εἶπεν· « Ὦ ἄνδρες Ἰουδαῖοι οἱ ἐναντιούμενοι τῷ θεῷ διὰ πάντος, ἐτολμήσατε βλασφημῆσαι, λέγοντες ὅτι μάγος ἐστὶν ὁ Φίλιππος· εἰ μὴ ἦν φιλάνθρωπος καὶ ἀγαθὸς ὁ ἐν αὐτῷ θεός, ἄρα ἂν ἐθανατώθητε σὺν αὐτῷ ».

[κ'.] Νηρεὺς δέ, ὁ τοῦ τεθνηκότος πατήρ, εἶπεν· « Ἀναστήτω μόνον

ut ipsorum vellet meminisse: ea enim lex injusta erat apud illos, ut, si quis divitum moreretur, una cum defuncto servi et servae comburerentur: immo eis mos pejor erat, quoniam plures eorum solebant proprias conjuges comburere.

19. Dixit igitur Philippus: *Servos istos concedite mihi.* Parentes vero dixerunt: *Plures etiam alios cum istis, immo argentum et aurum et vestes dabimus tibi, praetereaque credemus in deum tuum, quoniam Deus solus potens est mortuos suscitare.* Jussit Philippus turbae ut a lectulo recederet (invicem enim se comprimebant), et dixit Philippus ad Aristarchum: *Age nunc, o Judaee, ecce defunctus jacet iste: si quid igitur potes, suscita illum.* Ab universis coactus Aristarchus accessit ad defunctum et tetigit faciem ejus, inspiravitque in eam fortiter et traxit illius manum: sed defuncto neque vox neque auditus erat. Cum igitur nil potens pateret Aristarchus, turba clamavit: *Tollite Judaeum de medio.* Et recessit confusus. Hiereus autem confidens dixit: *Viri Judaei qui contradicitis Deo in omnibus, ausi estis blasphemare dicentes quoniam magus est Philippus. Nisi ergo misericors et bonus esset Deus qui in eo est, utique mortui cum isto essetis.*

20. Nereus interea, pater defuncti, dixit: *Resurgat modo filius*

ὁ υἱός μου, κἀγὼ κατὰ Ἰουδαίων ἀγωνίζομαι ». Λέγει ὁ Φίλιππος· « Ἐὰν μὴ ὁμολογήσῃς τοῦ μὴ ἀδικῆσαι Ἰουδαίους οὐκ ἀναστήσεται ὁ υἱός σου ». Ὁ δὲ πατὴρ τοῦ παιδὸς εἶπεν· « Ποιῶ τὸ θέλημά σου ». Ἐθαύμαζον δὲ πάντες οἱ ὄχλοι καὶ οἱ ἄρχοντες λογιζόμενοι· « Τί ἄρα ποιήσει ὁ Φίλιππος ; εἰ ἄρα δυνήσεται ἀναστῆσαι τὸν νεκρόν ; »

[κα'.] Μὴ μελλήσας δὲ ὁ Φίλιππος, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ προσελθὼν τῇ κλίνῃ, ἔθηκεν τὰς χεῖρας ἐπὶ τὸν παῖδα, καὶ ηὔξατο λέγων· « Ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ ἀεὶ ἐπακούων μου τῆς δεήσεως, ἐλθάτω καὶ νῦν ἡ δέησίς μου ἐνώπιόν σου, καὶ χάρισαι ζωὴν τῷ σῷ δούλῳ Θεοφίλῳ διὰ τὸν παρεστῶτα ὄχλον ». Καὶ εὐθέως εἰσῆλθεν ἡ πνοὴ εἰς τὸν παῖδα, καὶ ἀνέῳξε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ καὶ πρόσεσχεν τῷ Φιλίππῳ. Οἱ δὲ ὄχλοι θεασάμενοι τὸ γεγονὸς ἔθλιβον ἀλλήλους [fol. 88] ἐγγίζειν τὴν κλίνην θέλοντες ἰδεῖν τὸ θαῦμα. Προσέθετο δὲ ὁ Φίλιππος ἐκ δευτέρου λέγων· « Νεανία, ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ἔγειρε ». Καὶ εὐθέως ὁ Θεόφιλος ἀνεπήδησε τῆς κλίνης καὶ ἔκραξεν· « Εἷς θεὸς ὁ Φιλίππου, Ἰησοῦς Χριστός, ὃς ἔδωκέ μοι τὸ ζῆν ». Ὡς δὲ οἱ ὄχλοι ἐθεάσαντο τὸν παῖδα ἑστῶτα, ὡς ἐν μιᾷ φωνῇ ἔκραξαν· « Εἷς θεὸς ὁ Φιλίππου ὁ τοὺς νεκροὺς ἀνιστῶν ». Διεκρίνοντο δὲ εἰς ἀλλήλους καὶ ἔλεγον· « Ποῖον λοιπὸν θαῦμα μεῖζον ἔχομεν ἰδεῖν ; »

meus, et ego adversus Judaeos dimicabo. Dixit Philippus : *Nisi fueris pollicitus te non injuste acturum esse contra Judaeos, filius tuus non resurget.* Pater vero pueri dixit : *Faciam voluntatem tuam.* Mirabantur vero universa multitudo et principes dicentes : *Quid ergo faciet Philippus ? Numquid poterit suscitare mortuum ?*

21. Nihil autem moratus, elevatisque oculis in caelum, Philippus accessit ad lectulum, posuit manus super puerum atque oravit dicens : *Deus et pater domini nostri Jesu Christi, qui semper audis deprecationes meas, veniat etiam nunc deprecatio mea in conspectum tuum : largire vitam servo tuo Theophilo propter circumstantem turbam.* Et subito regressus est spiritus in puerum : aperuitque puer oculos et applicuit se Philippo. Universi autem, videntes quod acciderat, sese comprimebant ut quisque ad lectulum accederet et prodigium videret. Imperavit vero iterum Philippus dicens : *Adolescens, in nomine Jesu Christi qui crucifixus est sub Pontio Pilato, surge.* Et subito Theophilus ille e lectulo surrexit et clamavit : *Deus Philippi solus mortuos suscitat!* Dijudicabant autem ceteri et dicebant : *Quod igitur miraculum majus videre erit?*

[κβ'.] Ἀπὸ δὲ τοῦ θαύματος τούτου ἐκέλευσεν ὁ Φίλιππος τῷ πατρὶ τοῦ παιδὸς ἐνέγκαι τοὺς δούλους οὓς εἶπεν ἐλευθεροῦν. Ἐλθόντες δὲ ἐν τῷ τόπῳ ὅπου ἦν ὁ παῖς ἐγηγερμένος, ἀπιδὼν ὁ ἀπόστολος τοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτοὺς εἶπεν· « Οἱ δοῦλοι μέχρι σήμερον, νῦν δὲ ἐλεύθεροι διὰ Χριστόν, μὴ ἀμελήσητε τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ». Ὁ δὲ πατὴρ τοῦ παιδὸς καὶ ἡ μητὴρ ἠγαλλιάσαντο ἐπ' αὐτοῖς, καὶ ὅτι τελείως εἶδον τὸν υἱὸν αὐτῶν ἐγηγερμένον· ἐπεὶ δὲ τούτῳ τῷ τρόπῳ ἐπίστευσαν ἅπαντες εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν.

[κγ'.] Καὶ τῇ ἕωθεν ἤρξατο ὁ Φίλιππος κατηχεῖν καὶ βαπτίζειν εἰς τὸ ὄνομα τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος, καὶ λαβὼν τὸν Ἱέρεον καὶ τοὺς πρώτους τῆς πόλεως περιῄει καταλύων τὰ ἱερὰ τῶν εἰδώλων καὶ ἀνοικοδομῶν ἐκκλησίας ἱεράς, χειροτονῶν πρεσβυτέρους καὶ κληρικούς, καὶ κανόνας ἐκθέμενος αὐτοῖς καὶ τύπους εἰς δόξαν Χριστοῦ ἐμεγαλύνοντο καὶ ἐκρατύνοντο τῇ πίστει.

VII.

Πρᾶξις ζ' περὶ Νερκέλας Ἱερέου εἰς Νικάτηραν.

[α'.] Νερκέλα δὲ ἡ τοῦ Ἱερέου γυνὴ καὶ ἡ θυγάτηρ αὐτῆς Ἀρτεμήλα

22. Patrato igitur hoc miraculo, jussit Philippus patri pueri adduci servos quos libertate donari intendebat. Veneruntque illi in locum ubi puer resurrexerat, et exinde apostolus Christi ad illos dixit : *Servi fuistis usque hodie, nunc vero liberi estis per Christum : ne negligatis salutem vestram.* Pater vero et mater pueri exultabant de his et quia videbant natum suum vitae restitutum. Crediderunt itaque omnes in dominum nostrum Jesum Christum.

23. Et mane coepit Philippus catechizare et baptizare in nomine sanctae et consubstantialis trinitatis, et una cum Hiereo et principibus civitatis circuibat delens templa idolorum, aedificans ecclesias sacras, ordinans presbyteros et clericos, canones ponens et regulas : et ad gloriam Christi crescebant atque confortabantur omnes in fide.

VII

Praxis septima, de Nerkela uxore Hierei in Nicatera.

1. Nerkelae, uxori Hierei, et filiae ejus Artemelae complacuit in

ἐχάρισαν ἐπὶ τῷ Φιλίππῳ, καὶ παρεκάλουν αὐτὸν εὐλογῆσαι αὐτάς. Καὶ λέγει ὁ Φίλιππος· « Ἰδοὺ τὸ αἴτημα ὑμῶν δίδωσιν ὑμῖν Ἰησοῦς Χριστός, καὶ εὐλογία ἐν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ».

[β'.] Ὁ δὲ Ἱέρεος εἶπε τῷ Φιλίππῳ· « Ποῦ θέλεις οἰκοδομήσωμεν συναγωγὴν καὶ ἐπισκοπεῖον ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ; » Ὁ δὲ ἀπόστολός φησιν· « Ἐν ᾧ αὐτὸς οἶδας, τέκνον, μόνον ἐκ τῶν σῶν ὑπαρχόντων, καὶ μὴ ἐξ ἀδικίας. » Λέγει ὁ Νηρεὺς ὁ τοῦ ἐγηγερμένου πατήρ· « Καταξιώσατε ἐμὲ μᾶλλον οἰκοδομῆσαι. » Καὶ ἦν χαρὰ μεγάλη, καὶ οὐκ ἠδύνατο χωρεῖν ἡ οἰκία τοὺς εἰσερχομένους ὄχλους. Καὶ ἐξελθὼν ὁ Ἱέρεος καὶ Νηρεὺς ἐκ τῆς οἰκίας συνεβουλεύσαντο μετ' ἀλλήλων περὶ τῆς οἰκοδομῆς, καὶ λέγουσι· « Βάλωμεν κλήρους περὶ τοῦ τόπου ἐν ᾧ οἰκοδομήσομεν, εἴτε ἐν τῷ σῷ τόπῳ, εἴτε ἐν τῷ ἐμῷ. » Ὁ δὲ Ἱέρεος ἔφη· « Ἀγαθώτατε Νηρεῦ, εἰ θέλεις ἐν τῷ σῷ τόπῳ γενέσθαι τὴν οἰκοδομήν, οὐ λυπῶ σε· μόνον τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ γινέσθω. » Καὶ χρηματισθέντες καθ' ὃν ἔδει τρόπον οἰκοδομῆσαι, ἀνάλωσαν πολὺ χρυσίον οἱ δύο, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀδελφῶν ἔχαιρεν ἐν τῇ σπουδῇ τῆς οἰκοδομῆς.

[γ'.] Μόνοι δὲ [fol. 89.] οἱ Ἰουδαῖοι ἦσαν ζηλοῦντες, ἔλεγον δὲ εἰς ἑαυτοὺς ὅτι « Οὐδεμίαν πρόφασιν ἔχομεν τοῦ κωλῦσαι αὐτοὺς διὰ τὰ θαυμάσια τοῦ Φιλίππου· ἀλλ' ἀποστῶμεν μήτι κακὸν πάθωμεν ὑπ' αὐτοῦ, ὡς καὶ ὁ Ἀρίσταρχος ἐπλήγη, καὶ δεηθέντων ἡμῶν ἰάσατο

Philippo, et oraverunt eum ut benediceret eas. Et Philippus : *Ecce,* inquit, *desiderium vestrum impleat Jesus Christus, et benedictio sit in animis vestris!*

2. Hiereus autem dixit Philippo : *Ubi vis aedificemus synagogam et episcopium in nomine Christi?* Apostolus vero : *Ubi scis, fili,* inquit, *modo fiat ex tuis nec ex injustitia.* Dixitque Nereus pater adolescentis suscitati : *Me potius eligite qui aedificem.* Et erat laetitia magna, nec domus capax supervenientis multitudinis. Egressi igitur Hiereus et Nereus e domo consilium inibant inter se de aedificatione et dixerunt : *Mittamus sortes de loco ubi aedificemus, utrum in tuo an in meo.* Hiereus autem : *Optime Nereu,* inquit, *si vis in tuo fiat aedificium, non te contristor, modo voluntas Dei fiat.* Certiores igitur facti quemadmodum aedificare conveniret, attulerunt magnam vim auri ambo, et fratrum multitudo gaudebat in subitatione aedificii.

3. Soli interea Judaei invidebant et dicebant inter se : *Nullum praetextum habemus quo prohibeamus eos, propter miracula Philippi : sed potius abstineamus ne malum patiamur ab eo, ut Aristarchus passus*

αὐτόν. Ἀναχωρήσωμεν οὖν ἀπ' αὐτῶν· δόξα γὰρ θεοῦ ἐστιν ἀληθῶς ἐπ' αὐτούς. »

[δ'.] Μετὰ δὲ ταῦτα εἰσῆλθεν ὁ Φίλιππος εἰς τὴν οἰκοδομὴν καὶ ἠγαλλιάσατο· ἅπαντες δὲ οἱ πιστεύσαντες ἀπήρχοντο πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν συναγωγήν, καὶ ἐδιδάσκοντο ὑπ' αὐτοῦ. Ἔλεγε δὲ αὐτοῖς· « Ἀδελφοί μου, θέλω ἵνα ἡ εὐωδία ὑμῶν τῆς πίστεως γένηται ἐν παντὶ τόπῳ κατάδηλος· ἐξάρατε οὖν ἀφ' ὑμῶν πᾶσαν κακίαν, καὶ πᾶσαν πονηρίαν καὶ ἀδικίαν καὶ ζῆλον καὶ ἔριν καὶ φθόνον καὶ φιλονεικίαν, ἵνα εὑρεθῆτε πραεῖς ἐν τῇ πίστει, καὶ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις δόκιμοι. Γινώσκω γὰρ ὅτι οὐ μὴ ἐκπεσεῖσθε τῆς ἐλπίδος τοῦ Χριστοῦ, καὶ οὐκ ἐγκαταλείψει ὑμᾶς εἰς τοὺς αἰῶνας· αὐτὸς γὰρ κατευθυνεῖ τὰς ὁδοὺς ὑμῶν ἐνώπιον αὐτοῦ. »

[ε'.] Ταῦτα δὲ εἰπὼν ὁ Φίλιππος ἐκράτησε τὸν Ἱέρεον, καὶ κατέστησεν αὐτὸν ἐπίσκοπον, καὶ ἐστήριξεν αὐτὸν ἐφ' οἷς ἤκουσε καὶ ἐφ' ἅπασιν οἷς ἐθεάσατο. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Φίλιππος· « Εἰρήνη ἐπὶ σὲ ἡ δοθεῖσα ἡμῖν παρὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἔλεος. » Καὶ ἐπεφώνησαν ἅπαντες οἱ ἀδελφοί· « Ἄξιος, ἄξιος, ἄξιος. » Καὶ ἐπηύξατο ὁ Φίλιππος τῷ Ἱερέῳ, ἵνα γένηται πραότης ἐν αὐτῷ, καὶ ἵνα δυνήθῃ ποιμάναι τοὺς ἀδελφοὺς ἐν πίστει, καὶ πᾶν αἴτημα ἀγαθὸν ὃ ἐὰν αἰτήσηται παρὰ τοῦ θεοῦ δοθήσεται. Καὶ στραφεὶς εἶπεν τοῖς ἀδελφοῖς· « Ὑμεῖς οὖν, τέκνα,

est nec nisi in precibus nostris sanatus est. Secedamus igitur longe ab illis : gloria enim Dei vere super eos est.

4. Postea vero ingressus est Philippus in aedificium et laetatus est: omnesque fideles iverunt ad eum in synagogam, atque docebantur ab eo. Dicebat autem illis : *Fratres mei, volo odorem bonum fidei vestrae in omni loco manifestari : exterminate igitur a vobis omnem malitiam, omnem perversitatem et injustitiam, zelum et iram, invidiam et contentionem, ut inveniamini mites in fide et in operibus bonis praestantes. Scio enim, non excidetis de spe quae est in Christo, nec deseret vos in aeternum : ipse enim diriget vias vestras in conspectu suo.*

5. Talia dicens Philippus designavit Hiereum, constituit eum episcopum, et confirmavit eum de his quae audierat et de his omnibus quae viderat. Et dixit ei Philippus : *Pax tibi sit quae data nobis est a Domino nostro Jesu Christo, simul et misericordia.* Clamaveruntque universi fratres : *Dignus, dignus, dignus!* Et oravit Philippus super Hiereum ut fieret mansuetudo in eo, et ut posset pascere fratres in fide, necnon ut postulationem quamque bonam quam postularet a Deo concederetur ipsi. Deinde conversus dixit fratribus : *Vos igitur,*

δουλεύσατε αὐτῷ ἐν ὑποταγῇ, φανεροῦντες ἐνώπιον αὐτοῦ ὡς πατρὶ τοὺς λογισμούς, καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ ἔστω μεθ' ὑμῶν πάντοτε· ἐγὼ γὰρ πορεύομαι. »

[ς'.] Ὡς δὲ ταῦτα ἤκουσαν οἱ ἀδελφοὶ ἐστέναξαν καὶ ἔκλαυσαν σφόδρα, ὅτι εἶπεν αὐτοῖς « Πορεύομαι » · οὐ γὰρ ἤθελον αὐτὸν ἀπ' αὐτῶν ἀπελθεῖν. Λέγει αὐτοῖς ὁ Φίλιππος · « Μὴ ὀδυνᾶσθε τῇ καρδίᾳ · ὥσπερ γὰρ ὁ κύριος ἡμῶν ᾠκονόμησεν ἐλθεῖν με πρὸς ὑμᾶς, οὕτω καὶ εἰς ἄλλας πόλεις ἀπέρχομαι, ἵνα πληρώσω τὸ θέλημα τοῦ Χριστοῦ· ὁ δὲ κύριος ἔσται μεθ' ὑμῶν. »

[ζ'.] Καὶ ταῦτα εἰπὼν ηὔξατο μετ' αὐτῶν, καὶ ἠσπάσατο πάντας, καὶ ἐξῆλθεν ἀπ' αὐτῶν καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ καὶ πολὺ πλῆθος, ὡς γεμῖσαι καμήλους, ἄρτους καὶ διαφορὰ βρώματα· καὶ ἐπὶ σταδίοις εἴκοσι ἦσαν ἀκολουθοῦντες. Καὶ λέγει αὐτοῖς · « Ἵνατι σκύλλεσθε ; » Οἱ δὲ εἶπον· « Ἕως οὗ ἴδωμεν τὸ πλοῖον ἐν ᾧ ἐπιβῆναι μέλλεις, ἀκολουθήσομέν σοι. » Καὶ λέγει αὐτοῖς· « Μακρόθεν ἐστίν. » Ἔλαβε δὲ μόνον ἄρτους ε' ἐπονομάσας τὸν Ἰησοῦν, καὶ προσέταξεν αὐτοὺς ἐπανακάμψαι εἰς τὴν πόλιν αὐτῶν μετὰ τῶν καμήλων καὶ τῆς πολλῆς αὐτῶν ἑτοιμασίας. Καί φησι · « Πορεύεσθε ἐν εἰρήνῃ, καὶ προσεύχεσθε περὶ ἐμοῦ πρὸς τὸν Χριστόν, ἵνα κατευθύνῃ τὴν ὁδόν μου ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν εἰρήνῃ · καὶ ἡ δόξα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος [fol. 90.]

filii, obedite illi in submissione, manifestantes in conspectu ejus sicut patri omnem sermonem, et pax Dei sit vobiscum semper. Ego enim abeo.

6. Haec vero cum audirent fratres ingemitabant et plorabant vehementer, quoniam dixit illis : *Abeo.* Nolebant enim illum ab eis secedere. Philippus autem dicit : *Ne contristetur cor vestrum : quoniam sicut Dominus noster constituit venire me ad vos, ita ad alias civitates transeo ut perficiam voluntatem Christi. Dominus erit vobiscum.*

7. Ea fatus oravit super eos, et omnes amplexatus est, et exiit ab eis, simulque discipuli ejus, atque multitudo copiosa comitabatur cum camelis bajulantibus panes et diversa viatica, et usque ad XX stadia apostolum prosecuti sunt. At dixit illis : *Ut quid fatigamini?* Illi vero responderunt : *Usquedum adspiciamus navem quam conscendere debes, sequemur te.* Sed respondit illis : *Longe est.* Accepitque tantum panes quinque invocato nomine Jesu, et jussit omnes regredi in civitatem cum camelis et omni genere viaticorum. Et dixit : *Procedite in pace et orate pro me ad Christum, ut dirigat viam meam in conspectu suo in pace, et gloria Patris et Filii et sancti Spiritus erit*

ἔσται μεθ' ὑμῶν εἰς αἰῶνας.» Καὶ πεσόντες πάντες ἐπὶ πρόσωπον προσεκύνησαν τρίτον τῷ ἀποστόλῳ· ὁρμήσαντος δὲ τοῦ ἀποστόλου τὴν ἑαυτοῦ ὁδόν, ἔπεσον πάλιν ἅπαντες ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν ἐπὶ τὴν γῆν ἕως οὗ ἀπέδυ ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν· κείμενοι δὲ ἐπὶ τοῦ ἐδάφους ἐβόων· «Εὐλόγησον ἡμᾶς, διδάσκαλε καὶ ὁδηγὲ τῶν ψυχῶν ἡμῶν.» Καὶ ὅτε ἀπεδήμησεν ὥστε μὴ ὁρᾶσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, ἀναστάντες ἐπορεύοντο εἰς τὰ οἰκεῖα κλαίοντες καὶ ὑπομιμνησκόμενοι τῆς καλλίστης καὶ γλυκείας διδαχῆς τοῦ ἀποστόλου Χριστοῦ Φιλίππου, καὶ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν δοξάζοντες.

VIII.

Πρᾶξις η', ὅπου ὁ ἔριφος καὶ ὁ λεόπαρδος ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐπίστευσαν.

[α'.] Ἐγένετο δὲ ὅτε ὁ σωτὴρ ἐμέρισε τοὺς ἀποστόλους κατὰ πόλιν καὶ χώραν, καὶ ἐπορεύθη εἷς ἕκαστος κατὰ τὴν πρόσταξιν ἣν διετάξατο αὐτῷ ὁ κύριος καθὼς καὶ τὸν κλῆρον διένειμεν αὐτοῖς, ἔλαχεν ἀπελθεῖν καὶ τὸν Φίλιππον εἰς τὴν γῆν τῶν Ἑλλήνων. Ἀκούσας δὲ ὁ Φίλιππος τὸ ὄνομα τῆς χώρας καὶ τῆς πόλεως τῆς κεκληρωμένης αὐτῷ, σκληρὸν αὐτῷ

vobiscum in saeculum. Procidentes igitur universi in faciem adoraverunt tertio apostolum : perrexit vero apostolus in via sua, et prociderunt iterum omnes in faciem suam in terra usquedum evasit ab oculis eorum. Prostrati autem in pulvere clamabant : ***Benedic nobis, magister et dux animarum nostrarum.*** Et cum longius abiisset ita ut oculis prospici nequiret, surrexerunt et regressi sunt ad sua flentes et memores insignis et dulcis doctrinae apostoli Christi Philippi, et Dominum nostrum Jesum Christum glorificantes.

VIII

ACTUS OCTAVUS, QUANDO HAEDULUS ET LEOPARDUS IN DESERTO CREDIDERUNT.

1. Cum salvator distribueret apostolos secundum civitates et regiones, cumque unusquisque abiret secundum ordinem quem instituerat Dominus et secundum sortem quam distribuerat illis, contigit Philippo ire in regionem Graecorum. Audiens vero Philippus nomen regionis illius et civitatis quam sortitus erat ipse, male tulit coepitque

ἐφάνη καὶ ἔκλαιεν. Ἡ δὲ Μαριάμνη ἡ τούτου ἀδελφὴ (αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἑτοιμάζουσα τὸν ἄρτον καὶ τὸ ἅλας ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, ἡ δὲ Μάρθα ἐστὶν ἡ διακονοῦσα τοῖς πλήθεσι καὶ κοπιῶσα σφόδρα), ἰδοῦσα τὸν ἴδιον ἀδελφὸν βαρέως φέροντα τὸν λαχόντα αὐτῷ κλῆρον καὶ ὅτι σφοδρῶς ἔκλαιε περὶ τούτου, προσῆλθε τῷ Ἰησοῦ λέγουσα· « Κύριέ μου Ἰησοῦ Χριστέ, οὐχ ὁρᾷς τὸν ἀδελφόν μου Φίλιππον ὅσον λελύπηται διὰ τὴν χώραν τῶν Ἑλλήνων ; »

[β'.] Λέγει αὐτῇ ὁ σωτήρ· « Οἶδα, ἐκλελεγμένη γυναικῶν, οἶδα· ἀλλὰ πορεύου μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου εἰς πάντα τόπον ὅπου ὑπάγει, καὶ γενοῦ παραθαρσύνουσα αὐτῷ· οἶδα γὰρ ὅτι ἄνθρωπος τολμηρός ἐστι καὶ ὀργίλος, καί, ἐὰν ἀφῶμεν αὐτὸν μόνον, πολλὰς ἀνταποδόσεις ποιήσει τοῖς ἀνθρώποις. Ἀλλ' ἰδοὺ καὶ τὸν Βαρθολομαῖον καὶ Ἰωάννην ἀποστέλω ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ συγκακοπαθῆσαι αὐτῷ διὰ τὴν πολλὴν πονηρίαν τῶν οἰκούντων ἐκεῖσε· οἱ γὰρ ἄνθρωποι ἐκεῖνοι λατρεύουσι τῇ ἐχίδνῃ μητρὶ τῶν ὄφεων. Καὶ σύ, Μαριάμνη, ἄλλαξόν σου τὴν ἰδέαν καὶ ὅλον τὸ εἶδος τὸ γυναικεῖον, καὶ βάδιζε ὁμοίως μετὰ Φιλίππου. » Εἶτα λέγει ὁ Ἰησοῦς τῷ Φιλίππῳ· « Εἰς τί ἐδίστασας, ὦ Φίλιππε ; Οὐκ ἤκουσας τῆς διδαχῆς μου· Ἰδοὺ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων ; Μὴ οὖν φοβηθῇς αὐτῶν τὴν ἀγριώτητα, συνέσομαί σοι ἀεὶ βοηθῶν καὶ ἀντιλαμβανόμενος. Ἰδοὺ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς ἐμοὺς μαθητάς, ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς ἀκτῖνας, ἐγὼ ὁ

flere. Marianna autem soror ejus (ipsa est quae praeparavit panem et sal in fractione panis, Martha vero est illa quae ministravit multitudini cum multo labore), cum vidit fratrem suum male ferentem sortem quae contigerat ipsi et multum inde flentem, adivit Jesum dicens: *Domine mi Jesu Christe, nonne vides fratrem meum Philippum quantum contristetur ob regionem Graecorum?*

2. Dixit illi salvator : *Scio, mulierum lectissima, scio. At eas cum fratre tuo in omnem locum ubi vadit, et sis confortans eum : scio enim quod homo audax est et iracundus, et, si linquamus eum solitarium, plures poenas ab hominibus repetet. At ecce Bartholomaeum etiam et Joannem mittam ad urbem illam ut ferant cum eo malitiam gentium quae habitant ibi. Gentes enim illae colunt viperam quae est mater anguium. Tu vero, Marianna, depone tuam speciem et omnem habitum muliebrem, atque progredere similiter cum Philippo.* Deinde dicit Jesus Philippo : *Utquid dubitasti, Philippe? Nonne audisti ea quae dicta sunt a me : Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum? Ne igitur formides eorum feritatem : tecum ero semper auxiliator et susceptor. Ecce mitto vos ut discipulos meos, mitto vos ut radios (ego*

τῆς δικαιοσύνης ἥλιος, μεθ' ὑμῶν εἰμι ἐν παντί τόπῳ · ἐν ποταμοῖς καὶ ἐν θαλάσσαις ἔσομαι ὑμῶν καλὸς κυβερνητής. Νῦν οὖν, Φίλιππε, μὴ ἐκκακήσῃς ἀγαθοποιεῖν ἐν τῷ ποιοῦντί σε κακόν, καὶ ἡ χάρις τοῦ πνεύματός μου κατευθυνεῖ σου [fol. 91.] τὰς τρίβους ἐν παντὶ τόπῳ καὶ πόλει καὶ χώρᾳ. »

[γ'.] Ταῦτα ἀκούσας ὁ Φίλιππος καὶ Βαρθολομαῖος καὶ Μαριάμνη, ἀσπασάμενοι τὴν δεξιὰν τοῦ σωτῆρος, ἐπορεύοντο εἰς τὴν χώραν τῶν Ὀφιανῶν. Ὡς δὲ ἀνέβησαν εἰς τὴν ἔρημον τῶν Δρακενῶν, ὡς ἦσαν ἐκεῖ βαδίζοντες, ἰδοὺ μέγας λεόπαρδος ἐξῆλθεν ἀπὸ τῶν δρυμῶν τῶν ἐν τῷ ὄρει, καί, ἰδὼν τοὺς ἀποστόλους κυρίου, δραμὼν ἔρριψεν ἑαυτὸν ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτῶν, καὶ φωνῇ ἀνθρωπίνῃ ἐλάλησε πρὸς αὐτούς· « Προσκυνῶ ὑμᾶς, ὦ δοῦλοι τοῦ θείου μεγέθους καὶ ἀπόστολοι τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ, προστάξατέ μοι τελείως λαλεῖν. »

[δ'.] Καὶ ὁ Φίλιππος· « Ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, λάλει. » Καὶ ὁ λεόπαρδος ἀναλαβὼν τέλειαν ἀνθρωπίνην φωνὴν ἤρξατο λέγειν · « Ἄκουέ μου, Φίλιππε νυμφαγωγὲ τοῦ θείου λόγου· ἐγένετο ἐν τῇ πρώτῃ νυκτί, παρῆλθον διὰ τῆς ἀγέλης τῶν αἰγῶν τῶν ἐξεναντίας τοῦ ὄρους τῆς Δρακένης μητρὸς τῶν ὄφεων, καὶ ἥρπασα ἔριφον · ὡς δὲ εἰσῆλθον εἰς τὸν δρυμὸν φαγεῖν αὐτόν, μετὰ τὸ πλέξαι με αὐτόν, ἔλαβε φωνὴν ἀνθρωπίνην καὶ ἔκλαυσεν ὡς παιδίον μικρόν, λέγων μοι · Ὦ λεόπαρδε,

enim sum justitiae sol); vobiscum sum in omni loco; per flumina et per maria ero vobis gubernator bonus. Nunc ideo, Philippe, indesinenter benefac his qui oderunt te; gratia vero spiritus mei diriget vias tuas in omni loco et civitate et regione.

3. His auditis, Philippus Bartholomaeusque et Marianna amplexati sunt dexteram salvatoris, et iverunt in regionem Ophianorum. Cumque transirent per desertum Dracenorum et essent ambulantes, ecce magnus leopardus egressus est e silvis montium, et videns apostolos Domini, currens projecit se ad pedes eorum, atque voce humana locutus est ad illos : *Adoro vos, servi divinae potestatis et apostoli unigeniti filii Dei : jubete me perfectius loqui.*

4. Et Philippus : *In nomine Jesu Christi, loquere.* Tunc leopardus perfectam vocem humanam adeptus coepit dicere : *Audi me, Philippe, nymphagoge divini verbi : nocte praecedenti, cum transirem haud longe a pecore capellarum quae sunt ex adverso montis Dracenae matris anguium, ecce haedulum rapui; cumque in silvam recederem illum devoraturus, postquam illum pinsi ecce tollens vocem ipse humanam lacrimabat ut pisinnus parvulus, et ad me : O leoparde, aiebat, desiste a*

ἆρου ἀπὸ σοῦ τὴν ἀγρίαν καρδίαν καὶ τὸ θηριῶδες τῆς γνώμης, καὶ περιποίησον αὐτῷ ἡμερότητα· ὅτι οἱ ἀπόστολοι τοῦ θείου μεγέθους παρέρχεσθαι μέλλουσι διὰ τῆς ἐρήμου ταύτης τελέσαι τελείως τὴν ἐπαγγελίαν τῆς δόξης τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ. Ἐν τούτοις οὖν τοῖς λόγοις τοῦ ἐρίφου νουθετοῦντός με ἠπόρουν ἐν ἑαυτῷ, καὶ κατὰ μικρὸν ἠλλάγη μου ἡ καρδία, καὶ ἡ ἀγριότης μου ἐστράφη εἰς ἡμερότητα, καὶ ἐφεισάμην τοῦ φαγεῖν αὐτόν. Καὶ ὡς ἤμην ἀκροώμενος τῶν λόγων αὐτοῦ, ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμούς μου εἶδον ὑμᾶς παρερχομένους, καὶ ἐπέγνων ὅτι δοῦλοί ἐστε τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ. Ἰδὼν οὖν ἐγγίζοντας, ἐάσας τὸν ἔριφον, ἦλθον προσκυνῆσαι ὑμᾶς. Νῦν οὖν παρακαλῶ σε, ἀπόστολε Χριστοῦ Φίλιππε, ἵνα δῷς μοι ἐξουσίαν κτήσασθαι παρρησίαν καὶ συμπορευθῶ μετὰ σοῦ εἰς πάντα τόπον ὅπου ἐὰν ἀπέρχῃ, καὶ ἵνα ἀπόθωμαι τὴν θηριώδη φύσιν.»

[ε'.] Ὁ δὲ ἀπόστολος εἶπε πρὸς τὸν λεόπαρδον· «Ποῦ ἐστιν ὁ ἔριφος;» Καί φησιν· «Ἰδοὺ ἔρριπται ὑπὸ τὴν δρῦν κατέναντι.» Λέγει ὁ Φίλιππος τῷ Βαρθολομαίῳ· «Ἀπέλθωμεν ὅπως ἴδωμεν τὸν πεπληγμένον ἰαθέντα καὶ θεραπεύοντα τὸν πλήξαντα.» Ἐπιστρέψαντος δὲ τοῦ Φιλίππου, ὁ λεόπαρδος ὡδήγει τὸν Φίλιππον καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ, καὶ ἤγαγεν αὐτοὺς ὅπου ἦν ὁ ἔριφος κείμενος.

[ς'.] Λέγει οὖν ὁ Φίλιππος καὶ ὁ Βαρθολομαῖος· «Ἰδοὺ ἐγνώκαμεν

feritate cordis et a truculentia animi, et circumda te mansuetudine, quoniam apostoli divinae potentiae cito venient in solitudinem istam, qui perfecte perficiant promissionem gloriae filii unigeniti Dei. In his igitur sermonibus haeduli supplicantis, haesi intra me, et paulo post mutatum est cor meum, atque ferocitas mea conversa est in mansuetudinem, et abstinui a devorando illo. Et cum essem audiens sermones ejus, oculis prospiciens vidi vos progredientes, cognovique quod Dei boni servi estis. Videns igitur vos appropiantes, haedulo relicto veni adorare vos. Nunc igitur oro te, apostole Christi Philippe, des mihi facultatem fidenter agendi et tecum eundi ubicumque iveris; atque naturalem deponendi feritatem.

5. Et apostolus respondit ad leopardum : *Ubi est haedulus?* Dixit ille : *Ecce jacet ad quercum ex adverso.* Philippus ait ad Bartholomaeum : *Eamus et videamus vulneratum sanatum necnon sanantem eum a quo fuit vulneratus.* Cumque Philippus ad eum se converteret, leopardus processit deducens Philippum et omnes qui cum eo erant et direxit eos ad locum ubi haedulus jacebat.

6. Dixeruntque Philippus et Bartholomaeus : *Ecce cognoscimus vere*

ἀληθῶς ὅτι οὐκ ἔστιν ὑπερβαίνων τις τὴν σὴν εὐσπλαγχνίαν, φιλάνθρωπε Ἰησοῦ· προλαμβάνεις γὰρ ἡμᾶς καὶ διελέγχεις διὰ τούτων τῶν ζώων ἵνα μᾶλλον πιστεύσωμεν καὶ πληρώσωμεν σπουδῇ τὸ παρατεθὲν ἡμῖν. Νῦν οὖν, κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, ἐλθὲ καὶ παράσχου ζωὴν καὶ πνοὴν καὶ σύστασιν βεβαίαν εἰς τὰ ζῶα ταῦτα ἵνα καταλείψωσι μὲν τὴν θηριώδη φύσιν καὶ τὴν κτηνώδη, ἔλθωσι δὲ εἰς ἡμερότητα, καὶ μηκέτι φάγωσι σάρκας, μηδὲ ὁ ἔριφος [fol. 92.] τροφὴν κτηνῶν, καρδία δὲ ἀνθρωπίνη γενέσθω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἀκολουθήσωσιν ἡμῖν ὅπου ἂν πορευόμεθα, ἐσθίοντα ἅπερ ἡμεῖς ἐν τῇ δόξῃ σου, καὶ ἵνα λαλῶσιν ὁμοιότητα ἀνθρώπων δοξάζοντα τὸ ὄνομά σου.»

[ζ'.] Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὥρᾳ ἀναστάντα τὰ ζῶα, ὅ τε λεόπαρδος καὶ ὁ ἔριφος, ἐπῆραν τοὺς ἐμπροσθίους πόδας, καὶ ἐδόξασαν τὸν θεὸν, καὶ εἶπον ἀνθρωπίνῃ φωνῇ· «Δοξάζομεν καὶ εὐλογοῦμέν σε, ὁ ἐπισκεψάμενος ἡμᾶς καὶ μνησθεὶς ἡμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ, καὶ τὴν φύσιν ἡμῶν τὴν θηριώδη καὶ ἀγρίαν μετένεγκας εἰς ἡμερότητα, καὶ ἐχαρίσω ἡμῖν τὸν θεῖον λόγον, καὶ ἔθηκας ἐν ἡμῖν γλῶσσαν καὶ νόημα τοῦ εἰπεῖν καὶ ὁμολογῆσαι τὸ ὄνομά σου, ὅτι μεγάλη ἐστὶν ἡ δόξα σου.»

[η'.] Μετὰ δὲ τοὺς λόγους τούτους πεσόντες εἰς τὴν γῆν ἐπὶ πρόσωπον, ὅ τε λεόπαρδος καὶ ὁ ἔριφος προσεκύνησαν τῷ Φιλίππῳ καὶ τῷ Βαρθολο-

quod nemo est qui misericordiam tuam superet, o misericors Jesu: deducis enim nos et convincis nos per ista animalia quo magis credamus et majori alacritate impleamus ministerium nostrum. Nunc igitur, Domine Jesu Christe, veni et largire vitam et spiritum et consistentiam validam animalibus istis, ut naturam feralem et stupidam deponant, induantque mansuetudinem, nec jam carnes ille devoret vel haedulus stupida pascat, sed cor virile fiat in utroque, ita ut sequi possint nos ubicumque iverimus, ciborum nostrorum participes ad gloriam tuam, et loquelae humanae capaces ad exaltationem nominis tui.

7. Et confestim surrexerunt duo animalia, leopardus scilicet et haedulus, erectis pedibus anterioribus, et glorificaverunt Deum dicentes voce virili: *Glorificamus et benedicimus te, quoniam respexisti nos et memor fuisti nostri in solitudine ista, et naturam nostram feralem et immitem convertisti in mansuetudinem, et largitus es nobis divinum sermonem, et disposuisti in nobis linguam et sensum ut possimus dicere et confiteri nomen tuum, quoniam magna est gloria tua!*

8. His dictis procidentes in terram in faciem, leopardus et haedulus adoraverunt Philippum et Bartholomaeum et Mariannam, et con-

μαίῳ καὶ τῇ Μαριάμνῃ, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐδόξασαν τὸν θεὸν οἱ ἀπόστολοι καὶ προσέταξαν ἵνα ὁ ἔριφος καὶ ὁ λεόπαρδος συμπορευθῶσιν μετ' αὐτῶν καὶ φθάσωσιν εἰς τὴν πόλιν ὅπου ἀπέρχονται, καθὼς ἀπεκάλυψεν αὐτοῖς ὁ σωτήρ· καὶ ἐπορεύθησαν ἅμα αἰνοῦντες καὶ δοξάζοντες τὸν θεόν. Ἀμήν.

IX.

Πρᾶξις θ', περὶ τοῦ ἀναιρεθέντος δράκοντος.

[α'.] Ἐγένετο δὲ τῶν ἀποστόλων συμπορευομένων μετ' ἀλλήλων, τοῦ τε Φιλίππου καὶ τοῦ Βαρθολομαίου καὶ τῆς Μαριάμνης καὶ τοῦ λεοπάρδου καὶ τοῦ ἐρίφου, ἐπορεύθησαν ὁδὸν ἡμερῶν πέντε, καὶ μετὰ τὰς ἐν μεσονυκτίῳ προσευχὰς πρωΐας κατὰ τὴν ὁδὸν γενομένης ἰδοὺ ἐξαίφνης ἔπνευσεν ἄνεμος μέγας καὶ γνοφώδης, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ γνόφου ἐπέδραμεν ἐπὶ τοὺς δούλους τοῦ θεοῦ γνοφώδης δράκων μέγιστος, τὸν νῶτον ἔχων μεμελανωμένον, ἡ δὲ κοιλία αὐτοῦ... ἄνθρακες χαλκοῦ ὄντες ἐν σπινθηρισμοῖς πυρός, τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐκτεταμένον ὑπὲρ πήχεις ρ'. Καὶ ἠκολούθει αὐτῷ πλῆθος ὄφεων καὶ πλῆθος ἐκγόνων τῶν ὄφεων· καὶ ἐκ πολλοῦ διαστήματος ὅλως ὁ τῆς ἐρημίας τόπος ἐσαλεύετο.

festim glorificaverunt Deum apostoli, jusseruntque leopardum et haedulum comitatui adnumerari ut una venirent in civitatem quam tunc petebant secundum revelationem salvatoris. Feceruntque iter una simul laudantes et glorificantes Deum. Amen.

IX

Praxis nona, de dracone mactato.

1. Cum apostoli iter facerent, Philippus scilicet Bartholomaeusque et Marianna, et leopardus et haedulus cum eis, itinere facto quinque dierum, post mesonuctias preces, aurora jam facta, ecce subito ortus est ventus vehemens et obscurans. Et ex ipsa nube decurrebat in servos Dei draco teterrimus, immanis, humeros habens nigrescentes, ventrem vero... et carbones aerei cum scintillis ardentibus: totum denique corpus extendebatur supra cubitus centum. Sequebatur eum multitudo reptilium et multitudo filiorum eorum. A longe autem solitudo commovebatur.

[β'.] Ἰδὼν οὖν ὁ Φίλιππος λέγει τῷ Βαρθολομαίῳ καὶ τῇ Μαριάμνῃ· « Ἄρτι χρεία ἡμῖν βοηθείας τῆς παρὰ τοῦ σωτῆρος· μνημονεύσωμεν τοῦ ῥήματος τοῦ Χριστοῦ ὃς ἐξαπέστειλεν ἡμᾶς καὶ εἶπεν· Μηδὲν φοβηθῆτε, μήτε διωγμόν, μήτε τοὺς ὄφεις τῆς χώρας ἐκείνης, μήτε τὸν ζοφερὸν δράκοντα. Στῶμεν οὖν ὥσπερ στύλοι ἐστηριγμένοι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, καὶ καταργηθήσεται πᾶσα ἡ τοῦ ἔχθρου δύναμις, καὶ πεσεῖται ἡ ἀπειλὴ αὐτοῦ. Εὐξώμεθα οὖν καὶ ῥαντίσωμεν ἐν τῷ ποτηρίῳ τὸν ἀέρα, καὶ ἠρεμήσει οὗτος ὁ ζοφερός, καὶ ὁ καπνὸς κατασταθήσεται. »

[γ'.] Λαβόντες οὖν τὸ ἑαυτῶν ποτήριον ἐπηύξαντο οὕτω· « Σὺ εἶ ὁ δροσίζων πᾶσαν πυράν [fol. 93.], καὶ χαλινῶν σκότος, καὶ βάλλων χαλινὸν εἰς τὸ στόμα τοῦ δράκοντος, ὁ καταργήσας αὐτοῦ τὴν ὀργήν, ὁ ἀποστρέψας εἰς τὰ ὀπίσω τὴν πονηρίαν τοῦ ἀλλοτρίου, καὶ καταποντίσας αὐτὸν ἐν τῷ ἰδίῳ πυρί, ὁ κλείσας τὸν φωλεὸν αὐτοῦ, καὶ ἀσφαλισάμενος τὰς ἐκβάσεις αὐτοῦ, καὶ κολαφίζων τὴν ὑπερηφανίαν αὐτοῦ· ἐλθὲ μεθ' ἡμῶν ἐν τῇ ἐρημίᾳ ταύτῃ· τρέχομεν γὰρ διὰ τὸ θέλημά σου καὶ διὰ τὸ σὸν πρόσταγμα. »

[δ'.] Καὶ στραφεὶς ὁ Φίλιππος λέγει τῷ Βαρθολομαίῳ καὶ τῇ Μαριάμνῃ· « Νῦν ἀναστάντες ἐπάρατε τὰς χεῖρας μετὰ τοῦ ποτηρίου τοῦ κρατουμένου ὑφ' ὑμῶν, καὶ ῥαντίσατε ἐπὶ τὸν ἀέρα τὸ σημεῖον τοῦ σταύρου, καὶ ἴδητε τὴν δόξαν τοῦ δυνατοῦ. »

[ε'.] Καὶ εὐθέως ἐγένετο ὡς ἀστραπὴ πυρὸς καὶ κατετύφλωσε τὸν

2. Videns igitur Philippus dixit Bartholomaeo et Mariannae : *Nunc opus est auxilietur nobis salvator. Memores igitur simus verbi Christi a quo missi fuimus : Nihil formidetis, neque persecutionem neque reptilia regionis illius, neque draconem tenebrosum. Stemus itaque ut columnae consolidatae in conspectu Dei, et conteretur universa inimici vis, et cadet ejus jactantia. Oremus ideo et aspergamus calice aera : decidet iste tenebrosus, et fumus ejus evacuabitur.*

3. Apprehenso igitur calice oraverunt his verbis : *Tu es omne incendium madefaciens, tenebras frenans, frenum iniciens in os draconis, iram ejus domans, reducens retro malitiam inimici, immergens eum in ignem proprium, reserans habitaculum ejus, prohibens exitum ejus, humilians superbiam ejus : veni nobiscum in ista solitudine errantibus : in tua enim voluntate, in tuo jussu iter facimus.*

4. Conversusque Philippus dixit Bartholomaeo et Mariannae : *Surgite, extendite manus cum calice quem tenetis, et aspergite aera in signum crucis : videbitis inde gloriam omnipotentis.*

5. Et confestim facta est quasi coruscatio ignis quae excaecavit

δράκοντα καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ θῆρας. Ἐξηράνθη δὲ παραχρῆμα καὶ ὁ δράκων καὶ οἱ ὄφεις, καὶ αἱ τοῦ φωτὸς ἀκτίνες ἦλθον εἰς τὰς ὀπὰς τῶν φωλεῶν καὶ συνέτριψαν τὰ ὦα τῶν ὄφεων. Οἱ δὲ ἀπόστολοι συνεκάλυψαν τοὺς ὀφθαλμοὺς μὴ δυνηθέντες ἀντιβλέψαι εἰς τὸ θαῦμα τὸ φανὲν τῆς ἀστραπῆς. Καὶ οὕτω διῆλθον ἀβλαβεῖς τὴν ἑαυτῶν ὁδὸν πορευθέντες αἰνοῦντες τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Ἀμήν.

In his explicit Actus IXus. Deinde sequitur in codice Actus XVus seu Martyrium quod edidit Tischendorf, *Op. cit.*, p. 105, seqq.

draconem et reptilia cum eo. Subitoque arefactus est draco, et reptilia cum eo : immo radii luminis venerunt in cavernas eorum et confregerunt ova reptilium. Apostoli vero, apertis oculis, non poterant sustinere spectaculum quod visum est coruscantis ignis. Et ita incolumes evaserunt et iter peregerunt laudantes Dominum nostrum Jesum Christum. Amen.

SYLLABUS EMENDATIONUM.

In exscribendo codice Vaticano, τὸ ν (quod ἐφελκυστικόν dicitur) ante consonantes omisi ; οὕτως ante consonantem correxi in οὕτω ; iotam, nusquam adscriptum subscriptumve, supplevi ; accentus demum spiritusque quotiescumque peccabant, tacite correxi.

Insuper menda plura expunxi, videlicet : Pag. 205, lin. 7, *codex habet* ἀφανήσασαν ; 8, συγχόρησον ; 9, παρακαλῶσαι ; θύουσα *pro* ἔθυσα ; ἀνήνειxα ; 12, ἄρεϊ ; 17, σελήνη· και ὡς νομίζω. — P. 206, 1, ἠσήκουσαν ; 7, ἥ τις *pro* εἴ τις ; 9, προσέχουσαι ; 12, ἀπώλοντος ; 19, γήρατι ; ἠσηκοὐσθην. — P. 207, 2, δονοῦντα ; 6, ὑδροποτῆσαι ; 10, πολλοῖς ; 19, δησμωτήρια. — P. 208, 1, θελήσειεν ; 8, πάμπολα ; 11, δόξαζον. — P. 209, 6, πίστην. — P. 210, 2, Θομᾶς ; 11, ἐμείναμεν ; 14, ἀπεδύροντο ; 16, φοβεῖσθαι ; 18, τὰ πρώρα. — P. 211, 3, ναῦτε ; 5, γενόμεθα ; 9, πλουτίση ; 10, ἡμᾶς ; 12, ἀπολαύσηται ; 13, ὁμοθυμεδὸν. — P. 212, 9, ἀληθὸς ; 11, ἐξεμυκτίριζον ; 14, συμβιώσις. — P. 213, 9, ἀσθενίαν ; 10, πλείωνα ; 17, ἰατρῶν. — P. 214, 3, ἴκουσα. — P. 215, 11, ἔνεγκαι. — P. 216, 1, νικατήρα ; 2, Ἱερέου scripsi ; *codex habet* Ἱερέως, alibi vero Ἴρεος usurpat nominativo casu ; inde finxi vocabulum Ἱέρεος, Ἱερέου ; 4, νικατήρα ; 7, διαλημπάνων : 8, μεγαλία. — P. 217, 2, κηρύξει ; 7, τελέσωμεν ; 14, χαριτώμενος. — P. 218, 7, ὀπίσω] lacunam suspicor. — P. 219, 4, γύνη ; 11, εἰσάγεις ; 13, λύπησαι. — P. 220, 1, ἀπαγγέλω ; 6, ὑπερηφάνοις ; 7, μελετήματα ; 12, *Post* Φίλιππος *addit* σεαυτὸν ; 16, ἀναγγέλλω. — P. 222, 18, ἀνείγγειλε ; 19, ἀνείγγειλε. — P. 223, 2, ποιήσω-

μεν. — P. 224, 2, ἐγγείσαι ; 19, κελεύεις. — P. 225, 5, κατηχήσας ; 6, ἐμείναμεν ; 15, 'Ιρέου et subinde similiter — P. 226, 8, ἀποστήσει ; προσαγάγει ; 15, στήκεται. — P. 227, 18, κατακαύσει. — P. 228, 5, ἐγϐλέψας ; 7, ἐπιστραφίσομαι ; δεῖ] δέει ; 14, ἀνύξας ; 16, ἀποκτείνομεν. — P. 229, 2, μαστήξατε ; 19, ἐκτυφλοῖν ; 20, λιθάσωσι. — P. 230, 2, πράος. — P. 231, 7, ὀργίσθεις ; 8, διλιάσης ; 10, πιστεύσωμεν. — P. 232, 2, ἐλέγξης ; 6, ἐλέγξης. — P. 233, 5, δόσεις ; 17, ἀντιφιλονικῶμεν. — P. 234, 14, πιστεύσωμεν ; 15, κατακαύσωμεν ; 17, ποιήσητε ; 19, ποιήσωμεν. — P. 235, 7, δώσωμεν ; πιστεύσωμεν. — P. 237, 15, Νερκέλλας ; 16, Νερκέλλα. — P. 238, 5, το ; 12, ἀγαθότατε ; 15, πολύ] πολλοί. — P. 240, 2, ἔστο ; 6, ὀδυνᾶσθαι ; 13, σκύλεσθε. — P. 241, 7, καλίστης ; 15, 'Ελλήνων] errat scriba ; lege 'Οφιανῶν. — P. 242, 10, παραθαρρύνουσα. — P. 243, 19, πλήξαι. — P. 244, 6, ἠλάγη ; δῷς] δώσῃς. — P. 245, 8, ἀκολουθήσουσην ; 13, δοξάζωμεν. — P. 246, 6, ἀνερεθέντος ; 11, γνωφώδης ; 13, αὐτοῦ] et hic lacunam suspicor ; 14, πήχοις. — P. 247, 7, τοποτηρίω ; 10, ϐάλων. — P. 248, 5, ἐνοῦντες.

CORRIGENDA.

P. 212, 7, πάρει, Φίλιππε.... : *ita codex.* Imprudenter legeram : πάρεστι Φίλιππος. — P. 216, 6, Χριστοῦ · ἐν οἷς ἦν....; *ita codex.* Imprudenter etiam legeram : Χριστοῦ ἐν αὐτοῖς · ἦν... — P. 223, 3, εἶπεν : *scribere debui* εἴπῃ.

PASSIO
SANCTI DESIDERII
EPISCOPI VIENNENSIS
SCRIPTORE ANONYMO COAEVO.

Quattuor hactenus notae sunt Vitae S. Desiderii Viennensis episcopi ineunte saeculo VII. Primam, si ordinem editionum spectas, exhibuit Boninus Mombritius in *Sanctuario* suo (1); secundam, ab Adone illo celebri martyrologo post medium saeculum IX conscriptam, ex duplici codice monasterii Sancti Galli Henricus Canisius (2); tertiam, Godefridus Henschenius noster ex apographo ipsi Divione per Petrum Chiffletium transmisso (3); quartam denique, Sisebuto regi Visigothorum in Hispania (an. 612-621) adscriptam, ex duplici codice, altero Ovetensi in bibliotheca regia Matritensi asservato, altero Toletanae ecclesiae, Henricus Florez (4).

Primae Vitae scriptor videtur quidem se coaevum sancto profiteri ubi exordio suae opellae: *Nunc novum martyrem*, ait, *beatum Desyderium ultimis saeculis, id est nostris temporibus, habere gaudemus.* Sed praeterquam quod hic ipse modus loquendi, *ultimis saeculis, id est...*, satis mirus apparet, insuper mox iis utitur verbis quae potius ostendant ipsum non parum a rebus narratis fuisse remotum. Nimirum, de egregiis sancti viri virtutibus generatim spectatis agere incipiens: *Igitur*, ait, *quantum ad nos veridica relatione perlatum est...* Sed et odii Brunechildis reginae adversus S. Desiderium causam assignat et per se haud probabilem et ejus generis cui libenter indulget popularis sequioris aevi phantasia: *Pulcherrimam ejus* (S. Desiderii) *formam impudens regina non ferens, venereos eum ad actus pulsabat : quae dum ab ipso primo sermone propulsa est, quod se nullatenus ejus nefariis parere vellet conatibus, hinc prima odia, hinc infirmae mentis adiciuntur incendia.* Haec nullius alius antiqui testis auctoritate confirmantur; quin longe probabilius Vitae ab Henschenio editae scriptor, cui prorsus suffragari videntur Jonas ille, sancto aequalis, qui S. Columbani gesta

(1) Tom. I, fol. 220v-21v. — (2) *Lect. Antiq.* seu *Thes. Mon.*, ed. Basnage, tom. III, part. II, p. 4-8; inde P. L., tom. CXXIII, p. 435-42. — (3) *Act. SS.*, ad d. 23 Maii, tom. V, p. 252-53. — (4) *España Sagrada*, tom. VII, p. 337-46; inde P. L., tom. LXXX, p. 377-84.

posteris tradidit, et Ado in ipsius Desiderii Vita, iratam admodum in Desiderium Brunichildem refert quod is incestuosas reginae dominandi nimis cupidae nuptias cum Meroveo improbaverat. Itaque Vitam illam Mombritianam non a scriptore aliquo coaevo, sed a recentiori, qui Vitam quandam coaevam prae oculis habuerit, confectam esse censemus.

Sane Vitam aliquam coaevam exstitisse, testatur Jonas in Vita S. Columbani, ubi injurias a Brunechilde regina S. Desiderio illatas breviter memorans : *Cujus gesta*, inquit, *scripta habentur, quibus et quantis adversitatibus gloriosos apud Dominum meruit habere triumphos* (1). Antiquiorem etiam illam Vitam vidit Ado, qui in exordio suae de sancti passione scriptionis ita praefatur : *Beatissimi Desiderii patris vestri vitam et martyrium, sicut antiquis scriptis commendatur, vobis idcircò revolvere et stilo committere aggressus sum.....* Sed nimis fidenter, ne dicam leviter, pronuntiavit Henschenius (2) hanc eandem esse cum ea quam a Chiffletio repertam edidit, nullo alio, ut videtur, argumento ad id asserendum adductus nisi quod et eadem in ea legit, eodemque ordine disposita, quae apud Adonem, et quod illi subjecta non est historia elevationis corporis S. Desiderii, quae facta est sub Aetherio secundo sancti successore, id est paulo post annum 618. Argumenta autem haec facile constat admodum esse debilia, cum praesertim nullum prorsus hujusmodi antiquitatis in ipso libello appareat indicium neque certe genus scribendi immanem illam barbariem redoleat quae ineunte saeculo VII litterarum studia in Gallia foedavit, quaeque adeo displicuit Adoni ut necessarium duxerit Vitam antiquam denuo *revolvere et stilo committere.* Itaque omnino judicandum videtur textum Henschenianum, sicut scriptionem Adonis, fuisse antiquae illius Vitae retractationem.

Sed neque supponere licet illam antiquam Vitam fuisse eandem cum ea quam a Sisebuto conscriptam diximus et quarto loco editam a Florezio. Nam haec quidem valde barbaro stilo confecta est; sed pauca de sancto narrat nec certe ullam cognationem habet cum reliquis tribus supra citatis.

Nunc vero offendimus in duplice codice Bibliothecae Nationalis Parisiensis, inter latinos videlicet 5306 et 5365, textum quendam his tribus manifeste affinem, at longe, praesertim duobus posterioribus, rudiorem et omnigenis sermonis vitiis scatentem. Hujus scriptor non uno loco se sancto aequalem esse significat (3), nec quicquam advertitur in ejus lucubratione, sive quod ad res narratas spectat sive quod ad rationem scribendi, cur eam assertionem suspectam habeas. Itaque haud temerario nobis conicere videmur hic praesto nobis esse scriptionem primigeniam, quam compendio repraesentat textus Mombritianus, expolitam vero servaverunt Ado et scriptor anonymus Vitae editae ab Henschenio. Quam proinde

(1) *Act. SS.*, tom. cit., p. 251, num. 2. — (2) Ibid. — (3) Scilicet (ut omittamus cap. 1, ubi lectio dubia est), cap. 2 *(...nostris est suscitata temporibus)*, cap. 4 *(Nam et hoc relatione bonorum hominum, quorum hoc meruit vita cernere visu... me... constitit cognovisse)*; capp. vero 12 et 13 ita de Clotario II rege Francorum loquitur ut planum sit eum scribere illo regnante, et cap. 13, narrans elevationem corporis S. Desiderii sub hoc rege factam, id *moderno tempore... contigisse* indicat.

non piguit in publicam lucem proferre inter *Analecta* nostra ex duobus codicibus laudatis. Horum antiquiorem, saeculo XII exaratum, inter Parisienses latinos 5365, in variantibus lectionibus notandis signavimus numero 1, alterum vero, lat. 5306, saeculi XIV, numero 2.

Incipit [1] passio sancti Desiderii episcopi et martyris [2].

1. Inter diversas confessorum miracula ac victorias martyrum paene totus scit [1] mundus, per infinita gloriosa certamina Deo largiente refertus [2], quantum in finem saeculi post adventum Redemptoris et Domini peragens cursum, novum martyrem apud nomine christianos, summum pastorem et clementissimum sacerdotem, Desiderium nomine, nostris [3] invenitur temporibus martyrium [4] pertulisse; de cujus utcumque palmam victoriae vellem de plurima pauca disserere, si fas esset quidem mole peccaminum circumseptum [5] iter dicendi arripere. Igitur cum [6] indignus digna optem prosequere, et viri sancti supplicum intercessione juvatus, gradatim velim, Christo praestolante, dicere [7], tandem Domino juvante nequivi desistere, quousque ad confessionis ejus insignia deberem, in quo posse exstiterit [8], animo devoto praetendere et ipsius martyrii palmam audientibus cunctis humillima prece adstruere. Cujus virtute [9] et merito, immo ipsius martyrii et confessionis certamine, si pro ordine temptem [10] in praesentia [11] ecclesiae peccator congregationibus disputare, nimirum est perpensandum aut circumstantibus praesens lectio fastidium generet [12] aut [13] per longinquitatem sermonis oblivio desidiosis occurrat.

2. Et quidem ipse sanctus et incomparabilis, apostolorum ordinem decoratus [1], vir egregius ac nimia eruditione uni-

Tit. — [1] *om.* 2. — [2] qui passus est sub Theoderice rege x kalendas maii *(sic) add.* 2.

Num. 1. — [1] *codd.* sit. — [2] *codd.* repertus. — [3] a christianis 1, non 2. — [4] *codd.* martyrum. — [5] *codd.* circumsepti. — [6] Dei 1. — [7] discere 1, discernere 2. — [8] (p. e.) possis existere 2. — [9] virtutem 2. — [10] temptatum 2. — [11] (in pr.) *codd.* praesentem — [12] generans 2. — [13] ut 2.

Num. 2. — [1] *codd.* decoratur.

versae bibliothecae politus venerabilis antistes, Desiderius nomine, cui nullius dogmatum venas hujus scientiae vas potuit praeterire, [cum per] eloquium supernae pietatis [2] admonitus [3] olim se Deo hostiam voluisset offerre, tunc usurpata daemonio secunda Jezabel nostris est suscitata [4] temporibus, ut, dum se sub specie Christum diceret confiteri, non unum in Christo christianos suis temporibus fecit crucifigi. Inter cetera dirum [5] et nefandum scelus hoc [per-]fidae [6] de sancti [7] et incomparabilis ipsius viri confessionem pauca in tempore minimo [8] incipiam explicare. Nam Jezabel illa superius nominata quam, teste mundo, sequipeda est malitiae super ipsius sancti confessoris persecutione [9] ex falsitate reperta [10], quantos quantasque in ejus crimine et [11] instruxit praemiis et ut dicerent duxit [12] invitos, quis narrare [13] valeat aut tantum mali lingua promere possit? Quid illius impietas, immensa majestas, qui se et testem tribuit et judicem adsignavit, in illo [14] ostendit merita per quem praeparavit multis esse vindictam? Quid plura? Sanctum Dei virum, eminente perfidia tyrannidis, cum fratres et socii formidarent diabolum, cujus superius fecimus mentionem [15], in nece et morte ejus persistere ex falsitate adstruentium damnatio justi consentitur a fratribus.

3. Sed mox ut deputatur exilio, Christi gratia [1] comitante ingressus est paradisum [2]. Cujus loci dignitatem et ordinem onerosum me censeo subportare, si vestris, ut locus [3] postulat, indignus audeam auribus adsignare, cum Christus [4] ibidem, sancti ipsius Desiderii intercessione placatus, et operasset virtutes assidue et sine intermissione per ejus viri memoriam videatur in omnibus operare. Cumque ipsius insulae Levisio [5] nomine vir [6] christianissimus superius dictus crederetur a perfidis esse retrusus, tantam ibidem

— [2] superna pietate 1. — [3] adnitus 1. — [4] *codd.* sciscitata. — [5] *codd.* durum. — [6] (s. h. p.) censeo fide 1, censere hoc fide 2. — [7] sanctis 1. — [8] *codd.* minime. — [9] persecutionis 2. — [10] repertae 2. — [11] *om.* 2. — [12] dixit 1. — [13] *codd.* auctore. — [14] illa 2. — [15] mentione 1.

Num 3. — [1] (C. g.) Christo 2. — [2] paradiso 2. — [3] votus 1, notus 2. — [4] *codd.* caritas. — [5] Visio 2. — [6] vix 1.

Dominus cecindele [7], quem ingressus [in oratorium] manu propria credidit accendendum, dignatus est ostendere gratiam, ut a die dominico, Christi Dei misericordiam concedente, singillatim per singulos alios venientes cunctis est patefactum, nec oleum minuit usque in praefinitum tempus nec assidue lucere desivit. Sed statim ut ipse pontifex suum ex more, ut consueverat, perageret cursum, ita [8] ipse cecindelis [9] in plenitudine vertebatur, cum indesinenter arderet quantum acceperat, cunctis videntibus [10], sanctus ille oleus [11] colligeretur assidue. Nullus fuit a turba petenti, cujusvis fuisset corpus inaequalitate [12] jactatus aut impulsu [13] adversitate temptatus, qui ut meruit ipsius sancti ab ipso pontifice olei liquoris perungi, quod non et sanitati pristinae et summae incolomitati fuisset protinus restitutus.

4. Nam et hoc nullus fabulosum censeat esse, [quod] antefatum bonitatis [1] virum militantem in Christo, ut Antonius meruit, [per] aviculam [2] comportantem manna caeleste patuit fuisse refectum. Nam et hoc [3] relatione bonorum hominum, quorum hoc meruit vita cernere visu et absque dubietate contemplare auditu [4], me peccatorem peccati maculas subjacentem [5] constitit cognovisse [6]. Cum a Deo timentibus in poculo fuisset [7] bacchus [8] oblatus [9], ac [10] vas ille ferme quatuor urnas [11] vix potuisset [12] accipere, et exinde longo tempore universis venientibus fuisset convivus praeparatus, atque dierum spatia longa viderentur habere transgressa, nec se existimarent unius [prandii] exinde refecturi refectionem jam posse post tantam unitatem accipere [13], unus ex vernaculis, imbre lacrymarum ora perfusus, ad refectorium properat, suam valde dolentem injuriam, ipsi pontifici [14] dicens summam se cognosceret [15] de vino [16] sustinere deceptam. At ubi vir sanctus et inclitus Dei confessor, non [17] tri-

— [7] cecindelem 1. — [8] ut *add.* 2. — [9] cecinderes 2. — [10] videntis 2. — [11] oleos 2. — [12] nequalitate 2. — [13] impulso 2.

Num. 4. — [1] benignitatis 2. — [2] avinculam 2. — [3] ex *add.* 2. — [4] auditum 1, audito 2. — [5] *codd.* ubi jacentem. — [6] (c. c.) *om.* 2. — [7] fuisse 2. — [8] bacco 1, baccos 2. — [9] sublatus 1, oblatos 2. — [10] *codd.* hac. — [11] ornes 2. — [12] possit 2. — [13] excipere 1. — [14] pontificis 2. — [15] cognoscere 2. — [16] (de v.) *codd.* divinum. — [17] et 2.

stitia deceptus [18], maerore detentus, sed hilari corde exultaret [19] in [20] Domino, et se potius accusaret [21] quod digna factis indignus videretur recipere, tunc eidem revelare dignatus est Dominus, ut quod credebat esse vacuum, cognosceret esse repletum. Saltem jussa dominantis famuli obaudita, locum, in quo vas cum vino fuerat positum, crediderant [22] accedendum [23]. Hique meruerunt Trinitatis mysterium reperire, quod Dominus in evangelio ad nuptias invitatus in hydris aqua repletis dignatus est ostendisse. Nam et hoc cunctus populus populo [24] dicente cognovit, non unum ibidem dextera Christi, per confessoris ipsius interventulae, prae macula vulneratus, [per] suam eminentem [25] misericordiam fuisse sanatus.

5. Et dum ista et his similia per famulum sanctum Christus Dominus operaretur assidue, invidet insatiabilis persecutrix, et nimio livore redacta, quod per sanctum Dei virum magis magisque inclita apud Deum fama adcresceret. Tunc per simulationem [1] temptat adpetere qualiter Dei hominem [2] posset [3] suis studiis supplantare. Quod credentes synodalis congregatio fratrum, revocatur de insulae [4] loco ad ordinem sacerdotii, quem [5] numquam apud Deum constitit perdidisse. Jam inibi et merito scriberetur et receptam urbem ut decet pontificem operi adsignatur. Et cum post tanta et talia tempestate quassatus ac suae moenia[6] civitatis recuperandi eversione cunctaret in Domino, omnemque nutrituram et familiam circumdatus [7], moti pietate caelesti plus adsimilarent plangere quam gaudere, cum ipse sanctus, nimio honore colendus, fessus saeculo isto quiete gauderet [8] in Domino.

6. Tunc persecutrix, proprio seminario suo serpentino [1] repleta consilio, temptat dolo occidere quem [2] antea [3] ex falsitate nulla [4] ratione potuit immolari [5]. Rogatur servus Dei

— [18] decepta 1. — [19] exultare 2. — [20] cum 2. — [21] accusare 2. — [22] crediderat 1. — [23] accendendum 2. — [24] populorum 2. — [25] *codd.* imminentem.

Num. 5. — [1] similationes 2. — [2] homines 2. — [3] potuit 2. — [4] insulis 2. — [5] ipsum *add.* 2. — [6] *codd.* meniae. — [7] circumdatur 1. — [8] gaudere 2.

Num. 6. — [1] serpentina 2. — [2] quam 1. — [3] accidente *add.* 2. — [4] ulla 2. — [5] immolare 2.

a principe ut ad suam deberet, ut sanctum decet, praesentiam ambulare: quod jussa miles Christi studuit adimplere. Interrogatur ab ipso principe mundi si [6] melius esset [7] sortire conjugium quam per carnis miseriam [8] debaccari. Quid vir sanctus suadere potuit, nisi [9] quod Dominus Christus per apostolorum dogma evangelicamque doctrinam dignatus est praedicasse : *Bonum est uxorem accipere atque ut decet legitimos filios procreare* [10] ? Sed ut haec suasio jam dictae [11] Jezabel [12] est [13] fama currente perlata, tunc derepente [14] ardenti [15] consilio vernaculum [16] Christi conatur occidere ; quod nullatenus de ejus crimine ipsa desuper poterat nec dicenda voluntas dicenciam promereri non ut martyr Christi palmam martyrii mereretur accipere et quos diabolus proprio templo acquisierat, unum eodemque pari mererentur ruina subcumbere. Quid amplius huic operi petulans animus et brutus sensus debeat emorari ? Excitatur seditio populi plus terrore principis quam voluntatis [18] exigisset perfidia. Quam nefanda causa et dolenda condicio. Intra fore[s] ecclesiae sacerdos Dei et [19] martyr ab impiis [20] Effane, Gaissefredo, Betone comitibus custodia[e] mancipatur.

7. Tunc vir sanctus et nimia humilitate colenda animo in Domino intrepidus accedit [1] excipere quod sibi angelo evangelizante olim cognoverat esse promissum. Quid ergo [2] asseram ? Jaculatorum dicta testantur quam mitis et placidus saepius memoratus sacerdos et confessor hinc et inde utrumque acies constipatas se martyrio optato velle excipere cursum celeri [3] videtur ingredere. At ubi hostium manus territorii Lugdunense [4] fluvium, cujus vocabulum est Calerona, adstantes aspicerent justum velle injuste occidere, et multi ex ipsa plebe cum nimio fletu testarent talia se nulla

— [6] *om.* 2. — [7] esse 2. — [8] miseriis 2. — [9] *om.* 1. — [10] procrearet 2. — [11] dicta 1. — [12] Jezabelem 2. — [13] *om.* 2. — [14] *codd.* de repetente. — [15] que *add.* 2. — [16] *quae sequuntur usque ad* animo in Domino intrepidus, *majori ex parte solus praebuit cod. 2, librarii vitio admodum corruptus, codicis 1 folio hoc loco ita exciso ut dimidia tantummodo pars linearum supersit.* — [17] *Quid sibi velit haec posterior pars sententiae, neque coniciendo assequi potuimus.* — [18] voluntas 1. — [19] *om.* 2. — [20] (ab i.) *hae voces in* 1 *rejectae sunt post* comitibus.

Num. 7. — [1] accidit 1. — [2] ego 2. — [3] cleri 2. — [4] Lugdunensi 2.

ratione velle admittere, tunc sanctus Dei, publice genu fixo in terra, completa oratione, caput obtulit ictu ferientis excipere. Subito unus [5] ex satellitibus [6] impiorum insipiens et infelix projecto lapide caput [7] conlisit pastoris; unum tantum colaphum templum celeberrimum terra claruit excepisse [8]. Et dum diuturno spatio placita anima nullatenus propriam sedem [9] relinquerat [10], tunc perfidus ille, adprehensum ab utraque parte acuto stipite, confracta cervice, anima sancta migravit ad Dominum. O admiranda [11] causa, sed plus dolenda perfidia! heu, virum sanctum a Brunichilde regina nequiter fuisse dampnatum!

8. Quid sanctus meruisset [1] in praemiis, quid persecutorum machinae [2] mox recepisse in temporum, non est praetereundum, sed huic opusculum adnectendum. Nam quid quantumque ad sacratissimum ejus corpus aut operasset Dominus aut operatur assidue, affatim pauca in tempore praesens lectio [3] demonstrabit. Quidam homo pauperculus, romana origine natus, jam per multa loca jactatus, ita intercedente peccato, imminente diabolo, universa loca membrorum suorum sua nervorum fuerant nimietate adtracta, ut solo tanto caput et lingua a gestantibus agitaret. At ubi coffino quo ferebatur devota mente petisset, ut ubi sanctus martyr, ipso momento nominis sui Desiderius, meruerat martyrii finem accipere, veluti ut truncum se precatus est proiciendum. Nam ubi sancti [4] sanguinis loca sunt dolores ex fide cruor, per cuncta aeternae pietate manente reddidit Christus quod loco invento dampnaverat inimicus.

9. Interea quam egregio et valde non tacendo miraculo ad confessionis ipsius confessoris et martyris Prisciniaco vico, ubi quemadmodum ipsius sancti corpusculus [1] tenebatur ab iniquis causa captivus, praesenti tempore claruit evenisse. Quidam homo, nomine Claudius, commanens territorio Lugdunense, habebat Sunclisia [2] filia nomine [3].

— [5] unius 2. — [6] satelles 2. — [7] capite 2. — [8] excipere 2. — [9] (p. s.) propria sede 2. — [10] derelinquere 2. — [11] ad miracula 2.

Num. 8. — [1] meruisse 2. — [2] maxime 1. — [3] (pauca-lectio) *om.* 2. — [4] sanctus 2.

Num. 9. — [1] corporis jus 1. — [2] Siclisia 2. — [3] *om.* 1.

Et cum, exigente causa peccati, a nativitate ferme [4] adhaerente crudele, absque aliqua salute dampnata claudicaretur assidue, et paene diffideret se nulla posse sanandi invenire fortunam, praefatus genitor postulat filiam· ut ad limina martyris cum nimia humilitate deberet accedere. Postulatio genitoris desiderio ardenti [5] impletur a sobole. Statim ut copertorium illum Christi gratia imminente adtingere meruit ac oleo sancto illo [6] linire contingit [7], et itineris gressus recepit et in postmodum nullus apud ipsam vestigius [8] claudicationis de hac condicione remansit.

10. Quid huic opusculum pusillus sensus et insipiens animus studeam memorari, vel indignus digna coram stantes adserere, si ejus viri sancti et in Christo nimia virtute pollentem Desiderii sacerdotis et martyris factam per Dominum Jesus visus fuero [1] singillatim opera et signa describere, quantae virtutes, dum et hujus saeculi mare ipse sacerdos fluctuavit in corpore, aut fecit hucusque aut ad ejus memoriam fiunt [2] assidue? Quis aut iter, dicendi possit arripere aut sub unius volumine codicis [3] valeat explicare? Quid prius adgrediar? quid pauca de plurima loquar? Si quis, exigente peccato, nefandi [4] illius deceptoris avitae tabernaculum [5] fuit aut fuerit usquequaque effectus, ad ejus sancti limina fide fixa manente in Domino cum integra visus fuerit devotione accedere, deceptor gratia [6] Christi dampnatus reliquit [7] famulum [8], quem pro [9] peccato adeo fuerat [10] alienum. Nonne unus humanitatis corporis templi [11] dicendum est a [12] sancti ipsius intercessione de infestatione immunda fuisse mundatus [13]. Non memoria capere, non nullus suis dictis poterit explicare, quantas animas ab impugnatione adversa, Dei misericordia comitante, ita claruit intercedente pastore et martyre fuisse sanatos ac deinceps in [14] perpetuo credimus Christo praesule esse solutas [15].

— [4] *ap. Mombritium et in ed. Act. SS.* verme. — [5] ardentis 1. — [6] (s. i.) i. s. 2. — [7] contigit 2. — [8] vestigiis 2.

Num. 10. — [1] ferro 1. — [2] finiuntur 1. — [3] codices 1, quo dicis 2. — [4] nefando 2. — [5] diaboli *add.* 2. — [6] gratiae 2. — [7] deliquit 2. — [8] famulo 2. — [9] per 1. — [10] *om.* 2, *leg.* fecerat? — [11] templis 2. — [12] ad 2. — [13] mundatos 1, mundatur 2. — [14] *om.* 2. — [15] solutans 2.

11. Nam ut breviter disseram, et auditum [1] habemus et ex parte assidue cernimus, comportante [2] peccato nequitia ante diabolo multos duo luminaria capitis fuisse dampnatos; sed, ut praesertim ad sacratissimas viri cineres [3] a sodalibus noscuntur fuisse [4] adducti, martyre [5] obtinente mox luce donante mereantur [6] petitores recipere lucem. Scilicet de adtractus et clodus [7] numquid amplius quam supra diximus est dicendum, quod non unum per sanctum antistitem Desiderium videmus caeleste beneficium [8] contigisse. Hoc non duorum aut trium testium qui pertulerunt testimoniis [9] est tantum famarum ore perlato, sed turba Christo donante sanitate redacta praesens indicat a [10] jam dicta calamitate fuisse sanatas [11]. De residuo vero, ut humanitas habet, quanticumque fuerint qualibet inaequalitate in [12] corpore [13] isto terreno vexatione temptati, simulque triduana atque quatriduana [14] febre vexati, et ad sancti et [15] saepius memorati antistitis et martyris memoriam animo devoto accesserint [16] aut etiam de stipite illo unde martyr Dei meruit martyrio [17] consummare, auxilio divinitatis, conscientia [18] pura et fide non ficta, sub omni aviditate ubicumque fuerint accipiendum [19] sub quolibet pretexto expet[i]erint, vel si ejus sancti martyris et sacerdotis nomen inter divina mysteria quaesierint nominandum, et incolumitate recipiant [20] et de credulitate lucra mercedis [21] acquirant.

12. Quapropter plus quam ignavus et nimium insipiens esse confidimus, cujus[cumque] sexus sint, [in] hujus saeculi mortalitate manentes [1], cum videant divino imperio sancti sui et martyris Desiderii confessionem virtutes assiduas operare, non credidissent aut credant absque aliqua [2] difficultate ipsum ac si tandem sortisse vindictam, quem

Num. 11. — [1] audito 2. – [2] comportantem 2. — [3] ceneris 1, cerneres 2. — [4] fuissent 2. — [5] martyrem 2. — [6] mererentur 2. — [7] *ita codd.* — [8] beneficio 2. — [9] testimonium 2. — [10] *om.* 1. — [11] sanitas 2. — [12] o 1, *om.* 2. — [13] corpus 2. — [14] (a. q.) *om.* 2. — [15] ad 2. — [16] accederint 2. — [17] martyri 2. — [18] conscienti hec 2. — [19] accipiendi 2. — [20] repiant 2. — [21] mercedes 2.

Num. 12. — [1] *codd.* mentis. — [2] *om.* 2.

gloriamur apud Deum [3] superno [4] fuisse [5] beneficio exaltato. Igitur numquid apud ipsum Christum Dominum parva in postmodum contemplavimus esse [6] sententiam, ut quae [7] imperaverat regna in fascibus et in ejus discrimine fuerat excitata, recto judice et justo principe judicante Clotario [8], tortuosum esset fautrix malorum, ut sarcina consueta gibbo [9] suspensa camelo, atque exitio debito cauda [10] ligaretur equorum et quod multis intulerat, conjuncto exercitu [11] ab omnibus uno crimine sustineret. Cujus regis et principis [12] mundo et populo moderante si patientia, quae virtus est animae, aut bonitatem incipiam disputare, hujus mansuetudinis virum virtute cum pietate [13] justitiam et veritatem [14] tenentem, tantam bonam in unum hominem desuper fuissse fundatam nec lingua promere nec ore possumus enarrare [15].

13. Nam breviter huic libellum, Dominum Christum juvantem, obtamus inserere [1] quod [2] moderno tempore cuncto populo patuit contigisse. Cum ipsius summae clementiae et, ut [3] rursus dicam, Dei pietate et bonitate [4] repletus, Clotharius [5] princeps et dominus ab omnium suorum nutritura, tam clero quam populo, cum summa veneratione fuisse[t] plenius postulatus ut tanti viri et [6] martyris corpusculus suae mereretur [7] ecclesiae restaurare, tunc princeps, Spiritu sancto admonitus, noluit negare [8] quod suo exigente merito apud Trinitatem inseparabilem per mysterium divinitatis cognoverat Deo placitum [9] reformari. Auditur suggestio postulantium et templi aditus, qui [10] est culmen martyrii adquisitus, conceditur loco debito reformari. Sed qualis ipse venerabilis corpus transacto tertio anno, quarto adveniente, a cunctis circumstantibus fuisset inventus, teste populo a generatione in generationem nullus potuit aut poterit ignorare; super quod oporteat dicere. Praesens sibi

— [3] Dominum 2. — [4] super nos 2. — [5] ab eo *add.* 2. — [6] *om.* 2. — [7] qui 1, quod 2. — [8] Clotarium 2. — [9] gimpo 2. — [10] clauda 2. — [11] exercito 2. — [12] principi 1. — [13] pietatem 2. — [14] severitatem 2. — [15] (p. n. o. p. e.) *om.* 2.

Num. 13. — [1] (Nam-inserere) *om.* 2. — [2] quo 2. — [3] *om.* 2. — [4] (p. et b.) pietatem et bonitatem 2. — [5] Lotharius 2. — [6] (nutritura — viri et) *om.* 1. — [7] meretur 1. — [8] denegare 2. — [9] placito 2. — [10] (t. a. q.) templum sanctum quod 2.

successor episcopus, seniores et fratres presbyteri, una cum diaconibus, cum caritate divina onera manifestanti, simulque filium chorus, una et consona voce una testatur ecclesia [11], solidum et inlibatum, absque illius capitis diminutione capilli, tempore praedicto transacto, ubi habitaculum dignatus fuerat eligere Christus, inlaesus patuit fuisse inventus, atque sub omni soliditate corpusculi vel a [12] superstite reperta; ut nullus credentium dubitaret martyrem sanctum Desiderium episcopum apud Dominum obtinuisse triumphum et in saeculo cum summa claritate sortisse trophaeum.

14. At ubi duce Christo [1] locum quem jacuerat sua est nutritura conjuncta, et una dilectione [2] unus inter omnibus non cessante voce planctu exigente doluerunt, non quod apud Deum ipsum crederent esse mortuum, ubi saltim divina mirabantur patefacta mysteria, sed ut dilectionis beneficia redderent et de tanti viri intercessione beatorum [3] praemia expectata gauderent. Quid multa? Sancti hominis [4] corpusculus [5] levatur e tumulo [6] cum summa diligentia, ac spiritalibus cymbalis et organis voce indefessa manente, ducitur sibi praeparato sepulcro. Cumque hinc inde chorus psallentium ac plebs credentium [7] exultarent in Domino, remeantibus illis inter diversa signa virtutum et, ut cetera [8] dicam, mugitus pecudum tum praecedentium tum [9] subsequentium, gemitus quis tolerare poterat [10] voce incontinuata manente, quamvis pectus ferreum possideret? Aliter nulla ratione poterat transigere nisi ut et animum integre declinaret ad Dominum et una cum omnes inaudita mirabilia adclamarent.

15. Nam iter agentes, suae ecclesiae agrum, nomine Fasino [1], sancti viri corpusculus est auspice Christo abductus [2]. Ibique mulierem a legione daemonum longo tempore jam praescripta[m] cum omni stupore simulque et omnes [3]

— [11] ecclesiae 2. — [12] (vel a) velati sunt 2.

Num. 14. — [1] Domino *add.* 2. — [2] dilectio 2. — [3] peccatorum 2. — [4] viri 2. — [5] corpusculum 2. — [6] (l. e. t.) levatus et tumulum 2. — [7] (ac p. c.) *om.* 2. — [8] ceteris 2. — [9] quam 2. — [10] poterit 2.

Num. 15. — [1] Fasinum 2. — [2] obductus 2. — [3] (et o.) *om.* 1.

qui aderant ecclesiae filii mirantur accedere. Sed ubi ejus confessoris [4] et martyris dormienti[s] in Domino meruit ipsa portatrix daemonum cancellum contingere, ab omni temptatione inmunda Christi est gratia liberata. Quam magnum [5] et maximum [6] valde miraculum fama currente cognovi [7], et nescio quam obligationem mente detentus [8] me peccatorem [9] constiterat obmisisse.

16. Antedicto agro egressi, cumque intra septa [1] sancti et incomparabilis [2] viri Domini et patris nostri, qui meruit per praedicationem divinam attollere caput Petri apostoli, cujus sunt Viennae [3] reliquiae foris murum civitatis fundatae, et ipsius hominis Dei corpusculus cum nimia hominum [4] veneratione debitum locum meruisset ex devotione plantari, ibique socia et jugalis viri venerabilis Aetheri episcopi, soror in Christo effecta, a nativitate caecum [5], cunctis admirantibus, adducit infantulum. Quem ut devota mente propinquavit altario [6], intercedente discipulo, obtinente magistro, recepit lumen, protinus vidit, et ductorem itineris ulterius non quaesivit.

17. Nam et ego peccator cunctis audientibus [1] audacter praesumo suggerere. Cumque omne datum optimum et omne [2] donum perfectum, adsignante Apostolo, videtur esse desursum [3], sola res est ut dilectione et opere fides nostra sequatur auctorem. Nam beneficia sanctitatis ex se collata ad quem necesse apud infinita clementia jugi beneficio permanent inconvulsa, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

Explicit passio sancti Desiderii episcopi et martyris [4].

— [4] confessionis 1. — [5] magnam 2. — [6] maxime 2. — [7] cognovit 2. — [8] devotus 1. — [9] peccatore 1.

Num. 16. — [1] septem 2. — [2] comparabili 2. — [3] vivente, *corr.* invente 2. — [4] *om.* 2. — [5] *codd.* caeca. — [6] altaria 2.

Num. 17. — [1] audientes 1. — [2] omnem 1. — [3] (e. d.) d. e. 2. — [4] (Expl., *etc.*) *om.* 2.

CATALOGUS
CODICUM HAGIOGRAPHICORUM
BIBLIOTHECAE CIVITATIS
MONTENSIS.

I. Codex signatus num. 7, 227, 8370.

Foliorum 79, formae minoris (0^m,218 × 0,14), lineis plenis nitide una manu exaratus saec. XII. Fuit olim *Monasterii Bonae Spei in Hannonia.* Haec enim scripta sunt in charta tegumento ex parte interiori adhaerente.

Hic codex qui continet *Vitas Patrum* notus erat P. Heriberto Rosweydo. Nam pag. LXXII prolegom. in *Vitas Patrum* haec notavit : *Ms. Bonae Spei, ex abbatia ejusdem nominis, Ordinis Praemonstratensis, apud Binchium Hannoniae oppidum, in quarto forma oblonga, pergameno, charactere bono et vetere. Continet varia tantum fragmenta ex variis hinc inde libris excerpta, ex libro II et III Ruffini, item ex aliquot libellis Pelagii et Joannis.*

II. Codex signatus num. 26, 210, 8402. (Tomus I).

Foliorum 168, formae mediae (0^m,264 × 0,177), duabus columnis, lineis graphide ductis nitide una manu conscriptus saec. XIII. Tituli ac litterae majores rubricata. Littera sanctorum Vitas Passionesve incipiens viridi, rubro caeruleove commixto colore depicta, haud imperita manu exornata est. In parte recta fol. 1 descriptae sunt cum notis musicis aliquot antiphonae ex officio S. Benedicti desumptae ; in parte vero adversa, contentorum index et nota sequens : *Fuit quondam hic liber Sanctimonialium Ordinis Cisterciensis Treverensis dyoecesis, basilicae sancti Thomae Cantuariensis episcopi et martyris in Eiflia prope Kilburg ; nunc est conventus Montensis Carmelitarum discalceatorum.*

1° Passio S^tae^ Anastasiae martyris (fol. 2^r^-9^v^).

Pars prior edita est apud Mombritium, tom. I, posterior autem in *Bibl. Casin.*, tom. III, *Floril.* p. 179 sqq.

2° Passio S^tae^ Eugeniae virginis et sanctorum Proti et Jacincti martyrum (fol. 10^r^-15^r^).

Passio de qua in *Catal. Brux.*, Part. I, tom. I, p. 119, 64°.

3° Passio S^tae^ Martinae virginis et martyris (fol. 15^r^-22^v^).

Edita in *Act. SS.*, ad d. 1 Jan., tom. I, p. 11-18.

4° Passio S^tae^ Columbae virginis (fol. 22^v^-23^r^).

Edita in *Catal. Brux.*, Part I, tom. I, p. 302-306.

5° Passio S^tae^ Agathae virginis (fol. 25^r^-27^v^).

Edita in *Act. SS.*, ad d. 5 Feb., tom. I, p. 615 sqq. Initio nonnullae lect. var.

6° Passio S^tae^ Julianae virginis et martyris (fol. 27^v^-30^r^).

Edita ibid., ad d. 16 Feb., tom. II, p. 873 sqq.

7° Passio SS. martyrum Perpetuae et Felicitatis (fol. 30^r^-31^v^).

Edita in *Catal. Brux.*, Part. I, tom. I, pp. 158 sqq.

8° De obitu S^tae^ Petronillae virginis et de passione S^tae^ Feliculae virginis (fol. 31^v^-32^r^).

Fragmentum Passionis SS. Nerei et Achillei edit. in *Act. SS.*, ad d. 12 Maii, tom. III, pp. 10, 11, num. 15-17.

9° Epistola Victorini et Maronis ad Marcellum discipulum S. Petri apostoli (fol. 32^r^-33^r^).

Item ibid., pp. 11, 12, num. 18-20.

10° Passio S^tae^ Domitillae virginis (fol. 33^r^-34^r^).

Item ibid., pp. 12, 13, num. 21-25.

11° Passio S^tae^ Simphorosae et filiorum ejus (fol. 34^r^-34^v^).

Passio de qua in *Catal. Brux.*, Part. I, tom. I, p. 49, 13°.

12° Passio sanctarum martyrum Sophiae, Fidei, Spei, et Caritatis (fol. 34^v^-37^r^).

Passio de qua ibid., p. 28, 25°.

13° Passio S^tae^ Felicitatis cum VII^tem^ filiis (fol. 37^r^-38^r^).

Edita in *Act. SS.*, ad d. 10 Julii, tom. III, pp. 12, 13.

14° Passio S^tae^ Christinae virginis (fol. 38^r^-42^r^).

Ea de qua in *Catal. Brux.*, Part. I, tom. I, p. 32, 48°.

15° Vita S^tae^ Mariae Magdalenae (fol. 42^r^-44^v^).

Edita apud Faillon, *Monuments inédits sur l'apostolat de Marie Madeleine*, tom. II, p. 434 sqq.; sed in cod. adsunt variae interpolationes editae ibid., p. 437 sqq., et p. 445 sqq.

16° Vita beatae Mariae Egyptiacae (fol. 44^v-52^v).

Edita apud Rosweydum, *Vitae Patrum*, p. 382 sqq. Prologus om.

17° Passio S. Pauli apostoli (fol. 52^v-56^r).

Epistola B. Lini ad ecclesias orientales de Passione S. Pauli edita in *Biblioth. Patrum Lugd.*, tom. I, p. 70 sqq. — Passionem subsequuntur duae narrationes: in priore refertur Leo papa in Germania versatus praedicasse, scilicet de viro, qui diris tormentis torquebatur propterea quod vivens bona monasterii cujusdam invaserat, eaque haereditaria lege tamquam sua posteris possidenda transmiserat. In posteriore agitur de pessima morte quam episcopus quidam Pransgensis obivit.

18° Passio S. Sebastiani martyris (fol. 57^r-73^r).

Edita in *Act. SS.*, ad d. 20 Jan., tom. II, p. 265 sqq.

19° Passio S. Pantaleonis (fol. 73^r-78^r).

Edita apud Mombritium, tom. II.

20° Passio S. Apollinaris martyris (fol. 78^r-82^v).

Edita in *Act. SS.*, ad d. 23 Julii, tom. V, p. 344-350.

21° De inventione S. Stephani prothomartyris (fol. 82^v-85^v).

Edita apud Surium, ad d. 3 Augusti.

22° Passio sanctorum martyrum Abdon et Sennis (fol. 85^v-88^v).

Passio de qua in *Catal. Brux.*, Part. I, tom. I, p. 13, 55°; om. tamen clausula *Eodem tempore...*

23° Passio S. Syxti papae et martyris (fol. 88^v-90^r).

Edita in *Act. SS.*, ad d. 6 Aug., tom. II, p. 140-142. Inc. *In illo tempore Decius Caesar et Valerianus praefectus jusserunt...*

24° Passio SS. Cyriaci, Largi et Smaragdi (fol. 90^r-94^r).

Edita ibid., ad d. 16 Jan., tom. II, pp. 5 sqq., sub titulo *Passio S. Marcelli.*

25° Passio S. Kalixti papae et martyris (fol. 94^r-96^v).

Edita ibid., ad d. 14 Oct., tom. VI, p. 539-441.

26° Passio S. Dionysii archiepiscopi et sociorum ejus Rustici et Eleutherii (fol. 96^v-105^r).

Edita apud Surium ad d. 9 Oct. In cod. omm. cap. III, cap. IX-XVI.

27° Passio sanctorum martyrum Claudii, Simphoriani, Simplicii, Nicostrati et Castorii (fol. 105^r-109^r).

Edita apud Mombritium, tom. I.

28° Enarratio Leontii episcopi Neapoleos Cypriorum insulae de vita sancti patris Johannis archiepiscopi

Alexandri[ni], quem Graeci eleymonem appellant (fol. 109r-131v).

Edita apud Rosweydum, tom. cit., p. 178 sqq.

29° Passio S. Christophori martyris (fol. 131v-134v).

Edita apud Mombritium, tom. I.

30° Vita S. Servatii episcopi (fol. 134v-142r).

Vita fabulosa beati episcopi.

31° Vita S. Augustini episcopi (fol. 142r-156v).

Vita de qua in *Catal. Brux.*, Part. I, tom. I, p. 328, 1°.

32° Passio SS. Cosmae et Damiani (fol. 157r-160r).

Edita in *Act. SS.*, ad d. 25 Sept., tom. VII, p. 474 sqq.

33° Vita Stae Marthae (fol. 160r-168v).

Edita apud Mombritium, tom. II. Sed pro his quae ibid. edita sunt a lin. 11, col 2 penultimae paginae (*Beatissima igitur Martha)*, in cod. conscripta sunt prodigia tria, quae nullomodo ad beatae hospitae Domini sanctitatem commendandam faciunt.

III. Codex signatus num. 26, 210, 8402 (Tomus II).

Foliorum 220, formae mediae (0m,252 × 0,172), lineis plenis graphide ductis, una manu nitide exaratus saeculo XIII. Tituli ac litterae majores rubricata. In initio Vitarum ac Passionum prima littera rubro viridique colore depicta haud ineleganter exornata est, semel partem litterae interiorem complevit vermiculator delineando effigiem sanctorum apostolorum Petri ac Pauli. Codicis fata innotuerunt nobis ex sequenti nota in parte recta fol. 1 descripta: *Fuit quondam hic liber monasterii sanctimonialium Ordinis Cisterciensis Treverensis dyoecesis, basilicae sancti Thomae Cantuariensis episcopi et martyris in Eiflia prope Kilburg. Nunc autem est Conventus Montensis Carmelitarum discalceatorum.* In capite codicis in folio papyraceo postea codici assuto, scriptus est manu saec. XVI index contentorum.

1° Passio apostolorum Petri et Pauli (fol. 1v-6v).

Epistola Marcelli edita apud Fabricium, *Cod. Apocr. N. T.*, part. III, p. 632 sqq.

2° Passio S. Andreae apostoli (fol. 6v-9r).

Epistola ecclesiae Christi quae est in Achaia edita apud Surium, ad d. 30 Nov.

3° Passio S. Jacobi fratris Johannis evangelistae (fol. 9r-11v).

Edita apud Mombritium, tom. II.

4° Passio S. Jacobi apostoli et fratris Domini (fol. 11^v-12^r).

Haec Passio bene convenit cum Passione de qua in *Catal. Brux.*, Part. I, tom. I, p. 203, 4°, ea tamen contractior.

5° Passio S. Philippi apostoli (fol. 12^v-13^r).

Passio de qua ibid., p. 202, 3°.

6° Passio S. Bartholomei apostoli (fol. 13^r-16^r).

Edita in *Act. SS.*, ad d. 25 Aug., tom. V, p. 34 sqq.

7° Passio S. Thomae apostoli (fol. 16^r-23^r).

Edita apud Mombritium, tom. II.

8° Passio S. Matthei apostoli (fol. 23^r-28^r).

Ibid.

9° Passio sanctorum apostolorum Symonis et Thaddei (fol. 28^r-33^r).

Ibid.

10° Passio S. Marci evangelistae (fol. 33^r-34^v).

Edita in *Act. SS.*, ad d. 25 Aprilis, tom. III, p. 347-349 sub hoc titulo *Apostolatus Alexandrinus.*

11° De S^{to} Johanne apostolo et evangelista (fol. 34^v-36^r).

Pars Vitae editae apud Mombritium, tom. II; sed in cod. om. narratio sancti Joannis in oleum missi, et finitur per verba: *quantam gloriam amiserunt*, pagina sequente scriptura vacante.

12° Vita sancti Martini episcopi et confessoris (fol. 37^r-65^r).

Hic serie continua descripta sunt illa documenta quae saepe saepius jam fuerunt notata scilicet Vita auctore Sulpitio Severo, Dialogi et epistolae ejusdem ac fragmenta illa tria Gregorii Turonensis, quae fere semper occurrunt documentis Sulpitianis connexa.

13° Vita SS. Eucharii, Valerii et Materni, urbis Trevericae pontificum (fol. 65^r-71^r).

Edita in *Act. SS.*, ad d. 29 Jan., tom. II, p. 918 sqq. In cod. add. quae ibid. edita, p. 1153 *(Sanctorum fratres dilectissimi)*; add. et hi versus :

Quam bene concordes divina potentia jungit,
Eucharii loquitur Valeriumque simul
Sedem victuris gaudens componere membris.
Membra sacerdotum ornat locus iste duorum,
Fratribus hic sanctis ponis altare Cirilli.
Corporis hospitium sanctus metator adorna.

14° Vita S. Maximini Treverorum archiepiscopi (fol. 71r-75v).

Vita auctore Lupo edita apud Surium, ad d. 29 Maii. In cod. nonnullae lect. var.

15° De miraculis S. Maximini (fol. 75v-82r).

Opusculum auctore Sigehardo edit. in *Act. SS.*, ad d. 29 Maii, tom. VII, p. 25 sqq. In cod. omm. numm. 1, 2. Inc. *Exordium hujus opusculi illi miraculo insigni statueram dedicare.* Deinde omm. numm. 6-9, num. 25, num. 35.

16° Vita S. Silvestri papae urbis Romae (fol. 82r-95v).

Edita apud Mombritium, tom. II; sed lib. II, in quo de disputatione S. Sylvestri cum doctoribus Judeorum, est in cod. valde contractus.

17° Vita beatissimi Gregorii papae urbis Romae (fol. 95v-104v).

Maxima parte desumpta ex Vita auctore Joanne diacono edita in *Act. SS.*, ad d. 12 Martii, tom. II, p. 137 sqq. At compilator Vitam primam, ibid. edit., p. 130 sqq., subinde descripsit.

18° Vita sancti patris nostri Basilii archiepiscopi Cappadociae (fol. 105r-106v).

Versio alia Actorum edit. ibid., ad d. 14 Junii, tom. II, p. 938 sqq.

19° Vita sancti Clementis Romanae Ecclesiae pontificis (fol. 116v-119r).

Edita apud Mombritium, tom. II. In cod. miracula quae Passioni annexa sunt omm.

20° Passio S. Eustachii martyris (fol. 119r-124r).

Edita in *Act. SS.*, ad d. 20 Sept., tom. VI, p. 123 sqq. In cod. omm. prol. et ea quae in edit. uncinis sunt inclusa.

21° Vita S. Alexii confessoris Christi (fol. 124r-126r).

Proxime accedit ad Vitam ed. in *Catal. Brux.*, Part. I, tom. I, p. 223 sqq.

22° Passio sanctorum martyrum Sergii et Bacchi (fol. 126v-131v).

Edita in *Act. SS.*, ad d. 7 Oct., tom. III, p. 863 sqq.

23° Passio Stae Margaretae virginis (fol. 131v-135r).

Edita apud Mombritium, tom. II, stylo tamen mutato.

24° De vita et actibus S. Nicetii episcopi Treverorum libellus sumptus ex libro miraculorum Gregorii Florentii, Gregorii Turonicae ecclesiae episcopi (fol. 135v-138r).

Vita edita apud Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. I, p. 191 sqq. In cod. ad. sub fin. clausula de qua ibid., p. 194, *a*.

25° Vita S. Ambrosii episcopi (fol. 138v-146v).

Vita auctore Paulino edita apud Migne, P. L., tom. XIV, p. 27 sqq.

26° Vita S. Antonii monachi (fol. 147v-169v).

Vita auctore S. Athanasio edita in *Act. SS.*, ad d. 17 Jan., tom. II, p. 120; in cod. prol. om.

27° Vita S. Egidii abbatis (fol. 169v-173v).

Edita ibid., ad d. 1 Sept., tom. I, p. 299 sqq. In cod. scriptum est: *Incipit prologus Fulberti Carnothensis episcopi in vita S. Egidii abbatis.*

28° Vita S. Fulgentii Ruspensis episcopi (fol. 173v-190r).

Edita ibid., ad d. 1 Jan., tom. I, p. 32 sqq.

29° Vita S. Columbani abbatis et confessoris (fol. 190r-205v).

Vita auctore Jona edita apud Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 5 sqq. In cod. omm. numm. 47, 50-53; et prologo inserta sunt ea quae in editis in epistola dedicatoria relata sunt.

30° Vita S. Hylarionis monachi (fol. 205v-214r).

Vita auctore S. Hieronymo edita apud Migne, P. L., tom. XXIII, p. 29 sqq.

31° Vita S. Symeonis monachi (fol. 214r-220v).

Edita in *Act. SS.*, ad d. 1 Junii, tom. I, p. 89 sqq. In cod. omm. prol., numm. 27, 28, 29 (inde ab *Adalmannus*), 30-32, 34; add. vero ex Miraculis ibid. edit., pp. 100, 101, numm. 35, 37, 38, 40, 41.

IV. Codex signatus num. 27, 221, 8401.

Foliorum 156, formae minoris (0m,236 × 0,165), lineis plenis stylo ferreo ductis, magna cum cura descriptus circa medium saeculum XI (1). Litterae initiales capitum ambitiose quidem, at rudi arte depictae et variis coloribus illitae sunt: quaedam, pretiosiores forsan, ornaverint folia nunc excisa, ut v. g. ante fol. 29; folia 10 et 11 manu recenti suppleta sunt. Demum in ultima membrana insiticia depingitur rota quaedam sub hac legenda: *Prima circumferentia hujus rotae continet VII petitiones orationis dominicae; secunda VII sacramenta ecclesiastica; tertia VII dona Spiritus sancti; quarta VII arma justitiae spiritualia; quinta VII opera misericordiae duplicata; sexta VII virtutes principales; septima VII vitia capitalia, id est mortalia.*

1° [Officium S. Gisleni] (fol. 1r-7v).

Officium neumatibus notatum, editum in *Anal. Boll.*, tom. V, p. 289-294.

(1) V. *Anal. Boll.*, tom. V (1886), p. 210.

2° Vita S. Gisleni confessoris Christi (fol. 8r-23v).

Edita in *Act. SS.*, ad. d. 9 Oct., tom. IV, p. 1030-1034.

3° Vita S. Gisleni confessoris Christi (fol. 23v-61v).

Edita in *Anal. Boll.*, tom. cit., p. 212-239.

4° [Sermo super miracula ipsius] (fol. 62v-71v).

Editus ibid., p. 239-244.

5° Miracula quae per sanctum virtus operata est divina (fol. 71v-143r).

Edita ibid., p. 245-288.

6° [De instauratione Cellensis monasterii S. Gisleni] (fol. 144r-155v).

Narratio desumpta ex Vita S. Gerardi Broniensis abbatis, et cum eadem edita in *Act. SS.*, ad d. 3 Oct., tom. II, p. 300-313, num. 41-58. Incipit cod. *Eidem igitur duci Gisleberto;* desinit autem *et emicat lux peregrina.* Reliqua desunt in cod. mutilo.

V. Codex signatus num. 30, 196, 8439.

Foliorum 137, formae mediae (0m,33×0,232), binis columnis, lineis graphide ductis, nitide exaratus saeculo XIII jam adulto. Tituli rubricati sunt; litterae majores alternis vicibus rubro caeruleoque colore depictae sobrie ac eleganter exornatae sunt. In margine superiori Vitarum tituli litteris vicissim rubro caeruleoque deductis inscripti sunt. Fol. 1r in margine superiori manus recentior notavit : *Monasterii S. Foillani apud Reuxium.*

1° Passio S. Foilani (fol. 1r-7v).

Passio auctore Philippo de Harveng edita ex hoc cod. in *Act. SS.*, ad d. 30 Oct., tom. XIII, p. 408 sqq.

2° Miracula beati Foilani martyris (fol. 7v-14v).

Narratio auctore Hillino edita ex hoc cod. ibid., p. 417 sqq.

3° Item tractatus in vita beati Foilani (fol. 14v-16v).

Editus ope hujus cod. ibid., p. 385 sqq., in cod. mutilus est. Vid. ibid., p. 388, num. 6 inter lect. var.

4° Vita et passio S. Arnulphi episcopi et martyris (fol. 17r-17v).

Fragmentum vitae S. Arnulphi episcopi edit. in *Act. SS.*, ad d. 18 Julii, tom. IV, p. 401, numm. 20, 21. In cod. post *vitam duxit* add. sequentia :

Sed et hoc, quia omnium rerum vicissitudo est, defuncto atque sepulto, quasi fraterno destituta solatio in cilicio et cinere lugens jugiter permansit et

plurimo abstinentiae genere corpus carnemque suam multavit. Diebus dominicis hordeaceo tantum pane vescebatur, et in pascha aliisque praeclaris solemnitatibus fabis ac siliquis pro magnis deliciis utebatur. Fulsit quoque miraculis inclita et adveniente obitus sui die feliciter ad Dominum migravit gloriosa. Haec omnia tuae potentiae praeconia, tu Domine pater in servis tuis mirabilis mirabiliter operaris ad gloriam nominis tui et ad laudem unigeniti filii tui redemptoris nostri cum quo et cum Spiritu sancto vivis et regnas per secula seculorum. Amen.

5° Vita vel actus almi pontificis Remacli, quod est tertio nonas septembris (fol. 17v-20v).

Edita ope hujus cod. in *Act. SS.*, ad d. 3 Sept., tom. I, p. 692 sqq.

6° De miraculis ejusdem patroni nostri Remacli (fol. 20v-31v).

Edita in *Act. SS.*, ibid., p. 696 sqq. — In cod. narratio initio mutila incipit: *vocibus ita ut omnes* (num. 6 med.,) om. prologus lib. II ac post num. 11 sequitur num. 66, deinde, sed contracte styloque mutato, numm. 15 et 16, 13 et 14, 22-25; reliqui omm.

7° Vita beati Algisi (fol. 31v-36v).

Edita ex hoc cod. ibid., ad d. 2 Junii, tom. I, p. 223 sqq.

8° Textus descriptionis vitae venerabilis Pecinnae virginis (fol. 36v-40r).

Edita ibid. ope hujus cod., ad d. 25 Junii, tom. V, p. 84 sqq.

9° Passio S. Salvii episcopi et martyris (fol. 40r-47v).

Vita auctore Philippo Bonae Spei edita apud Migne, P. L., tom. CCIII, p. 1303 sqq. Cfr. *Act. SS.*, ad d. 26 Junii, tom. V, p. 196, num. 2.

10° Conversio S. Cypriani (fol. 47v-51v).

Edita apud Martene, *Thesaurus Novus*, tom. III, p. 1621 sqq.

11° Confessio vel paenitentia S. Cypriani martyris (fol. 51v-60r).

Edita ibid., p. 1629 sqq.

12° Passio S. Cypriani et Justinae atque Theoctisti (fol. 60r-62r).

Edita ibid., p. 1645 sqq.

13° Vita vel passio Stae Katherinae virginis (fol. 62r-75v).

Edita in *Act. SS. Hiberniae*, p. 681 sqq. In cod. omm. prol. ac num. 42.

14° Vita S. Bernardi primi Clarevallis abbatis (fol. 75v-137v).

Edita in *Act. SS.*, ad d. 20 Aug., tom. IV, p. 256. Cod. aliquam affinitatem habet cum codice Bruxellensi n° 428-42 (vid. *Catal. codd. hag. bibl. reg. Brux.*, Part. I,

tom. I, p. 235, 1°); deinde in cod. om. praefatio Gaufridi in librum III, inter foll. 124 et 125 folium unum avulsum est; in fin. cod. mutilus desinit: *Barrum super Albam dicitur oppidum, tribus ut aiunt leugis* (num. 230 med.)

VI. Codex signatus num. 35, 355, 8426.

Foliorum 145, formae majoris (0^m,40 × 0,274), binis columnis, lineis graphide ductis nitide exaratus saec. XIII. Tituli rubricati sunt, unum tamen excipias qui viridi adhibito colore descriptus est.

Ad depingendas majores litteras, quae fere omni ornatu carent, rubrum caeruleum, viridem ac subcinericium colorem scriba usurpavit.

Hoc codice, in quo praeter alia quaedam documenta contenti sunt *Actus sanctorum Patrum a Postumiano monacho editi*, usus est Rosweydus noster (1) ad edendum eximium opus quod inscribitur *Vitae Patrum*.

Codicis origo innotescit ex notis sequentibus : fol. 1^r in ima margine scriptum est: *Liber beatae Mariae de Camberone;* fol. 145^v *Liber sanctae Mariae de Camberone, quem qui abstulerit anathema sit;* aliquoties in ima foliorum parte: *de Camberone.*

1° Vita beati Pauli primi heremitae edita a sancto Jheronimo (fol. 72^r-75^r).

Edita apud Rosweydum, p. 17 sqq.

2° Vita S. Antonii monachi (fol 75^r-93^v).

Ibid., p. 35 sqq.

3° Vita beati Hylarionis (fol. 93^v-101^v).

Ibid., p. 75 sqq.

4° Jheronimus de quodam captivo monacho (fol. 101^v-104^r).

Ibid., p. 93.

5° Narratio Leuntii episcopi de vita S. Johannis Alexandriae archiepiscopi (fol. 114^r-135^v).

Ibid., p. 178 sqq. — Post Vitam haec scripta sunt: *Expliciunt Acta S. Johannis quae quidem praetermissa fuerant a Johanne atque Sophronio viris illustribus qui ejus vitam conscripserunt; sed postmodum Leuntius episcopus Neapoleos Cyprorum insulae ea studiose supplevit. Cujus narrationis * sanctissimus ac ter beatus domnus Nicholaus ** papa ad multorum edificationem Anastasio peccatori interpretari praecepit.*

* *In marg. manus recentior corr.* narrationem.
** *Cod.* Nichoaus *add. a corr. littera* l *supra lin.*

(1) *Prolegomena*, p. LXXIII.

6° Vita S[tae] Paulae edita a beato Jheronimo presbitero (fol. 135v-145v).

Edita ibid., p. 401 sqq.

VII. Codex signatus num. 56, 115, 8456.

Foliorum 80, formae minoris (0m,174 × 0,12), lineis plenis graphide ductis exaratus saec. XIII. Tituli rubricati sunt, itemque litterae majores. Fuit olim S[tae] Mariae de Bona Spe in partibus Hannoniae. Etenim foll. 1v, 2r haec scripta sunt : *Liber sanctae Mariae de bona Spe. Servanti benedictio. Tollenti maledictio. Fiat, fiat. Amen.*

1° Vita beatae Mariae Egypciacae versifice edita ab Hildeberto Cenomanensi episcopo (fol. 48r-78v).

Edita apud Migne, P. L., tom. CLXXI, p. 1321 sqq.

2° Passio beati Laurentii martyris (fol. 78v-79v).

Edita ibid., p. 1607 sqq.

3° Epytaphium Frederici Leodiensis episcopi (fol. 79v-80r).

Editum in *Act. SS.*, ad d. 27 Maii, tom. VI, p. 725, num. 3.

VIII. Codex signatus num. 82, 19, 8432.

Papyraceus foliorum 328, formae minoris (0m,24 × 0,154), fuit olim *Carmeli Montensis ad Sanctum Albertum* praebetque varia documenta saec. XVIII in unum collecta a R. P. Philippo a Visitatione (1), quibus et sanctorum Ordinis Carmeli

(1) Fol. 326v. Ac de illo Philippo haec in cod. relata sunt :

P. Philippus a Visitatione, alias Vifquin, natus anno 1624, septemb. 24. Professus Carmel. 1643 in april.

1660 Valen. in templo PP. Dominicanorum orationem latinam memoriter pronuntiavit de laudibus et in die S. Thomae Aquinatis 4 aut 5 martii. Deinde eodem anno

1660 fit prior Arlunensis et prius [scilicet Arluni erat] supprior et collegii praefectus.

1665 * octob. 3, P. Philippus a Visit. prior March. interfuit cong. Brug. * *corr.* 1666.

1667 maii 6, P. Philippus a Visit. defunctus officio prioratus Marchianensis.

1670-2 maii fit supprior Vallenc.

1673 april. 28, P. Philippus a Vis. fit definitor Vall. et deputatur ad describenta * miracula superventura. * *sic*

1674 april 22 P. Philippus a Vis. definitor in definit. Val. Tertiariorum.

1676 mai 12 P. Philippus definitor in definito. Bonae-Spei deputatur ad scribendam regulam Tertiariorum et Vitas SS. Carmeli.

Vita, atque historia nonnullarum domorum in Belgio illustrari possunt, praecipue tamen conventus Valencenensis, Arlunensis ac Marchianensis.

1° Vitae B. Petri Thomae Carmelitae episcopi et confessoris epitome collecta per P. Philippum etc. (fol. 257r-283v).

Vita auctore Luca Waddingo edita apud Danielem a Virgine Maria, *Speculum Carmelitanum*, tom. II, p. 199 sqq. — Ad Vitae calcem ascripta est haec nota: *Ideoque Bruxellis, Antverpiae, Valencenis et in aliis Belgii urbibus communi sententia medicus pestis non frustra invocatur.* Fol. vero 284v: *Offertur hujus vitae delineatio cuivis Carmelitae per eum idiomate gallico nitide describenda etc. Si vero nemo velit sibi et illi sancto honorem facere, istam totam vitam cupit sibi restitui F. Philippus a Visitatione.* Tandem fol. 285v: *Nota, amice lector, septem has sequentes vitas esse scriptas manu propria R. P. Richardi Ruclot, provincialis, qui peragrata Italia et aliis regionibus plurima documenta et optima monumenta sibi comparaverat; ideoque illius manuscripta fide digna sunt, illisque uti possis sine suspicione doli et erroris etc.*

2° Vita S. Andreae episcopi Fesulani et confessoris Ordinis Carmelitarum. Ex Surio, processu canonizationis relato a Bzovio et antiquo manuscripto anonymo (fol. 286r-292v).

Edita in *Act. SS.*, ad d. 30 Jan. tom. II, p. 1073 sqq.; in cod. om. prol., at quaedam miracula in fine add.

3° Vita S. Petri Thomae patriarchae Constantinopolitani et confessoris Ordinis Carmelitarum. Ex Philippo Mazerio cancellario regis Cipri, F. Joanne Hildesheimensi Carmelita ejus quondam discipulo et novo cerimoniali in additionibus ad martyrologium (fol. 293r-300r).

Vita diversa ab eis quae editae sunt apud Danielem, tom. cit.

Inc. *Petrus Thomas ex ducatu Aquitaniae, Petragoricensi provincia, villa quae dicitur Galinosa, dioecesis Sarlatensis, erat oriundus et de parentela inferiori.*

4° Vita S. Avertani confessoris Ordinis Carmelitarum. Ex Bzovio et antiquo manuscripto anonymo (fol. 300v-301r).

Breviarium Vitae. De hoc sancto actum est in *Act. SS.*, ad d. 25 Febr., tom. III, p. 616 sqq.

1683 eligitur et confirmatur prior Montensis. Perseverat prior Montensis 1684, 1685, 1686, 1687.

5° Vita S. Cyrilli Constantinopolitani confessoris et doctoris Ordinis Carmelitarum. Ex Paleonidoro, novo breviario et cerimoniali in additionibus ad martyrologium et aliunde (fol. 301ᵛ-302ᵛ).

De S^to Cyrillo actum est in *Act. SS.*, ad d. 6 Martii, tom. I, p. 498 sqq.

6° Vita S. Bertoldi confessoris primi generalis Ordinis Carmelitarum. Ex Paleonidoro et Alphonso de Matre Dei et S. Cyrillo (fol. 303ʳ-303ᵛ).

De hoc viro beato actum est in *Act. SS.*, ad d. 29 Martii, tom. III, p. 791 sqq.

7° Vita S. Angeli martyris et fratris ejus uterini S. Joannis patriarchae Hierosolymitani et confessoris Ordinis Carmelitarum. Ex Nicodemo et Enoch patriarchis Hierosolymitanis, Bapt. Mantuano, Bzovio et novo breviario (fol. 304ʳ-308ʳ).

De hoc sancto actum est in *Act. SS.*, ad d. 5 Maii, tom. II, p. 56 sqq.

8° Vita S. Simonis Stokii confessoris Ordinis Carmelitarum. Ex magistro R. Patre Rolando Bouchier et Nicolao Harlemio, Menaldo scribentibus ad 1513 (fol. 308ᵛ-320ʳ).

De illo sancto actum est in *Act. SS.*, ad d. 16 Maii, tom. III, pp. 653, 654, ac tom. VII, p. 790.

9° De S. Simone Stok. Ex scripto R. P. Richardi (fol. 311ʳ-311ᵛ).

10° Vita S. Alberti confessoris Ordinis Carmelitarum. Ex Joanne Maria Politano, Baptista Mantuano, Renato Benedicto et novo cerimoniali in additionibus ad martyrologium (312ʳ-320ʳ).

De sancto Alberto cfr. *Act. SS.*, ad d. 8 Aprilis, tom. I, p. 769 sqq.

11° Vita S. Brocardi confessoris Ordinis Carmelitarum. Ex S. Cyrillo, Paleonidoro, Alphonso a Matre Dei et aliis (fol. 320ᵛ-321ᵛ).

De eo in *Act. SS.*, ad d. 2 Sept., tom. I, p. 578 sqq.

12° Vita S. Theodorici confessoris Ordinis Carmelitarum. Ex Joanne Grossi, Paleonidoro et aliis (fol. 322ʳ).

Edita in *Act. SS.*, ad d. 15 Oct., tom. VII, p. 107, num. 3.

IX. Codex signatus num. 115, 199, 8461.

Foliorum 109, formae majoris (0m,314 × 0,222), lineis graphide ductis, binis columnis saec. XIII nitide exaratus. Tituli rubricati sunt, litterae majores saepius rubro caeruleove colore, aliquando viridi descriptae, parce nec ineleganter exornatae sunt. Fuit olim S. Mariae de Camberone in partibus Hannoniae. Non semel enim in ima foliorum margine haec aut similia scripta sunt : *Liber beatae Mariae de Camberone* (1).

In cod. praeter opus *Pantatericum magistri Petri* (2) *quod intitulatur Aurora* contenta sunt :

1° Versus domni Hildeberti episcopi Cenomannis super vita sanctae Mariae Egyptiacae (fol. 81r-86r).

Editi apud Migne, P. L., tom. CLXXI, p. 1321 sqq.

2° Vita et passio S. Lamberti episcopi et martyris (fol. 87v-104r).

Vita auctore Nicolao edita in *Act. SS.*, ad d. 17 Sept., tom. V, p. 603 sqq.

3° Passio beati Thomae Cantuariae archiepiscopi ab eodem edita cujus brachium in occisione ejus amputatum est et per eumdem consolidatum est (fol. 104v-109r).

Vita auctore Everardo edita apud Martene, *Thesaurus Novus*, tom. III, p. 1737 sqq.

X. Codex signatus num. 108, 222, 4572.

Foliorum 143, formae minoris (0m,193 × 0,125), lineis plenis graphide ductis saec. XIII exaratus. Tituli rubricati sunt itemque litterae majores, duabus tantum exceptis, quae viridi colore depictae sunt. Fol. 143r scripta sunt sequentia : *Liber sanctae Rictrudis Marchianensis, si quis eum furatus fuerit ; anathema sit. Amen.* His unde sit codex novimus. Ad hagiologiam quod spectat haec in eo contenta sunt :

1° Liber miraculorum Dei genitricis Mariae (fol. 1v-41v).

Relata sunt varia prodigia quae erga sibi devotos operata est beatissima Virgo,

(1) Scriba dum singulis foliis numeros ascripsit non semel erravit. — (2) Hujus Petri de Riga operis prologus et excerpta quaedam edita sunt apud Migne, P. L., tom. CCXII, p. 17 sqq.

inter ea vero illud de quo actum est in *Catal. codd. hagiogr. bibliot. reg. Brux.*, Part. I, tom. I, p. 21, 118°, ac *Publica Theophili paenitentia et satisfactio, qui Christum abnegaverat et veniam beatae Mariae interventu promeruit.* Cfr. ibid., tom. II, p. 32, 15°.

2° Hic referuntur pauca de ipsius Odonis vita vel moribus (fol. 75r-77v).

Epistola Amandi edita in *Act. SS.*, ad d. 19 Junii, tom. III, p. 911 sqq.

3° Epistola de miraculis abbatis Clarevallis (fol. 78r-81v).

Epistola Gaufridi ad Archenfredum edita in *Act. SS.*, ad d. 20 Aug., tom. IV, p. 349 sqq., num. 348 sqq.

4° Vita domni Anselmi archiepiscopi Cantuariensis (fol. 82r-142r).

Vita auctore Eadmero edita in *Act. SS.*, ad d. 21 Aprilis, tom. II, p. 866 sqq.

XI. Codex signatus num. 222, 229, 4587.

Foliorum 91, formae mediae (0m,234 × 0,165), lineis plenis graphide ductis, exaratus saec. XIII. Tituli ac litterae majores rubricata. In Vita tamen S. Johannis litterae rubro viridique colore depictae parco quidem sed non ineleganti ornatu sunt decorae.

1° Dulcis et egregii Gisleni vita patroni Ad laudem Domini sic incipit omnipotentis (fol. 1r-23r).

Edita ope hujus cod. in *Anal. Boll.*, tom. V, p. 212 sqq.

2° Sermo super miracula ipsius (fol. 23r-28v).

Edit. item ibid., p. 239 sqq.

3° Miracula S. Gisleni (fol. 28v-67v).

Edit. item ibid., p. 244 sqq.

4° Vita S. Joannis evangelistae (fol. 68r-91v).

Post prologum, editum ap. Migne, P. G., tom. V, p. 1239, occurrit narratio interpolationibus plurimis omni pretio carentibus aucta martyrii S. Johannis ante portam latinam; cui dein subnectuntur, incipiendo a verbis : *Occurrit autem illi omnis populus* (fol. 83v), ea quae inter spuria sancti Melitonis opera edita sunt apud Migne, l. c., p. 1241-1250.

VITA S. LUDOVICI

EPISCOPI TOLOSANI

conscripta a IOHANNE de ORTA

SYNCHRONO ET OCULATO TESTE.

A maioribus nostris prelo excusa est S. Ludovici, episcopi Tolosani, *Vita, auctore anonymo synchrono, qui Sancto familiaris fuit, a Fratre Henrico Sedulio Ordinis FF. Minorum edita* (1); quae primum prodierat *Antverpiae ex officina Plantiniana anno 1602 apud Joannem Moretum* (2). Qua autem ratione hanc Vitam e Lovaniensi FF. Minorum bibliotheca comparatam concinnaverit, suo ipse Sedulius opusculo praefatus est : *Capita quae ille* [anonymus scilicet] *septem tantummodo posuit, ordinis gratia aptioris, et vitandi ex nimia longitudine fastidii, disparavi in viginti duo. Denique secutus historiae fidem, aptius (meo quidem judicio) singula disposui, monitis salutaribus et sententiis ornans, paulo meliorem feci latinioremque* (3).

Hunc textum Sedulianum, quoniam prioris anonymi haud nacti erant (4), tamquam gravissimum S. Ludovici Tolosani vitae documentum protulerunt. Nobis vero Mediolani Ambrosianam bibliothecam scrutantibus contigit reperire textum aliquem, saeculo XIV exaratum, quem nullo negotio perfecte convenire agnovimus cum descriptione, quam Sedulius, auctorem anonymum commendaturus, in praefatione sua expressit. Sic, inter alia, testimonium anonymi, quo sibi legentium fides concilietur et quod Sedulius ad verbum recitavit, occurrit in exemplari Ambrosiano prorsus idem : *Ipsius gesta, non quidem omnia, quia nec omnia ego didici, aut scire potui ; sed aliqua, quae partim in ejus domo et societate existens, oculata fide perspexi : partim a quibusdam viris fide dignis auditu percepi, ad Dei et sancti gloriam exponere decrevi* (5). Immo uterque textus, Sedulianus nempe et anonymi Ambrosiani, diligentius inter se collatus, adeo concordat, licet ordine saepe inverso et immutato stylo, ut plurimis (non omnibus) capitulis, in quos divisa est vita Sedulii, prout in *Actis SS.*, loc. cit., praesto est, apponi possint affines particulae anonymi manuscripti. Codex ille membraneus, signatus in bibliotheca Ambrosiana N. 39, foliorum 42, formae minoris (0^m,161 × 0^m,119), lineis plenis et scriptura gothica cursiva, spissa et mediocri, exaratus est. Vita

(1) *Act. SS.*, ad d. 19 Augusti, tom. III, p. 806-22. — (2) Ibid., p. 805, n. 146. — (3) Ibid., p. 806, Vita n. 3. — (4) Ibid., p. 805, n. 146. — (5) Ibid., p. 806, Vita n. 4.

anonymi synchroni de qua agitur prodit a fol. 5v ad fol. 24v, sine titulo, et remansit infecta. Desunt multa miracula et quae initio promiserat auctor de canonizatione et translatione S. Ludovici. Praeterea innumera sunt menda, quae librarii inscitia vel segnitie exciderunt. Quae singula notare supervacaneum profecto duximus.

Meliorem eiusdem vitae textum prae manibus habuit et abunde usurpavit R. D. V. Verlaque, novissimus S. Ludovici Tolosani historiographus (1). Est enim, inter Britannici Musaei addita manuscripta, codex signatus n° 23775, membraneus, foliorum 90, formae minoris (0m,162 × 0m,117), bellissima medii saeculi XV scriptura italiana, cursivam saeculi XI imitante, exaratus, praemissis tribus foliis chartaceis. Initiales capitulorum litterae venuste depictae sunt inaurataeque. Continet autem : 1° Compendium Vitae S. Ludovici Tolosani (fol. 3r-fol. 12v), quale fere occurrit in Officiis propriis FF. Minorum ; 2° ipsam eiusdem sancti Vitam (fol. 12v- fol. 74r).

Ambo documenta titulo carent; sed toti codici praefixus est hice longiusculus titulus :

Vita Sti Ludovici Episcopi
Tholosani filii Caroli secundi
Siciliae Regis
profuse et accurate conscripta
a Ioanne de Orta de Civitate Trani
Apulo eius Archidiacono Eleemosinario
Capellano domestico ac familiari
et aliquandiu confessario
synchrono et oculato teste.

Et infra : *Bibliothecae serenissimi Alphonsi Aragonum et Siciliae Regis* (2) *numo 33.*

Iam vero cum haec verba profuse et accurate conscripta compendium designare nequeant, ratum est hunc titulum ad posteriorem Vitam, multo longiorem, duntaxat pertinere. Ceterum in sola posteriore Vita auctor loquitur tamquam synchronus et oculatus testis.

Hoc exemplar integrum est et emendate transcriptum. Id si exceperis, plane consentit cum apographo Ambrosiano, quod, ut supra asseruimus, nihil aliud est quam textus anonymi Seduliani. Ac proinde iste anonymus et Iohannes de Orta sunt unus idemque. Aliter opinatur R. D. V. Verlaque negatque, si mentem ejus recte assecutus sum, ullam inter hos duos auctores vigere propinquitatem (3).

(1) *Saint Louis, prince royal, évêque de Toulouse et la famille d'Anjou au XIIIe siècle d'après des documents inédits.* Paris [1885], in-12°, pp. XI-199. — (2) Conicio hunc esse Alphonsum V, qui, anno 1423 Massilia expugnata, sancti Ludovici reliquias, pro sua erga eum devotione, Valentiam transtulit. Cfr. *AA.SS.*, tom. cit., p. 799, n. 121. — (3) *Nous avons confronté le texte des Bollandistes avec celui de Jean de Orta, pour nous assurer si cet auteur inconnu ne serait pas le même que ce dernier. Le manuscrit de la Bibliothèque de Louvain* (nempe ano-

Ne vana disputatione intricemur, edendo Vitam Iohannis de Orta eamque pro more nostro in §§. dispertiendo, inter uncos iuxtaposui numeros textus Seduliani, prout in *Actis SS.* (1) in promptu iacet. Ita facili examine constabit utrum anonymus ille, utut a Sedulio vestitus comptusque, sit necne Iohannes de Orta ipsemet. Patebit etiam quantum et quam immerito Sedulius ex anonymo omiserit: verbi gratia, enarrationem itinerum, quae S. Ludovicus ultimo vitae biennio fecit (n. 46 infra) et multa passim nomina, uti dicimus, propria. Rerum autem additamenta Seduliana fere unice inter miracula invenies.

Extat tandem in Britannici Musaei Cottonianis pluteis, codex signatus Cleopatra B. II, foliorum 233, formae minoris (0m,204 × 0m,133), partim membraneus, partim chartaceus, tum plenis lineis, tum columnis binis, saeculis XIV et XV, scriptura gothica cursiva exaratus. Post varias lacinias ita simul compactas et quae ad FF. minorum sanctos attinent, occurrit sine titulo eadem, de qua iam supra, Vita S. Ludovici Tolosani, binis columnis, saeculo XV exscripta a fol. 186v-209v chartaceis. Sat spatii vacat ad rubricandum longiusculum titulum. Hactenus plane consentit cum exemplari Ambrosiano et altero Musaei Britannici. Sed post ipsam Vitam, nimirum a fol. 207v-212v, *sequuntur aliquot miracula quae Dominus sua solita clementia per servum suum Ludovicum operari dignatus est, sufficienter examinata et testibus fide dignis cum iureiurando comprobata. Quorum priora sunt facta quattuor in vita sua, reliqua post mortem*; ita ut hoc apographum omnino conspirare videatur cum Sedulii exemplari descripto in *Act. SS.*, loc. cit., p. 806, n. 148. Haec autem miracula Appendicis instar Vitae adiungemus.

Porro publici juris genuinam Iohannis de Orta narrationem faciendo, signamus 1, propter rationes iam indicatas, codicem Britannici Musaei, Add. 23775; 2, Ambrosianum N. 39; 3, Britannici Musaei Cottonianum Cleopatra B.II. Animadverti quoque velim in cod. 2 ordine inversa esse ab amanuensi capita V et VI et desiderari articulos infra designandos 54-58, 60-65, 67, 68 et 70-75.

Quod ad ipsum Iohannem de Orta spectat, praeter ea quae in titulo supra tradita sunt, quis fuerit, sub modio adhuc latet. Vitam S. Ludovici Tolosani, regnante Iohanne XXII, conscripsit vel saltem perfecit (2). Iohannes autem electus est papa, anno 1316; insequenti anno, promulgavit bullam canonizationis S. Ludovici episcopi Tolosani (3). Inter hanc bullam, quae est quoddam quasi huius sancti Vitae breviarium, et ipsam Iohannis de Orta narrationem tanta est similitudo ut vel leviter inspicienti liqueat alterum altero large usum esse, nisi uterque ex processibus antea institutis, eadem mirum in modum seligendo, penus suum deprompserit.

Restat ut gratias R. D. A. Ratti, Ambrosianae bibliothecae Doctori, referamus, qui, qua est humanitate, textum cum Ambrosiano apographo diligenter contulit.

nymi Seduliani) *a subi de telles modifications en passant par les mains de Sedulius, que nous pouvons dire que ces deux Vies n'ont rien de commun.* Haec ille, libro cit., p. xi, nota. — (1) Loc. cit., p. 807-822. — (2) Cfr. infra n. 18 et *Act. SS.*, loc. cit., p. 810, nota e. — (3) Cfr. hanc bullam apud H. Sedulium, *Historia Seraphica*, p. 322-325.

VITA S^{TI} LUDOVICI EPISCOPI

TOLOSANI FILII CAROLI SECUNDI

SICILIAE REGIS

PROFUSE ET ACCURATE CONSCRIPTA

a Iohanne de Orta de Civitate Trani

APULO EIUS ARCHIDIACONO ELEEMOSINARIO

CAPELLANO DOMESTICO AC FAMILIARI

ET ALIQUANDIU CONFESSARIO

SYNCHRONO ET OCULATO TESTE.

* Incipit prologus [1]. * f. 12v

1. Scripturus vitam beati antistitis Ludovici inhabitatorem [2] eius invoco Spiritum [3] sanctum ut qui ei virtutes largitus est, mihi ad narrandum eas sermonem tribuat et sua clementia vires praebeat, quas mea imperitia denegat. Licet enim [4] in me non [5] abundet scientia, nec suppetat [6] facundia ad huius sanctissimi viri mirabilia, prout condecet, depromenda; inductus tamen tam devotione, qua * ipsi sancto ex * f. 13r pluribus beneficiis et suffragiis per eum receptis obligor [7], quam et [8] requisitione quorundam virorum valde sollemnium, quibus oboedire ex caritate compellor, ipsius gesta, non quidem omnia, quia nec [9] ego omnia didici aut scire potui, sed aliqua pauca [10], quae partim in eius domo et societate existens oculata fide perspexi, partim a quibusdam viris fide dignis auditu percepi, ad Dei et sanctissimi sui [11] gloriam exponere [12] decrevi in [13] sermone quidem [14], licet rudi ac simplici, brevi tamen admodum et veraci.

Ut autem [15] quae sequuntur facilius se offerant requirenti, septem [16] infra positis capitulis sunt distincta.

Agitur enim primo de ipsius nobili origine et sacrae vitae incohatione.

Secundo de orationis gratia et eius reverentia [17] ad divina.

Titulus *om.* 2, 3.

Num. 1. — [1] (i. p.) *om.* 1, 3. — [2] habitatorem 1, 2. — [3] ipsum 2. — [4] autem 3. — [5] nec 2. — [6] suppeditet 1; suspectat 2. — [7] (ipsi-obligor) ipsi obligor ex pluribus... 1. — [8] *om.* 1, 3. — [9] (q. n.) quorum 3. — [10] *om.* 3. — [11] viri 3. — [12] explanare 3. — [13] *om.* 1, 3. — [14] *om.* 2; quodam 3. — [15] ea 2. — [16] *om.* 2. — [17] (e. r.) r. e. 3.

* f. 13v * Tertio de mira eius [18] scientia ac sapientia et de [19] discreta prudentia.

Quarto de eius fervida caritate et [20] austeritate vitae [21] et [22] pietate.

Quinto de ipsius profunda et admiranda humilitate.

Sexto de eius felici obitu et consummatione.

Septimo de ipsius miraculis [23], canonizatione et translatione.

Explicit prologus [24].

Incipit vita beatissimi Ludovici episcopi et confessoris incliti, regis Siciliae, Karoli videlicet secundi, filii primogeniti, ordinis minorum fratrum professoris et alumni devotissimi.

Et [1] primo de ipsius nobili origine et sacrae vitae incohatione [2]. Primum capitulum [3].

2. [1] Ludovicus, fidelis Christi [1] famulus humilisque Francisci discipulus, Dei summi sacerdos et pontifex sanctus, ex patre Karolo secundo [2], rege Siciliae, a regibus Francorum ducente originem [3], matre vero Maria, regis Ungarorum [4] filia, exortus est. Cuius felices parentes, cum in primo [5] iuventutis suae [6] flore felicem hunc filium feliciter genuissent, ob devotionem beati * Ludovici Francorum regis, sanctitatis eius et morum imitatorem eum esse vehementius [7] affectantes [8], ipsum vocari Ludovici vocabulo censuerunt [9]. Et recte [10] divina operante providentia hoc factum est in futurorum praesagium meritorum, ut scilicet diceretur Ludovicus, qui erat futurus lucidus fama, dotandus sapientia, vividus Christi gratia, custodiendus divina providentia [11] lucisque [12]

(* f. 14r)

— [18] ipsius 2. — [19] *om.* 1, 3. — [20] *om.* 1, 3. — [21] (a. v.) v. a. 3. — [22] ac 2. — [23] (i. m.) m. i. 3. — [24] (e. p.) *om.* 1, 3.

Tit. — [1] (incipit-devotissimi et) *om.* 1, 2. — [2] (primo-incohatione) *om.* 1. — [3] (p. c.) *om.* 1, 2.

Num. 2. — [1] (f. Ch.) Ch. f. 1. — [2] *om.* 1. — [3] progeniem 1, 3. — [4] Ungariae 2. — [5] (i. p.) *om.* 3. — [6] (i. s.) suae ipsius iuventutis 3. — [7] vehementer 2, 3. — [8] affectabant 1, 2. — [9] consueverunt 2; voluerunt 3. — [10] *om.* 1; recta 2. — [11] clementia 3; vel clementia *add.* 2. — [12] spiritualis *add.* 3.

daturus exempla [13], docturus sacra [14] vitae spiritualis subsidia et custodiae pastoralis praesidia saeculo praebiturus. Puer igitur Ludovicus, in nobili corpore sortitus animam bonam, ad corpus incoinquinatum accessit. In ipsaque [15] pueritia non pueriliter vixit; sed, ab ipso pueritiae suae [16] tempore cor gerens senile aetatemque moribus transiens, nulli dedit animum [17] voluptati. Quin immo a primis fere annis divinam potius servitutem sacra illustris pueri * infantia aspiravit. Quasi etenim alter Salomon puer [18] existens optavit et datus est ei sensus. Invocavit [19] et [20] in eum sapientiae et intellectus [21] spiritus supervenit.

* f. 14v

3. [2] Unde cum alii pueri, qui secum nutriebantur, interdum more puerili puerilibus iocis intenderent, ipse iam [1] non annis sed sensibus canus, divini amoris stimulos primitivos praesentiens, ludentium consortium fugiens, devotis orationibus aut [2] sacris actionibus insistebat.

Mirabile valde, sicut a serenissima domina regina, eius matre, et ab aliis, qui eius nutriendi curam habebant, didici, cum puerulus esset septem annorum et delicate, ut tanti regis filius, nutriretur, saepius lectum dimitteret et in tapetiis iacens inventus, et, quasi alter Iohannes Baptista *, in sua aetate puerili paenitentiam faciens, carnis delicias abhorrere coepit, eligens potius super humum quam in regali lecto dormire. Videbatur enim intellegere quod nondum legerat, illud videlicet sapientis verbum : *Adolescens iuxta viam suam gradietur; et cum senuerit, non recedet ab ea* [3].

* *cod.* Baptistita

Animusque [4] eius, circa monasteria aut circa ecclesias semper intentus, meditabatur adhuc in aetate puerili quae postea devotus implevit. Porro mansuetudinis [5] lenitas cum elegantia morum, patientia et tractabilitas ultra humanum modum, conversationisque [6] maturitas super puerilem statum, quibus puer bonae indolis Ludovicus certis florere

— [13] (l.-e.) *post verba* spiritualis subsidia *ponit* 3. — [14] sacrae 1, 3. — [15] ipsa namque 3. — [16] *om.* 2, 3. — [17] (d. a.) a. d. 3. — [18] *om.* 3. — [19] et invocavit 2, 3. — [20] *om.* 1; venit *add.* 3. — [21] internus 3.

Num. 3. — [1] (ipse iam) iam ipse 3. — [2] et 3. — [3] *om. hanc* § 1, 2. — [4] animus quoque 3. — [5] mansuetas 2. — [6] conversationis et 3.

* f. 15r * conspiciebatur indiciis, quaedam videbantur esse praeludia sanctitatis, quae [7] copiosior super eum foret in posterum divinae benedictionis gratia diffundenda [8]. Quoniam vero Dei erat non adulterinus, sed legitimus filius, necesse fuit ut eum tribulationis temptatio susciperet et electum suum tamquam aurum in fornace Dominus comprobaret.

4. [3-4] Ideoque [1] puerilibus annis more patriarchae Iacob simpliciter domi transactis, Deo disponente qui flagellat omnem filium quem recipit, cum iam annum quartum decimum attigisset, in Cataloniam est adductus et ibidem pro patris sui liberatione pacisque reformatione cum duobus suis germanis fratribus obses mansit. Ubi cum in [2] septem annis, quibus inibi obses fuit, plura adversa sustinuerit tam propter custodiae eorum securitatem, quam propter aliquorum * f. 15v custodum incurialitatem, * tamen [3] vultum semper hilarem et iucundum exhibens animo, re et signo [4] in omnibus, patientiam conservavit [5] aliosque suis sacris exemplis ac salutaribus monitis ad patientiam animavit. Unde et [6] aliquando quibusdam de sua tam iucunda et humili patientia in tot eius adversitatibus admirantibus et [7] requirentibus quomodo inter tot adversa sic hilaris posset esse, fertur vir [8] Dei taliter respondisse : *Tempus*, inquit, *adversitatis servis Dei multo est utilius quam tempus prosperitatis ad meritum conquirendum* [9]*; ideoque* [10] *in adversis est* [11] *potius quam in prosperis exultandum.* Pluries [12] quoque post suam liberationem [13] dixit quod pro toto mundo nollet [14] in illo carcere, qui sibi tam utilis [15] fuerat [16], non fuisse. Inducebat quoque [17] ad hoc illud psalmistae : *Laetati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala.* Dixit etiam quod numquam rogaverat [18] Deum pro sua liberatione, nisi semel * f. 16r cum condicione * si expediret animae suae. Necnon assere-

— [7] quod 1. — [8] diffundentia 2.

Num. 4. — [1] idem 1. — [2] *om.* 2. — [3] *om.* 3. — [4] (exhibens-signo) animo-exhibens 2, 3. — [5] conservans 2. — [6] *om.* 2. — [7] (a. e.) *om.* 1. — [8] virum 3. — [9] (quam-conquirendum) ad meritum conquirendum quam tempus prosperitatis 3. — [10] ideo 2. — [11] *om.* 1. — [12] pluribus 3. — [13] (s. l.) l. s. 2. — [14] *om.* 2. — [15] (s.-u.) tam utilis sibi 3. — [16] se *add.* 3. — [17] quippe 3. — [18] rogavit 1.

bat [19] quod in castro de Siurana [20], in quo quattuor annis detentus extiterat, bene et quiete manserat, nec umquam in detentione praedicta aut adversitatibus quibuscumque ibi [21] supportatis fuerat [22] fastiditus et statum illum desiderare adhuc etiam [23] videbatur.

5. [5] Licet autem in captivitate positus velut alter Tobias viam veritatis non deseruerit [1], disposuit tamen clementer divina providentia, quae ipsum ad altiora reservabat, afflictionem addere iam [2] afflicto ut variis pressurarum tunsionibus [3] in Domini [4] vas electum et admirabile formaretur. Incurrit igitur, in castro quod Siurana [5] dicitur existens [6], infirmitatem gravissimam in tantum quod sputum fetidum et sanguine corrupto [7] plenum emitteret et [8] ipsius pulmonem vulneratum fore [9] medici formidarent. In vigilia autem Purificationis beatae Mariae in tantum fuit infirmitas aggravata, quod fere fuit distillatione rheumatis suffocatus. * Videns igitur [10] se in tam arcto periculo positum, * f. 16v recurrens ad Deum intra se votum emisit, promisitque Deo et beatae Mariae Virgini [11] et beato Francisco quod, si ab huiuscemodi infirmitate liberaretur, fratrum minorum habitum assumeret et perseveranter in eo Domino deserviret [12]. Dei igitur et sanctorum, quos invocaverat, patrocinio liberatus ac sanitati plenarie restitutus, accepti beneficii non ingratus, in sequenti festo Pentecostes sancto inspiratus Spiritu [13], mane intrans eiusdem castri [14] capellam ad honorem beatissimae [15] Mariae Virginis [16] dedicatam [17], quod [18] prius voverat tacite, vovit expresse super altare, se ipsum offerens holocaustum Domino medullatum.

6. [6] Quadam autem die, dum [1] in praenominato castro de licentia custodum fuisset permissus una cum uno de duobus [2] fratribus suis ad hoc idoneo, videlicet Domino Roberto,

— [19] (n. a.) asserebat praeterea 3. — [20] Surana 3. — [21] inibi 2. — [22] (in-fuerat) ibi fuerit 1. — [23] et 2; (d.-e.) adhuc desiderare 3.

Num. 5. — [1] deseruit 1, 2. — [2] *om.* 2. — [3] mensionibus 1. — [4] Deum 2; domo *add.* 3. — [5] Surana 3. — [6] *om.* 3. — [7] (s. c.) sanguinem corruptione 3. — [8] ac 3. — [9] esse 1. — [10] itaque 3. — [11] *om.* 1, 2. — [12] serviret 3. — [13] (i. S.) S. i. 3. — [14] eodem castro 2. — [15] beatae 2. — [16] *om.* 2. — [17] (ad-dedicatam) *om.* 1. — [18] quam 2.

Num. 6. — [1] *om.* 1. — [2] *om.* 1, 2.

qui post modum ad regnum Siciliae gubernandum divina * f. 17r providentia est assumptus [3], armis assumptis * militaribus in equo cursum facere, sicut exercitantibus se in [4] militia moris extat [5]; hoc cum vir Dei acceptasset [6] pro consolatione praedicti fratris sui, ut creditur, qui se libenter in huiusmodi exercebat [7], cui vir dulcis et prudens, fraterne compatiens, saepe in iis et in aliis caritative et benigne, quantum bono modo poterat, condescendebat [8]. Custodibus vero [9] hinc inde cum reliqua familia in locis eminentioribus exercitium huiusmodi [10] expectantibus, subito equus, cui insedebat Ludovicus [11], licet esset magnus et fortis, in ipso cursu impingens cecidit; ipseque [12] simul cum equo cadens sic sub equo resupinus iacuit, quod equus, pedibus in [13] versus caelum [14] erectis spinaque [15] dorsi ad terram conversa, super ipsum in terra prostratum revolutus tribus vicibus se convertit. Liquefactis autem prae dolore vel [16] prae stupore potius [17] are- * f. 17v factis * cunctis, qui ad spectaculum convenerant, pro tam horrenda morte, qua talem ac tantum virum interfectum ac constrictum penitus aestimabant, subito sanctus vir surrexit de terra; tergensque faciem suam a pulvere qui sibi inhaeserat, contra spem omnium apparuit incolumis, et in nullo quicquam habens penitus laesionis. Quod [18] quidem cernentes et stupentes qui aderant, Deum pariter collaudarunt [19], quod [20] servos suos sperantes in se de immensis periculis mirabiliter [21] eruit et defendit.

7. [7] Vir autem Dei considerans profundius ex hoc facto hominis caducam fragilitatem Deique omnipotentis dulcissimam bonitatem; attendens quoque propensius iuxta dictum [1] propheticum, fallacem fore equum ad salutem, nec Dominum habere in equi fortitudine voluntatem sed potius super * f. 18r timentes eum esse * Domino beneplacitum et ipsum [2] in eis

— [3] (videlicet-assumptus) *om.* 1. — [4] *om.* 2. — [5] existit 3. — [6] attentasset 3. — [7] se exercebat 1. — [8] (bono-condescendebat) poterat, condescendebat bono modo 2; poterat bono modo condescendebat 3. — [9] *om.* 1. — [10] huius 1. — [11] *om.* 2. — [12] ipse 2; ipse quoque 3. — [13] *om.* 2, 3. — [14] (p.-c.) versus caelum pedibus 3. — [15] spina 3. — [16] et 2. — [17] (prae-potius) potius prae stupore 3. — [18] qui 2. — [19] collaudabant 3. — [20] qui 1, 2. — [21] *om.* 1.

Num. 7. — [1] Dei 2. — [2] in ipsum 2.

qui sperant super eius misericordia delectari, totis cordis medullis ad Deum sua vota convertit et ex alto [3] contempta fallacis saeculi pompa ac relicta caduci mundi militia, Christo Domino vero [4] qui solus habet immortalitatem, sicut iam [5] ante [6] animo devoto conceperat et expresso verbo [7] devoverat, statuit firmiter militare; et [8] ex tunc numquam arma portare nec equum [9] voluit equitare. Quin immo etiam postquam factus episcopus est [10], memor pauperis regis et humilis, caelestisque pontificis Christi Domini Nostri [11] qui asello paupere subvectus fuit, et vili [12] non quidem equo, sed super mulo parvi valoris et vilis pretii insidebat.

Capitulum secundum [1] de orationis gratia et eius reverentia ad divina.

8. *[8] Quoniam vero servus Altissimi Ludovicus unctione * f. 18v
eum docente interius sciebat devotum [2] spiritum caelesti sponso per orationis gratiam copulari; idcirco vehementius [3] sitiens Christi Iesu suavibus affici [4] gustibus dulcibusque constringi [5] complexibus, orationis studio tam publico quam privato nisus est se totum devotissime mancipare. Unde adhuc positus in habitu laicali officium diurnum pariter et nocturnum secundum consuetudinem sanctae [6] Romanae Ecclesiae impraetermisse ac integre et sine syncopa cotidie Domino persolvebat; multumque moleste ferebat et severe arguebat, si quem cerneret nimis festinare aut modo quolibet [7] divinum officium perturbare. Psalmos autem [8], quasi Deum praesentem haberet, cum mirando fervore spiritus [9] proferebat.* Orabat saepe et tam devote ut alios etiam [10] * f. 19r
indevotos ad devotionis gratiam excitaret. In omni quippe oratione sua vultum praetendebat placidum ac serenum, ut

— [3] (ex alto) extemplo 3. — [4] nostro 2; (D. v.) v. D. 3. — [5] *om.* 3. — [6] *om.* 1. — [7] *om.* 1. — [8] (statuit-et) *om.* 3. — [9] equitando 2. — [10] (postquam-est) postquam factus est episcopus 2; factus episcopus 3. — [11] (C.-N.) D. N. I. C. 3. — [12] (et vili) viliter 3.

Num. 8. — [1] (Cap. Sec.) Secundo 2; *haec verba post* ad divina 3. — [2] devotionis 3. — [3] vehementer 2, 3. — [4] refici 3. — [5] astringi 1. — [6] *om.* 2, 3. — [7] (m. q.) quomodolibet 3. — [8] quoque 3. — [9] (f. s.) s. f. 3. — [10] et 2.

serenitatis et iucunditatis spiritus [11], quem habebat interius, vultus extrinseci gratiosa compositio testis esset.

9. [9] Et quia ubi cor, ibi oculus, orans in ecclesia in [1] Crucifixum attente suos oculos [2] infigebat. Ultra cotidianum vero officium dicere solitus erat psalmos paenitentiales cum litaniis, noctibus singulis rigans et lavans cum propheta compunctionis lacrimis stratum [3] suum. Psalmos nihilominus [4] : *Voce mea ad Dominum clamavi*, et *Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus*, in quibus specialem devotionem [5] acceperat, cotidie dicebat et in fine cuiuslibet horarum, *Salve* *f. 19v *regina* [6] cum quibusdam * devotis orationibus. Et [7] post completorium, VII beatae Virginis gaudia cum oratione eadem continente [8], plura quoque alia laudum praeconia ac orationum munera Domino [9] offerebat, nec non et [10] crucis officium singulis horis dicebat cum uno de fratribus minoribus sociis suis, sibi magis familiari, intrans cubiculum, ostio super se [11] clauso. Volensque dolorosae poenae [12] Christi pro nobis crudeliter crucifixi aliquid in [13] proprio corpore experiri, quamdiu crucis durabat officium, stans, in modum crucis expansa brachia tenebat continue [14] et extensa. Quod quidem sic erat [15] poenosum ut frater ei assistens, idem in se ipso facere [16] temptans, vix tolerare posset prae afflictionis angustia [17]. Nomen quoque Iesu tanto venerabatur affectu, quod, cum in divino officio occurrebat, iubilo quodam reple- *f. 20r tus, aut profunde caput et totum corpus inclinans, * aut genuflectens et terram osculans, sacro nomini debitam reverentiam exhibebat.

10. Devotioni quoque eius testimonium efficax praebet ordinum sacrorum devotissima susceptio, praecipue sacerdotii, quod [1] cum devotione praemaxima et lacrimis maximis, quasi per totam missam indesinenter continuatis,

— [11] spiritum 3.

Num. 9. — [1] ad 3. — [2] (s. o.) o. s. 3. — [3] lectum 3. — [4] vero 2. — [5] (s. d.) d. s. 2, 3. — [6] misericordiae *add.* 2. — [7] est 1. — [8] contenta 2. — [9] *om.* 1. — [10] *om.* 2. — [11] *om.* 1, 2. — [12] poenarum 3. — [13] *om.* 2. — [14] *om.* 3. — [15] (s. e.) e. s. 3. — [16] experiri 3. — [17] (tolerare-angustia) posset-tolerare 2, 3.

Num. 10. — [1] quem ordinem 3.

quasi [2] angelicus vir suscepit. Sacramentum autem Dominici corporis saepe sumebat [3] cum tam stupenda oratione [4], devotione et tam gratiosa consolatione, quod et [5] aspicientes stupentes reddebat et tepidos ad sacramenti reverentiam [6] provocabat. Ut autem se divinis aptius coaptaret [7], et [8] cum grandi diligentia sacris et devotis libris legendis operam impendebat, et audiendis verbis divinis reverenter et humiliter insistebat [9]. Propter quod [10] et antequam foret episcopus et post, semper dum comedebat, et in collatione quando ieiunabat, de sacris scripturis [11] coram se legi aliquid [12] * faciebat ut ex fontibus Salvatoris aquas compunctionis * f. 20v salubriter exhauriret, quas orationis tempore coram Domino fundens terram cordis sui salubrius [13] irrigaret.

11. [11] Antequam quoque [1] missas singulis diebus [2] audiret, confessionem devotissimam praemittere consueverat, praecipue cum erat sacram Eucharistiam recepturus, ut virtute salutiferae paenitentiae emundatus agnum sine macula immaculato [3] corde et corpore manducaret. Communicabat [4] autem in quolibet [5] festo praecipuo, antequam esset sacerdos [6]. Postquam vero sacerdos fuit effectus [7] et cum fuit [8] episcopus, licet plurimum [9] propter officium regiminis [10] occupatus, omni [11] fere die praemissa confessione devotissime celebrabat; ita quod nec propter laborem itineris istud [12] facere omittebat; immo saepe etiam in aestivi temporis angustia, post XX * milliaria et eo amplius ali- * f. 21r quando peragrata [13], cum ad locum hospitandi pervenerat [14], missam cum devotione maxima celebrabat. Semel etiam rediens de Francia, cum equitasset per X leucas, cum pluvia et cum lutis [15] pervenit ad quandam ecclesiam ; in qua, licet

— [2] tamquam 2, 3. — [3] suscepit 3. — [4] *om.* 2, 3. — [5] (q. e.) et quod 2. — [6] (s. r.) r. s. 3. — [7] captaret 1. — [8] *om.* 1, 3. — [9] intendebat 1, 2. — [10] propterea 2. — [11] (sacris script.) scripturis sacris 3. — [12] (l. a.) a. l. 3. — [13] salubriter 3.

Num. 11. — [1] (a. q.) ante quoque quam 2; porro et antequam 3. — [2] (s. d.) d. s. 3. — [3] puro et immaculato 3. — [4] communicabatur 1. — [5] quibus 2; quovis 3. — [6] (in-sacerdos) anteq. esset sacerdos, in q. f. praecipuo 2, 3. — [7] (s.-e.) est sacerdotii dignitatem adeptus 3. — [8] esset 3. — [9] *om.* 2. — [10] (o. r.) r. o. 3.— [11] enim *add.* 2.— [12] illud 3. — [13] (post-peragrata) XX milliaribus-peragratis 3. — [14] pervenisset 3. — [15] (cum pluvia-lutis) luto et pluvia plurimum madidatus 3.

non invenisset sacerdotale vestimentum, nisi vile et sordidum, calicemque [16] de piltro nigro cum patena plicata, ex fervore tamen spiritus vir sacer [17] et humilis missam devotissime celebravit [18]. In comitatu quoque de Palas similiter cum paramentis similibus vice alia missam [19] celebravit. Noverat enim Deum delectari potius in sacris affectionibus devotae mentis quam in corporalibus ornamentis.

12. Per montes quoque Pyrenaeos aliquando transitum facientem [1] asperrimae viae difficultas ab hac celebrandi devotione [2] non potuit cohibere. In dominicis vero * [* f. 21v] et festivis [3] diebus missam sollemniter [4] celebrabat et decantari cum multa sollemnitate officium [5] faciebat. Ordines autem et [6] virginum ac ecclesiarum consecrationes devotissime et cum mira omnium gratia celebrabat. Videbatur nempe viro sancto se ad orationis et lectionis exercitia [7] a Deo gratiam recepisse, ideoque de oratione ad lectionem et a lectione ad orationem recurrere indefesse iugiter appetebat. Illud enim [8] tempus, quo de Deo non cogitabat, se amittere reputabat. Unde in sero saepe [9] tam [10] prolixe orabat quod etiam familiares eius et [11] socii gravabantur. Sed et vocatus [12] ad [13] comestionem non statim venire volebat; sed in oratione secreta paululum persistens, nitebatur [14] caelestis pabuli [15] dulcedinem praegustare. Quia vero se indignum [16] ad obtinendum per se [17] reputabat, libentissime et instantissime ab aliis orationum suffragia postulabat. Existens denique in carcere et etiam extra multo * [* f. 22r] tempore tamquam Crucifixi fidelis amicus super se detulit [18] de ligno salutiferae [19] crucis cum multis aliis reliquiis pretiosis [20], crucemque [21], quam [22] pro passagio ultramarino susceperat, usque quo religionem intravit, publice in vestibus deportavit.

13. [10 pars posterior.] Eius itaque devotioni omnis boni

— [16] calicem vero 3. — [17] sanctus 2. — [18] celebrabat 3. — [19] *om.* 1.

Num. 12. — [1] faciens 3. — [2] eum *add.* 3. — [3] in festivis 3. — [4] (m. s.) s. m. 3. — [5] (decantari-officium) officium-decantari 3. — [6] *om.* 3. — [7] exercitium 2, 3. — [8] *om.* 2. — [9] *om.* 1. — [10] ita 3. — [11] *om.* 3. — [12] (s.-v.) revocatus quoque 3. — [13] *om.* 2. — [14] videbatur 2. — [15] vel nitebatur caelestis pabuli *add.* 2. — [16] (s. i.) i. s. 3. — [17] (per se) *om* 3. — [18] tulit 2. — [19] *om.* 1, 2. — [20] crucem pretiosam 3. — [21] crucem quoque 3. — [22] primum (?) *add.* 2.

adversarius [1] invidens, conatus est eum nonnunquam ab orationis studio perturbare. Unde cum semel existens obses in Catalonia, aestimans omnes qui secum erant in camera [2] obdormisse, surrexit intempestae noctis silentio ad orandum. Eidem [3] devote oranti in specie cati horribilis [4] diabolus apparuit ut illum immisso terrore turbaret et pavidum redderet ad vigilandum in orationibus et pusillanimem ad surgendum mediis noctibus ad [5] nomen Domini confitendum. Sed sanctus adulescens confisus in Domino, signo crucis se muniens, a se pavorem huiusmodi * potenter excussit [6] et portentum terribile [7] protinus effugavit. Cum autem perpendisset Dominum Raymundum Berengarium [8] fratrem suum, qui tunc puer existens in eadem camera dormiebat, evigilasse et factum vidisse, iuramentum [9] ab eodem exegit quod numquam ipso vivente factum hoc [10] alicui revelaret. Quod quidem ut promiserat [11] celavit [12], quamdiu sanctus in hoc corpore vixit; post eius vero [13] obitum ad Dei et sancti gloriam pluribus propalavit. * f. 22v

3° De mira ipsius scientia ac sapientia discretaque [1] prudentia.

14. [15] Sed [2] quia iuxta testimonium sapientis, clara et quae numquam marcescit sapientia, sicut in malevolam animam non intrat nec in corpore subdito peccatis habitat; * sic e contra facile videtur ab his qui quaerunt illam. Idcirco sancto suo Ludovico, qui tamquam alter Daniel, vir sanctorum desideriorum existens, noluit de mensa regis Babyloniorum [3] pollui [4], nec de vino potus eius inebriari; sed potius ab omni immunditia carnis et spiritus abstinere ut possit animum suum transferre ad sapientiam quam medul- * f. 23r

Num. 13. — [1] (itaque-adversarius) inquam devotionem omnis boni ad *(sic)* nefarius 2. — [2] (i. c.) *om.* 2. — [3] cui sic 3. — [4] (c. h.) horribili 3. — [5] et 3. — [6] exclusit 1, 2. — [7] (p. t.) signum terribilem *(sic)* 2; teterrimum illum spiritum 3. — [8] (D. B.) regem Ungariae 1. — [9] extemplo iuramentum 3. — [10] *om.* 1. — [11] promisit 2. — [12] celans 2, 3. — [13] *om.* 1, 3.

Num. 14. — [1] et se discreta 2. — [2] at 2; et 3. — [3] Babylonis 3. — [4] crapulari 3.

litus diligebat [5]. Dedit autem ei [6] Deus scientiarum Dominus scientiam et disciplinam in omni libro et sapientia: quod [7] infra septennium illud, quo in Catalonia obses stetit [8], sub instructione fratrum minorum quos habebat secum continue familiares et socios ac magistros in moribus et doctrina fuit sufficienter instructus; in scientiis divinis pariter et humanis, in tantum quod de eisdem publice ac private disputaret
* f. 23v subtiliter et decenter. * Sicut [9] et [10] ego ipse vidi Barchinone [11], praesentibus religiosis et saecularibus, eum pulchre et optime de quolibet [12] respondentem. Christo quoque eidem suam infundente sapientiam et tribuente sibi [13] tamquam viro apostolico os et linguam, tam clero quam populo sollemniter et bene gratioseque ac subtiliter [14] praedicabat. In capitulis nihilominus conventualibus et provincialibus religiosorum in sacra pagina instructorum et in regum ac pontificum pluriumque doctorum praesentia et etiam [15] aliquando coram toto collegio cardinalium proponebat confidenter [16] et efficaciter verbum Dei. Ad huiusmodi [17] autem praedicationes faciendas sic promptus et repente paratus erat ut recte non ipse, sed in eo loqui iuxta Salvatoris promissum caelestis Patris Spiritus videretur.

15. Cum [1] enim [2] aliquando nec tempus nec opportunitatem ad praemeditandum [3] posset sufficienter [4] habere, super-
* f. 24r abundanter [5] tamen * in eo Spiritus sancti gratia, quae nescit [6] tarda molimina [7], gratiose Dei mirabilia eructabat. Unde prima die, qua fuit clericatus, in nuptiis reginae Aragoniae, sororis suae (1), praedicavit de festo Omnium Sanctorum et de nuptiis quae eodem die fiebant, praesentibus regibus Siciliae et Aragoniae et duobus archiepiscopis legatis sedis apostolicae pluribusque aliis praelatis et baro-

— [5] ac studiosissime requirebat *add.* 3. — [6] (autem ei) *om.* 1.— [7] idque 2; ita quod 3. — [8] fuit 2. — [9] sic 1. — [10] *om.* 2. — [11] in Barchinona 2. — [12] (de q.) *om.* 2. — [13] *om.* 2. — [14] salubriter 3. — [15] *om.* 2. — [16] fidenter 1. — [17] eiusmodi 2.

Num. 15. — [1] ubi 3. — [2] *om.* 1. — [3] praedicandum 2, 3. — [4] (p. s.) s. p. 2, 3. — [5] superabundantius 2. — [6] nescire 1. — [7] volumina 1.

(1) Blancae nimirum, quae, anno 1295, matrimonio iuncta est Iacobo II, regi Aragoniae.

nibus maximaque multitudine populi atque cleri. Semel quoque transitum faciens per Ilerdam [8], cum de loco fratrum minorum, ubi hospitabatur [9], pararet se ad eundum causa visitationis ad domum fratrum praedicatorum eidem loco propinquam [10], sibique dicenti non habere [11] quid proponeret, quidam frater minor breviter recitasset [12] quandam collationem [13], statim profectus non sine fratris qui ei recitaverat admiratione fundans [14] se super auditis proposuit *in eorundem fratrum capitulo [15] bene et laudabiliter verbum Dei [16]. * f. 24v

16. [16] Ex multo etiam fervore spiritus, quamquam [1] debilis esset corpore multisque laboribus attritus [2], sciens abscondentem frumenta in populis maledicendum, et servum, non erogantem talentum acceptum nummulariis, a Domino iudicandum, frequenter clero et populo praedicabat; postquam [3] episcopus fuit factus [4], non solum in sua diocesi, sed etiam [5] in diocesibus alienis, ad haec cum devotione multa [6] a praelatis et populis invitatus. Unde cum fuit Parisius, universitati scholarium cum multa admiratione et gratia [7] audientium, non quidem in pontificalibus, sed, in humilitatis exemplum et ob paupertatis amorem, in fratris minoris [8] simplici habitu praedicavit. Et [9] ex eisdem causis Tolosae et alibi idem fecit. Pluries quoque ex magno fervore spiritus * verbum Domini etiam bis in die sollemniter proponebat. * f. 25r Unde cum semel venisset ad locum Tarasconi, ubi in ecclesia maiori [10] sanctum corpus beatae Marthae Christi hospitae [11] venerabiliter requiescit, superveniente eiusdem sanctae sollemnitate, praedicavit de mane immenso populo, qui ad diem

— [8] Ilerdas 2. — [9] hospitatus fuerat 3. — [10] propinqua 1. — [11] haberet 2. — [12] (quidam-recitasset) quendam recitasse 2. — [13] (sibique-collationem), *sic* 3: ubi capitulum celebrabatur applicuit. Rogabant eum interea fratres ut de illo sacro pectore aliquid divinum diffunderet. Qui cum respondisset humiliter non se habere modo quid proponeret, affuit protinus quidam frater minor. Qui breviter cum coram sancto viro quandam collationem recitasset. — [14] fundens 3. — [15] *om.* 2. — [16] *om.* 3.

Num. 16. — [1] etiam *add.* 3 — [2] (l. a.) a. l. 2, 3. — [3] etiam postquam 3. — [4] (episcopus-factus) fuit factus episcopus 3. — [5] *om.* 2. — [6] (ad-multa) *om.* 3. — [7] (e. g.) *om.* 2. — [8] (fratris minoris) fratribus minoribus 2. — [9] *om.* 2, 3. — [10] (e. m.) m. e. 2, 3. — [11] (Ch. h.) *om.* 1.

festum illuc convenerat et circa vesperos provinciali capitulo fratrum praedicatorum, quod erat ibi [12] tunc temporis congregatum [13].

17. Disputabat etiam libenter [1] cum Iudeis ac Sarracenis, et ipsorum duritiem sacrae scripturae sententiis atterebat [2] et errorem perniciosum rationabiliter convincebat. Discretionem nempe ingenitam prudentiamque naturalem, sibi a naturae conditore liberaliter inditam [3] ac post [4] superna gratia in eo clementer auctam et multiplicatam, sine qua *f. 25v ceterae virtutes * exorbitant, virum istum sanctum habuisse perfecte ex hoc potissimum [5] comprobatur quod in quocumque statu fuit, semper [6] se gessit et composuit, prout proprio statui competebat, et [7] vitata Dei offensa ac reprehensibili [8] indiscretae singularitatis nota se prudenter et secundum rectae rationis iudicium pro cuiuslibet status exigentia ordinavit. Siquidem in laicali seu militari statu militariter, in clericali clericaliter, in regulari regulariter [9], tam in vestibus quam in moribus, perfecte se gessit et habuit, servato semper, in unoquoque gradu, Dei timore et rectae iudicio rationis. Sed et statum [10] quem de novo assumebat, ita decenter se protinus coaptabat [11] ac si in eodem fuisset a pueritia educatus, sicut non sine grandi admiratione testantur et [12] asserunt ii, qui eum [13] in diversis statibus inspexerunt [14].

18. [14] In signum quoque verae prudentiae, sapientis *f. 26r sequens consilium, * non innitebatur suae [1] prudentiae. Sed in dubiis a personis religiosis et devotis orationum suffragia postulabat bonorumque prudentium consilium requirebat. Et ob hoc ad suum consortium viros industrios, vita probatos et doctrina peritos ascire [2] solitus erat, quorum consilio ac prudentiae se [3] suaque negotia committere posset secure et absque [4] periculo disponenda. Sicut patet de Domino Iacobo

— [12] *om.* 3. — [13] (quod-congregatum) qui erant-congregatum *(sic)* 2.

Num. 17. — [1] *om.* 1. — [2] attendebat 3. — [3] praeditam 1. — [4] acceptam *add.* 3. — [5] potissime 2, 3 — [6] ita semper 3. — [7] ut 3. — [8] reprehensibilia 2. — [9] et in pontificali, pontificaliter *add.* 3. — [10] statim 1. — [11] captabat 1. — [12] ac 3. — [13] eundem 3. — [14] agnoverunt 3.

Num. 18. — [1] propriae 3. — [2] assumere 3. — [3] *om.* 1. — [4] (et absque) sine 3.

de Osa [5] civilis iuris [6] professore sollemni, qui, post episcopus et [7] cardinalis effectus, nunc divina providentia in cathedra beati Petri residet, scilicet sanctissimus [8] Pater [9] Iohannes papa vicesimus secundus et de fratre Gulielmo de Fulgario fratreque Ricardo de Media Villa, ordinis minorum doctoribus eximiis et sacrae paginae professoribus, pluribusque aliis viris sollemnibus et sapientibus (1) tam religiosis quam saecularibus, quos vir sanctus in sua habuit [10] comitiva. Sciens etiam quod vir prudens iuxta Salomonis sententiam non abhorrebit correctionem, * vir sanctus caelesti prudentia praeditus non solum correctionem non [11] abhorrebat, sed etiam exquirebat, et [12] correctorem [13] specialiter diligebat; et a calumniantibus ipsum super hoc dulciter defendebat ac humiliter excusabat, prout in sequentibus cum de ipsius humilitate dicetur [14] explicatius [15] ostendetur. * f. 26v

4° [1] De eius fervida caritate et austeritate vitae [2] ac pietate [3].

19. [17] Caritatem ferventem, qua sponsi amicus Ludovicus erga Deum et [4] proximum totus ardebat, contemptus terrenae felicitatis et affectus fraternae pietatis patenter [5] comprobant [6] et ostendunt. Siquidem pro amore dulcis Iesu [7] quem [8] propter amorem hominum crucifixum intra mentis suae ubera velut myrrhae fasciculum iugiter baiulabat, successionem * regni, quod [9] sibi hereditario iure debebatur [10], virili [11] contemnens animo [12], clericus fieri praeelegit. Porro patri ei [13] persuadenti ut uxorem duceret et promittenti * f. 27r

— [5] Ossa 2. — [6] (c. i.) i. c. 2, 3. — [7] (episcopus et) *om.* 1. — [8] (scilicet sanct.) sanctissimus scil. 3. — [9] et Dominus Dominus *add.* 2. — [10] (i. s. h.) h. i. s. 3. — [11] *om.* 2. — [12] *om.* 3. — [13] correptionem 2; correptorem 3. — [14] scribetur 3. — [15] plenius 3.

Num. 19. — [1] *om.* 1, 3. — [2] (a. v.) v. a. 3. — [3] (de-pietate) *om.* 1. — [4] *om.* 2. — [5] patentus *(sic)* 2. — [6] comprobarunt 2. — [7] Christi *add.* 2. — [8] *om.* 2. — [9] quidem 2. — [10] (iure debebatur) debebatur iure naturali 2. 3. — [11] *om.* 2, 3. — [12] in animo 2. — [13] eius 3.

(1) In cod. 1 margine, additum est diversa eiusdem aetatis scriptura: " Inter alios in libro conformitatum S[ti] Francisci fol. 71 cod. mei legitur frater Pontius Carbonelli sancti Ludovici ordinis minorum magister et doctor. "

quod eì statim provinciam traderet, nullatenus acquiescere voluit. Sed primam tonsuram non sine admiratione et fletu circumstantium [14], genu flexo, cum lacrimis devotissime suscepit, clamans cum propheta et dicens: *Dominus pars hereditatis meae et calicis mei, tu es qui restitues hereditatem meam mihi.* Interpretansque realiter nomen [15] clerici nihil [16] propter Dominum voluit possidere.

20. [18] Insuperque [1] ut acceptabilius [2] Domino suum fieret [3] holocaustum, divino instigante se [4] Spiritu, antequam clericatum assumeret, votum vovit Domino et [5] de servanda castitate perpetua et de vita ac religione paupere, fratrum
* f. 27v minorum videlicet, assumenda. * Cuius quidem voti complendi desiderium semper in eo et [6] continue augebatur, licet sibi a quibusdam persuaderetur contrarium, sicut aliquando suis familiaribus voti eius consciis [7] familiariter referebat. Cuidam porro viro prudenti Deumque timenti bono zelo familiariter persuadenti quod omnino expediens erat ut regni [8] gubernacula non renueret, sed potius, Dei ordinationi se subdens, susciperet, allegando quod ex hoc in republica quam plura bona sequerentur, mala corrigerentur ac evitarentur et etiam sua merita augerentur, vir [9] Deo plenus respondit quod, quia timebat se ponere in dubio offendendi [10] Deum [11], ideo renuebat, addens insuper quod, quia [12] iuxta Apostolum *non sunt* [13] *facienda mala ut eveniant* [14] *bona,* magis [15] volebat [16] Dei offensam vitare quam quaecunque bona ex suo [17] regimine provenienda [18] procurare. *Si enim,* inquit [19], *peccare est Deum inhonorare, magis velle debeo*
* f. 28r *etiam* [20] *caelum* * *terramque et omnia creata perire qnam peccare contra Deum, cuius honorem constat creaturis omnibus praeponendum.* Ob hoc etiam asserebat vitam hanc non esse appetendam [21], quia hic sumus inimici Dei et Deum offendimus saltem venialiter, multipliciter et frequenter.

— [14] *om.* 1. — [15] (i.-n.) interpretatus est nomen realiter 3. — [16] quia nihil 3.

Num. 20. — [1] insuper 2, 3. — [2] acceptabile 2. — [3] foret 3. — [4] *om.* 3. — [5] *om.* 2, 3. — [6] *om.* 2, 3. — [7] (v.-c.) *om.* 3. — [8] regna 1. — [9] cui vir 2. — [10] offendi 2. — [11] (se-Deum) Dei offensam incurrere. — [12] *om.* 3. — [13] *om.* 2. — [14] veniant 1, 2. — [15] inquit *add.* 3. — [16] volo 3. — [17] meo 3. — [18] provenientia 2, 3. — [19] *om.* 2; ait 3. — [20] (velle-etiam) vellem 3. — [21] (ob-appetendam) obesse vitam hanc et non esse appetendam asserebat 3.

21. Ex quibus verbis clare perpendi potest quanto amoris glutino mens viri sancti huius erat Domino copulata, cuius honorem tam fortiter sitiebat et offensam tam vehementissime perhorrebat. Quia vero voluntas ficta et inefficax comprobatur quae, si adsit [1] operandi [2] possibilitas, effectui [3] minime mancipatur; idcirco cum post liberationem suam venisset ad Montem Pessulanum, votum, quod voce [4] voverat, volens Domino reddere et opere adimplere, se [5] obtulit ministro Provinciae et fratribus, humiliter supplicans et constanter [6] expostulans ut eum ad ordinem reciperent et suum [7] tamdiu * digestum desiderium adimplerent. Verum (* f. 28v) ministro [8] Provinciae [9] et fratribus propter patris timorem hoc omnino facere recusantibus, fidelis Domini famulus [10], non habens quid amplius facere posset, idem [11] votum quod fecerat [12], sollemniter iteravit [13].

22. [21] Tandem ad Romanam curiam scilicet [1] cum patre suo [2] perveniens, cum per piae recordationis Bonifacium papam [3] provisum fuisset de eo ecclesiae Tolosanae (1), provisioni huic nullatenus [4] consentire voluit, quo usque votum

Num. 21. — [1] adesset 3. — [2] *om.* 3. — [3] effectum 2. — [4] ore 3. — [5] sese 3. — [6] instanter flexis infra poplitibus 3. — [7] *om.* 2. — [8] ministris 1. — [9] *om.* 1,2. — [10] servus et famulus 2. — [11] *om.* 1; ibidem 3. — [12] (quod fecerat) quod voverat, vel quod fecerat 2. — [13] intravit 2.

Num. 22. — [1] *om.* 3. — [2] (ad-suo) cum patre suo ad romanam curiam 3. — [3] VIII *add.* 3. — [4] (p. h. n.) n. h. p. 3.

(1) Secundum compilatores recentis operis *Les Registres de Boniface VIII*, n. 1521, bulla papalis, quae Ludovicum ad Tolosanam sedem evexit, fuit " *dat. Laterani, III kal. januarii, anno secundo*, " nempe die 30 Decembris 1296. Potthast vero, post plures alios (*Regesta Romanorum pontificum*, n. 24444), ponit IV kal. Ianuarii additque : " *Num bulla spuria?* Cf. n° 24742 ", quasi tota dubitandi ratio, quam et suam facere videntur praelaudati compilatores, sint litterae apostolicae sub illo n° 24742 referendae. Ibi autem legitur : Bonifacius VIII " *Philippo regi Francorum significat, se ecclesiam Tolosanam per obitum Arnaldi episcopi solatio pastoris destitutam suae provisioni reservavisse ad eandemque Petrum (de Capella) Carcassonensem episcopum transtulisse VIII kal. Nov. a° 4°* [i. e. 25 octob. 1298] || *Baluze Vitae papar. Avenion. II. 280.* " Cfr. etiam *Les Registres de Boniface VIII*, n. 2744. Nec apud Baluze, qui integrum documentum recitat, ullum reperies vestigium unde qualiscumque de prioris bullae authenticitate suspicio exsurgere possit. Constat insuper Arnaldum Rogerii emortuo Ludovico in sede Tolosana die 2ª decembris ipsomet 1297 anno suffectum esse ac proin illam per undecim fere menses occupasse. Cfr. *Les Registres de Boniface VIII*, n. 2176.

quod fecerat de intrando fratrum minorum religionem adimplevit; et in manu generalis ministri sollemnem professionem fecit, eius sanctis votis et desideriis pie annuente eodem summo pontifice [5] ac etiam [6], ad vitandum patris eius [7] scandalum, qui tunc Romae [8], ubi haec agebantur, praesens erat, dispensante [9] quod ad tempus super religionis habitum
* f. 29r uteretur clericalibus [10] indumentis. * Verum instigante se fortiter Spiritu sancto [11], ipsum [12] desiderio [13] perurgente, non multo post [14], patris terreni contempto furore [15], caelestis patris amore cui vehementer optabat non solum interius, sed etiam exterius conformari, relictis vestibus aliqualiter pretiosioribus [16], secundum clericalis [17] decentiam honestatis, in pauperculo fratrum minorum habitu pedibus nudis funeque succinctus, sicut iamdiu concupierat, voluit apparere. Ipsoque die de ecclesia sanctae Mariae de Ara caeli, quae est ecclesia fratrum minorum in loco Capitolii, in qua praesentibus duobus cardinalibus de consensu summi pontificis in festo sanctae Agathae haec publice sunt peracta, usque ad sanctum Petrum per luta Romana [18], licet sociis et familiae displiceret, sicut unus frater pauperculus, cum fratribus
* f. 29v minoribus suis * sociis pedes [19] ivit. Sciebat enim quod quia Dominus pro nobis [20] se pauperem fecit [21] in hoc mundo, non oportet quemquam de paupertate pro Christo [22] voluntarie assumpta verecundari, sed potius gloriari.

23. [22 et 23 passim.] Quod existens episcopus observavit [1]. In pauperculo siquidem habitu, mantello [2] cum botono rudi de eodem panno seu de media lana ad modum nucis grosso et soleis cordaque rudi cinctus ambulabat et ali-

— [5] (et in manu-pontifice) *sic habet* 3 : Cuius sanctis votis et desideriis pie annuente eodem summo pontifice, in manu domini Iohannis episcopi Portuensis tunc eiusdem ordinis generalis ministri flexis genibus sollemniter professionem fecit. — [6] eius 2 ; tunc 3. — [7] *om.* 2, 3. — [8] in Romana urbe 3. — [9] dispensatum est 3. — [10] (u. c.) uteretur sub clericalibus 2; c. u. 3. — [11] et sancto 1. — [12] ipsiusque 3. — [13] desideriis 1. – [14] plus 2. — [15] fervore 1. — [16] (a. p.) caris et pretiosis 3. — [17] clericalem 2. — [18] (p. l. r.) super lutosa et aspera 3. — [19] *om.* 3. — [20] (p. n.) *om.* 1. — [21] (p. f.) f. p. 2, 3. — [22] nobis 3.

Num. 23. — [1] (quod-observavit), *sic habet* 3 : Quam utique vilitatem et nuditatem etiam cum episcopus esset observavit. Licet praelatus esset tam magnus ac filius tanti regis. — [2] et mantello 3.

quando [3] etiam pedibus omnino nudis sine soleis et mantello. Nec habebat habitum [4], nisi unum; sed [5] frater eius socius de habitu veteri, qui eiusdem fratris fuerat, ei quendam habitulum fecerat, quem ad molestiam caloris, sudoris et sorditiei [6] evitandam, cum lectum intrabat ad dormiendum, aliquando induebat. Tunicas quoque pauperes habebat et cortinas ac alia lecti supellectilia paupertatem vilitatemque significantia [7] in pretio pariter et colore. Quando etiam intravit ordinem minorum, voluit induere * quendam habitum [8] * f. 30r
sui socii satis vilem. Sed existens [9] episcopus, cum indigeret habitu, fecit sibi portari quendam vilem et pauperem cuiusdam sui socii [10]; gratulandoque dicebat se scutiferum vel vallettum [11] esse [12] ipsius fratris, quia eius mutatoria [13] deferebat. Cappam quoque, quam pro eo suus camerarius emerat, deferre recusavit, et cuidam episcopo pauperi dari fecit, quia pro se [14] in pretiositate [15] eam [16] excedere iudicavit [17]. Habitum etiam quendam dissui fecit [18], quia nimis curiose sutum esse [19] sibi [20] visum fuit [21]. Quibusdam quoque sedilibus pro eo factis, quia non vili colore cooperta erant, uti penitus recusavit; pannos etiam pretiosos amoveri faciebat, qui ob honorem [22] sui in praedicatorio ponebantur. Semel quoque existens episcopus cum barbam radi sibi vellet, pelvi quadam argentea uti noluit, sed cum quadam pelvi, cum [23] qua equorum mensurabatur * annona, radi potius * f. 30v
praeelegit. Hoc [24] quippe vir [25] sanctus semper observavit quod quicquid umquam ad salutem animae suae necessarium iudicavit, quantumcumque difficile et [26] verecundum et carissimis suis displicibile foret, pro viribus adimplevit. Propter quod, licet patri suo, quem plurimum diligebat, sciret displicere supra modum et pro viribus impedire sui status

— [3] (e. a.) ut saepius 3. — [4] *om.* 3. — [5] et *add.* 3. — [6] (e. s) sorditieique 3. — [7] sapientia 2; (p.-s.) quae paupertatem ac vilitatem praedicabant 3. — [8] (q. h.) h. q. 3. — [9] (s. e.) existens et 2. — [10] (sui socii) socii sui 2, 3. — [11] vayletum 2; (s. v. v.) scutigerum aut vassallum 3. — [12] fore 2; *om.* 3. — [13] mutuaria 3. — [14] *om.* 1. — [15] pretiositatem 2. — [16] (in-eam) eam in pretiositate 3. — [17] radicavit 2; praecellere iudicabat 3. — [18] fecerat 3. — [19] fore 2, 3. — [20] *om.* 1. — [21] (sutum-fuit) sibi fore visum fuit sutum 3. — [22] et reverentiam *add.* 3. — [23] *om.* 2, 3. — [24] *om.* 3. — [25] (q. v.) v. q. 3. — [26] seu 3.

mutationem [27], nullatenus acquievit, inducens illud [28] Gregorii : *Quasi* [29] *per odium diligitur* [30], *qui carnaliter sapiens, dum prava nobis ingerit, non auditur.*

24. [29] Denique pro amore Domini Dei sui non solum regnum mundi et omnem ornatum saeculi [1] contempsit, sed etiam corpus proprium [2] maceravit multipliciter et afflixit. Siquidem carnem suam teneram et naturaliter [3] delicatam
* f. 31v ab ipso pueritiae [4] tempore ieiuniis, vigiliis, * laboritiis [5] et austeritatibus variis atterebat. Semper in parasceve Domini omnibusque festorum beatae Mariae vigiliis panem tantum et aquam [6] comedens, ieiunabat. Antequam religionis sumpsisset habitum, continue iacebat indutus et stamina aspera et rugosa pro camisia utebatur, portans ad carnem cinctam cordam grossam et hispidam [7] ac nodosam. Ut plurimum [8] qualibet [9] nocte et in die pluries [10] manu propria et interdum alicuius fratris socii sibi magis familiaris catenulis ferreis se disciplinabat, aliisque pluribus modis carnem servire spiritui compellebat, ut thesaurum impretiabilem continentiae virginalis, quem portabat [11] in fictili vase, possideret in sanctitudinis honore per utriusque hominis integerrimam puritatem. Propter quod etiam tanta rigiditate disciplinae sensuales arcebat appetitus ut vix necessaria [12] sustentationi naturae sumeret, in tantum quod suis familiaribus de eius nocumento metuentibus plurimum displiceret.

25. [30] Nullam umquam mulierem, cuiuscumque condicionis existeret, familiarem habuit. Sed nec etiam, cum de longinquis partibus veniret, nolebat sorores suas nec matrem propriam osculari. Omnino [1] colloquia [2] et aspectus mulierum et quorumcumque indecentium [3] evitabat [4], sciens per haec debilem frangi, et fortem [5] saepe spiritum infirmari. Ideoque verba turpe vel inhonestum aliquid [6] sonantia [7]

— [27] (i.-m.) m.-i. 3. — [28] id 2. — [29] enim *add.* 3. — [30] *om.* 1, 2.

Num. 24. — [1] (o. s.) s. o. 3. — [2] (c. p) p. c. 3. — [3] *om.* 3. — [4] suae *add.* 3. — [5] laboribus 2. — [6] (t. e. a.) e. a. t. 2. — [7] (grossam et hispidam) hispidam ut plurimum 3. — [8] *om.* 3. — [9] etiam *add.* 3. — [10] *om.* 3. — [11] portavit 3. — [12] in ecclesia 1.

Num. 25. — [1] *om.* 3. — [2] frivola *add.* 3. — [3] indicentium 1; (q. i.) indecentia quaeque 3. — [4] omnino evitare studebat 3. — [5] (e. f.) *repetit* 1. — [6] quid 3. — [7] (verba-sonantia) verbum-adsonans 2.

dicere vel audire penitus abhorrebat, et si quando quemquam loquentem talia audiebat, dure arguebat et aspere increpabat.

26. [31] Unde existens in custodia statutum [1] procuravit fieri obligans [2] omnes tam custodes quam alios inibi existentes, ut quicumque * modo aliquo [3] diceret verbum aliquod turpe sonans, comederet super mensam mappis nudatam in prandio vel in caena. Eratque iniunctum [4] quod quicumque audiret aliquem sic loquentem, sub certa poena [5] accusare dicentem protinus teneretur. Quam quidem paenitentiam aliquando coegit facere fratres germanos suos [6] propter aliqua huiusmodi verba levia de quibus fuerant ab aliis incusati [7]. Unus etiam [8] miles de numero custodum, qui in hoc erat vitiosus, licet moleste ferret [9], frequenter habuit facere paenitentiam supradictam. Semel nihilominus vir totius honestatis [10] zelator, licet in rei veritate non esset culpabilis, occasione cuiusdam verbi ab eo dicti [11], quod miles supradictus et quidam alii [12] male interpretabantur, se tamquam culpabilem punivit, ut daret exemplum eidem militi et aliis [13] statutam legem patientius [14] tolerandi, et a verbis indecentibus abstinendi; praefatamque [15] paenitentiam cum magna laetitia fecit, quam [16] alii saepe cum murmure [17] *et impatientia faciebant [18]. Tanto igitur [19] pudicitiae et castitatis splendore hic sanctus emicuit ut [20], etiam cum obses in custodia teneretur, plures e [21] custodibus qui hactenus impudice et lubrice vixerant, suae sanctae conversationis exemplo emendatos ad castitatis et pudicitiae tramitem revocaret.

* f. 32r

* f. 32v

27. [30 fere integre.] Ad tuendam quoque et conservandam tam pudicitiam quam famam suam, cum quavis muliere sola solus loqui refugiebat; sed quando [1] cum aliqua, exigente causa, loqui habebat, viris bonis assistentibus, loquebatur.

Num. 26. — [1] statum 2. — [2] viriliter *add.* 1. — [3] (m. a.) a. m. 3. — [4] statutum 3. — [5] (s.-p.) quam circa peccata 2. — [6] (g. s.) s. g. 3. — [7] accusati 3. — [8] et 2. — [9] faceret *add.* 2. — [10] sanctitatis 3. — [11] (a.-d.) *om.* 3. — [12] *om.* 1; (q. a.) a. q. 3. — [13] (daret-aliis) eidem militi et aliis exemplum daret 3. — [14] (s.-p.) p. s. l. 3. — [15] praefatam autem 3. — [16] cum tamen 3. — [17] murmuratione 1. — [18] eam fecerint 3. — [19] itaque 1. — [20] *om.* 3. — [21] de 3.

Num. 27. — [1] (s. q.) si quando vero 3.

Ad tutelam nihilominus et testimonium suae integerrimae puritatis in camera sua duos fratres minores et interdum quattuor iacere faciebat, camerarios quoque [2] habebat duos [3] antiquos viros laicos scapulariis aliisque vestibus religiosis * f. 33r indutos, qui sibi in familiaribus * obsequiis serviebant. Taliter denique se gerebat in omnibus quod non posset quicunque maliloquus reperire occasionem fingendi de eo quomodolibet [4] quicquam mali.

28. [38] Verum quoniam rex caelestis hunc caelicum virum introduxerat in cellam vinariam atque in eo ordinaverat caritatem, idcirco mira affectione diligebat et honorabat viros bonos; quantumcumque pusillos et quos timentes Deum sciebat [1], quamvis secundum saeculum despectos cerneret, glorificabat ac etiam [2], quantum poterat, extollebat [3]. Quos autem malos et Dei contemptores noverat, quantumcumque essent nobiles et potentes, quasi pro nullo [4] computatos [5] in conspectu suo [6] ad nihilum deducebat [7]; et si essent de familia vel iurisdictione sua [8] acrius arguebat et humiliabat ac correctione debita castigabat, eis etiam si indigni vel insuffi- * f. 33v cientes erant, aliquando [9] beneficia * ecclesiastica auferendo [10].

29. [39] Quamobrem clericos [1], quibus de beneficiis ecclesiasticis providere volebat, examinabat de articulis fidei, vita, scientia [2] et moribus diligenter, indignos repellens, quamvis essent dites et nobiles, et dignos admittens [3], licet pauperes aut [4] ignobiles secundum saeculum censerentur (1). Unde cum semel fuisset rogatus ut cuidam nobili clerico de quodam

— [2] (c. q.) camerariosque 2 ; insuper 3. — [3] (h. d.) d. h. 3. — [4] (reperire-quomodolibet) occasionem quomodolibet reperire fingendi de eo 3.

Num. 28. — [1] *om.* 3. — [2] *om.* 1. — [3] tolerabat 3. — [4] nihilo 3. — [5] computato 3. — [6] (c. s.) s. c. 3. — [7] *add.* 3 : pro eis tamen suppliciter Deum deprecabatur ut sua eos clementia visitare dignaretur. — [8] (et si-sua) si autem de sua familia vel iurisdictione fuissent 3. — [9] *om.* 2, 3. — [10] auferebat 3.

Num. 29. — [1] clericis 3. — [2] *om.* 1. — [3] admittentes 2. — [4] et 3.

(1) Hanc probam beneficiorum collationem expedierant litterae apostolicae, die 3 Februarii anno 1297 datae, quibus per Ludovicum in Tolosana diocesi liceret beneficia, sanctae sedi reservata, personis idoneis, singula singulis, committere. Cfr. *Les Registres de Boniface VIII*, n. 1842.

pingui beneficio provideret, invento, post examinationem diligenter factam, eum propter defectum scientiae insufficientem fore [5] ad tantum beneficium obtinendum, nullatenus ad dandum illud sibi [6] inclinari [7] potuit vel induci. Cumque ex insperato quidam pauper clericus coram eo venisset supplicans ut eidem de [8] aliquo beneficio provideret de quo posset aliqualiter [9] sustentari; post examinationem diligentem, inveniens eum * sufficientem et beneficio dignum esse [10], benefi- * f. 34r
cium quod nobili insufficienti negaverat, licet a magnis viris fuisset interpellatus pauperi sufficienti contulit, pro quo nullus intercesserat advocatus. Quendam quoque clericum, qui in forma pauperum obtinuerat beneficium [11], in episcopatu suo reppulit, licet se [12] examinatum assereret in curia [13], quia sibi insufficiens pro beneficio ecclesiastico videbatur. Volebat nihilominus quod clerici incederent honeste in habitu et tonsura et quod etiam pueri portarent magnas tonsuras. Cum autem semel faceret ordinationes generales, quibusdam portantibus capillos magnos, qui erant ad maiores ordines ordinandi, iam indutis ipsemet [14] coram altari usque ad aures capillos eorum incidit [15].

30. [34 et 32] Quamvis autem servo Dei, caritate pleno, zelo veritatis [1] et iustitiae placeret malorum correctio et indignorum * humiliatio, tamen quorumcumque detractio plurimum * f. 34v
displicebat; et ob hoc, detractionis verbum non solum dicere, sed [2] audire tamquam serpentinum [3] morsum virusque [4] mortiferum exhorrebat. Sciebat enim [5] hoc [6] pestiferum vitium fonti caritatis et gratiae quam maxime inimicum. Unde cum semel a quadam persona fuisset indecenter receptus, familiaribus eius ex hoc non modicum perturbatis [7] murmurantibus contra illum [8], vir mitis et humilis corde non solum de illo non murmuravit, sed continue excusavit [9]. Idem quoque

— [5] (i. f.) f. i. 3 — [6] *om.* 3. — [7] inclinati 2. — [8] *om.* 2. — [9] aliquatenus 2, 3. — [10] (inveniens-esse) cum eum beneficium dignum ac sufficientem invenisset, 3. — [11] *om.* 1, 2. — [12] *om.* 1. — [13] (se-curia) se assereret in curia examinatum 3. — [14] (quibusdam-ipsemet) cuiusdam deferentis capillos oblongos ac crispos, qui erat ad maiores ordines ordinandus, iam indutus ipsemet 3. — [15] (e. i.) eius praescidit 3.

Num. 30. — [1] trinitatis 2. — [2] etiam *add.* 3. — [3] serpentium 1. — [4] veriusque 1. — [5] quippe 3. — [6] hic 2. — [7] turbatis 2. — [8] istum 1. — [9] (sed-excusavit) verum etiam citissime excusabat 3.

pluries de aliis fecit, cum contra eos sinistrum aliquid [10] diceretur. Si quando vero [11] reputaret aliquem [12] de se desolatum [13] aut [14] offensum, statim nitebatur illum consolari, recognoscens etiam aliquando humiliter [15] suam culpam.
* f. 35r Unde semel quendam fratrem * qui erat desolatus benigne et humiliter osculando fuit mirabiliter consolatus.

31. [12] Sed et corporis otium considerans esse divini fervoris [1] funditus extinctorem [2] sentinamque vitiorum omnium, diligentissime devitabat. Studebat itaque incessanter vel orationis exercitio, vel sacrae lectionis studio, vel sacrae meditationis otio, vel in aliquo utili proximi [3] obsequio aut alio [4] quovis opere bono iugiter occupari. Propter quod cum esset obses in custodia, devitans quantum bono modo poterat, saecularium consortium, quasi continue volebat esse cum fratribus minoribus, eiusdem [5] sociis et magistris. Quod cum videret militibus eum custodientibus displicere, excusando se eisdem fratribus dicebat aliquando: *Quando ego sum cum custodibus, semper loquuntur mihi de ter-*
* f. 35v *renis et vanis* [6], *quae nec placita sunt mihi * nec utilia; et ob hoc ab ipsorum consortio seu colloquio me elongo.* Numquam libenter loquebatur nec familiaritatem aliquam [7] habere volebat nisi cum personis maturis, honestis [8], humilibus et devotis, allegans saepe illud [9] sapientis verbum : *Et cum simplicibus sermocinatio eius.* Ideoque magna sibi erat consolatio, quando vel cum sapientibus de scientiis [10], vel cum personis devotis colloqui poterat de divinis.

32. [13] Propterea etiam ut plenius otiosa [1] vitaret, seque ferventius [2] et ardentius [3] in spiritualibus occuparet, post susceptum [4] presbyteratus [5] ordinem in Castro Ovi, quod est iuxta Neapolim a locis habitabilibus hominumque frequentia

— [10] (s. a.) a. s. 3. — [11] *om.* 2; etiam 3. — [12] (r. a.) a. r. 3. — [13] dispacatum 2; desperatum 1. — [14] ante 2. — [15] (e. a. h.) humiliter aliquando 2; saepius humiliter 3.

Num. 31. — [1] igniculum *add.* 3. — [2] extincturum 1; extinctivum 3. — [3] proximorum 3. — [4] (aut alio) aliquo 3. — [5] eiusque 3. — [6] gnavis 2. — [7] *om.* 2, 3. — [8] et *add.* 3. — [9] id 2. — [10] (d. s.) *om.* 1; de scientia 3.

Num. 32. — [1] otia 2. — [2] ferventibus 1; frequentius 3. — [3] (e. a.) *om.* 1. — [4] susceptus 3. — [5] presbyteratum 1.

separatum [6], voluit assidue [7] commorari; ubi [8] quasi [9] qualibet die, praemissa devota [10] missae celebratione, regulariter accedebat ad studium, inde usque ad horam prandii non recedens. Post prandium vero rumores [11] et vaniloquia devitans, cum viris religiosis honestis * et litteratis sacris ac doctrinalibus collocutionibus [12] et disputationibus insistebat. Post huiusmodi collationem aliquid de cantu ecclesiastico addiscebat et dehinc non lecto iacens, sed in cathedra sedens, modicum dormiebat. Post somnum vero intrabat quoddam secretum [13] claustrum et ibi meditationes beati [14] Bernardi [15] vel [16] alias devotionis [17] scripturas sedule perlegebat. Et si quando [18] esset ex studio fatigatus [19], horticellum eidem claustro propinquum cum [20] parvo sarculo excolebat. Sed et in via, quando equitabat, semper in sinu portabat librum beati Bernardi *de consideratione*, cum quibusdam aliis eiusdem opusculis et epistulis. Semper itaque sive stans, sive deambulans [21], tam intus quam foris, aliquid boni faciebat ut eum semper inveniret diabolus occupatum. * f. 36r

33. [35] Propter fervidum [1] quoque [2] amorem Christi [3] Iesu, omnium * conditoris et hominum redemptoris, miro dilectionis et pietatis affectu ad proximum ferebatur. Sicque [4] ad omnes pia et quasi materna gestabat viscera ut cunctorum defectibus [5] et miseriis condoleret, affectaretque vehementer universos ad Deum trahere et singulorum necessitatibus subvenire. Hinc sibi itinerationum discursus, in exemplis dandis excessus, orationum instantia, praedicationum frequentia. Quibus rebus non solum fideles, sed etiam infideles ad Deum rapere nitebatur, siquidem Iudeos et paganos zelo fervens fidei inducebat sedule ad baptismum; ipsorumque conversorum libenter compater [6] erat et cum magna devotione et humilitate ipsos propriis manibus de fonte sacri baptismatis [7] elevabat [8] ac liberaliter ipsis [9] in [10] * necessa- * f. 36v * f. 37r

— [6] seperatum 1. — [7] *om.* 1. — [8] *om.* 2. — [9] in 2; sane 3. — [10] devote 2, 3. — [11] risores 1. — [12] collationibus 1. — [13] (q. s.) secrete quoddam 3. — [14] *om.* 1, 2. — [15] loquendi 1. — [16] et 2, 3. — [17] devotas 3. — [18] quandoque 3. — [19] (esset-f.) ex studio fatigatus esset 3. — [20] *om.* 1. — [21] ambulans 2, 3.

Num. 33. — [1] fecundum 1. — [2] quidem 3. — [3] *om.* 2. — [4] sic enim 3. — [5] de factis 1. — [6] compactus 1. — [7] baptisterii 3. — [8] elavabat 1. — [9] ipsius 1. — [10] *om.* 2.

riis providebat; duos quoque pueros Iudeos Neapoli ipsemet [11] in persona propria baptizavit.

34. [35 ad finem et 36] Indita quidem divinitus erat eius animo [1] quaedam ad pauperes miseratio liberalis, quae, secum ab infantia crescens, cor ipsius miro modo ad subveniendum afflictis et egentibus inclinabat. Unde et a pueritia sua [2] vestes, quas dimittebat, non ioculatoribus aut histrionibus [3], sed pauperibus erogabat; infirmisque [4] ac debilibus reverenter et [5] pie subveniebat, ac [6] alimenta et [7] alia necessaria, prout poterat, ministrabat. Factus denique episcopus per suos familiares et secretarios mandavit diligenter inquiri de suorum redituum quantitate [8]; iussitque [9] tantum servari,
* f. 37v quantum sibi et suae familiae erat necessarium * pro expensis moderatis et rationabilibus [10] faciendis, totum vero residuum pauperibus erogari. Licet enim summus pontifex, qui de eo providerat ecclesiae Tolosanae, sibi dixisset quod non solum ut episcopus, sed ut magni regis filius expensas faceret [11] et familiam copiosam teneret; ipse tamen propter honorem Dei, quem semper ab infantia quasi tumentes fluctus super se timuit, seipsum contemnens, licentia hac [12] uti noluit, nec lautius [13] vixit, nec pro se aut [14] familia sua amplius expendit. Cupiebat namque sibi egere ut pauperibus abundaret, quibus censebat [15] omnia ecclesiae bona deberi [16], praeter moderate necessaria ministris [17] et ecclesiae ornamentis. Unde rogatus semel [18] a familiaribus suis ut cuidam consiliario patris sui, qui ad eum missus fuerat, quodam animali indigenti [19], daret quendam rucinum [20] ob patris
* f. 38r * reverentiam, nullo modo voluit concedere neque [21] dare. Ideoque [22] nec [23] aves venaticos aut canes [24] umquam [25]

— [11] ipse videlicet 2; *om.* 3.

Num. 34. — [1] (e. a.) a. e. 2. — [2] *om.* 1. — [3] (i. a. h.) h. a. i. 3. — [4] infirmis insuper 3. — [5] ac 3. — [6] et 3. — [7] ac 3. — [8] (r. q.) q. r. 3. — [9] iussit 3. — [10] (expensis-rationabilibus) moderatis et rationabilibus expensis 3. — [11] (e. f.) f. e. 3. — [12] (l. h.) h. l. 3. [13] latius 2. — [14] nec 3. — [15] sentiebat 2. — [16] (c.-d.) omnia ecclesiae bona deberi asserebat 3. — [17] ministeriis 1, 2. — [18] (r. s.) s. r. 3. — [19] (q. a. i.) indignanti quoddam animali 1. — [20] rocinum 2; (d. q. r.) equum aliquem electum daret 3. — [21] aut 3. — [22] ideo 2; insuper 3. — [23] *om.* 2. — [24] (aves-canes) venaticos canes aut aves 2; venaticos canes nec aves 3. — [25] numquam 2; *om.* 3.

habere voluit, nec pro se teneri sustinuit, nec venatoribus aut [26] mimis [27] aliisve [28] vagis personis umquam [29] favere vel aliquid eis dare quaesivit, nec ulla curiositate pellium ornamentorum aut vestium [30] usus fuit, sed super egenos et pauperes diligenter [31] intendens paterno affectu, curabat sollicite ipsorum [32] inopias relevare: quibus etiam cum ad manum aliud non haberet, aliquando indumenta quibus vestiebatur exuens misericorditer erogabat. Unde cum semel iret per Franciam [33], occurrenti in via [34] pauperculo male vestito et [35] quasi nudo, misericordia motus vir sanctus et pius cappam quam portabat abscondite contulit sibique secrete fecit aliam apportari [36].

35. Barbitonsori suo praecepit sub poena * eiectionis de hospitio [1] ut nihil [2] reciperet a [3] tonsurandis praeter id quod pro [4] suo laboritio merebatur, contraria consuetudine non obstante. Et procurationem ipse accipere noluit, sed potius solvi fecit. Quicquid autem pro sigillo dabatur, ordinavit pro amore Dei totaliter [5] erogari. Cum autem [6] eleemosina sua communis pauperibus dabatur [7], ibat laetanter [8] ad videndum; et si aliquid deficeret, faciebat ilico eis dari. [37 ad finem.] Incarceratorum quoque miseriae [9] vehementer [10] compatiens, faciebat eos aliquando liberari [11]. Cum autem semel viro Dei in Castro Ovi moram facienti nuntiatum fuisset quosdam in galea armata navigantes inimicos et hostes patris sui captos et incisione pugnorum fuisse per sententiam iudicis Neapoli condemnatos, famulus Domini pietate victus, *affectu vehementi [12] compatiens miseris condemnatis, concito [13] gressu de Castro descendens non expectata comitiva sua propter morae periculum [14], cum uno clerico, qui sibi hoc

* f. 38v

* f. 39r

— [26] nec 2. — [27] (a. m.) *om.* 3. — [28] aut aliis 2; aliisque 3. — [29] numquam 2. — [30] superfluitate *add.* 3. — [31] (super-diligenter) super egenos diligenter et pauperes 1. — [32] eorum 3. — [33] (iret-Franciam) iter per Franciam faceret 1. — [34] (i. v.) *om.* 1. — [35] *om.* 2. — [36] (secrete-apportari) fecit secrete aliam portari 3.

Num. 35. — [1] (praecepit-hospitio) de hospitio praecepit sub poena excommunicationis 3. — [2] vel 2. — [3] de 3. — [4] de 3. — [5] *om.* 2. — [6] *om.* 2. — [7] (p.d.) d. p. 2. — [8] laetatus 2. — [9] miseriis 3. — [10] vehementius 1. — [11] libertati restitui 3. — [12] intimo 3. — [13] cum cito 1. — [14] (non-periculum) comitivam suam propter morae periculum non expectavit; sed 3.

denuntiaverat et aliis paucis scapham intravit parvulam [15] seque festine Neapolim deduci fecit; et ad regem patrem suum velociter se conferens, sententiam, quae executioni coeperat demandari [16], revocari [17] procuravit et plus quam centum quinquaginta de eis, qui nondum truncati fuerant, liberari fecit protinus et absolvi ut ostenderet se iuxta praeceptum Dominicum [18] non solum erga amicos, sed etiam erga inimicos dilectionis affectum habere et gestare viscera [19] pietatis. Miro quoque affectu compatiebatur peccatoribus ac pro eis Dominum sedule [20] exorabat; et fratres ad confessiones
* f. 39v audiendas mittebat, asserens quod, si * posset ipsemet, sicut unus simplex sacerdos se poneret in ecclesia pro confessionibus audiendis.

Quinto [1]. De ipsius profunda et admiranda humilitate [2].

36. Inter omnia charismatum dona, quae a largo datore dilectus Deo et hominibus Ludovicus acceperat, obtinere primatum in eo [3] humilitas videbatur. In propria quidem reputatione nil erat nisi fictile quoddam et [4] sordidum vasculum, cum in veritate esset vas [5] sanctificationis electum. Cumque foret exemplum virtutum omnium et bonorum [6], asserebat tamen se esse vilissimum peccatorum [7]. Laudari [8] et honorari refugiebat; reprehendi quidem [9] ac contemni tamquam verus humilis appetebat. Ideoque [10] cum aliquando in curia et [11] etiam [12] alibi de quaestione respondisset et magistri vellent eum commendare, ne hoc facerent prohibe-
* f. 40r bat iuxta posse. [32 ad finem.] Ob hoc * etiam cuidam fratri minori socio suo sibique prae aliis magis [13] familiari iniunxerat ut ei defectus quos faceret propalaret. Quod cum frater observans, reprehenderet eum aliquando de defectibus [14]

— [15] (i. p.) p. i. 1. — [16] (c. d.) d. c. 3. — [17] fecit seu *add.* 1. — [18] (p. D.) D. p. 3. — [19] (g. v.) v. g. 3. — [20] (D. s.) sedulo Dominum 1.

Num. 36. — [1] *om.* 1, 3. — [2] (de-humilitate) *om.* 1. — [3] (in eo) *om.* 3. — [4] *om.* 2. — [5] (e. v.) v. e. 1. — [6] (exemplum-bonorum) virtutum omnium exemplar et speculum 3. — [7] peccatorem 3. — [8] enim *add.* 3. — [9] (r. q.) reprehendique 1'; reprehendi vero 3. — [10] idcirco 3. — [11] vel 3. — [12] *om.* 1. — [13] magna 2. — [14] factis 1.

etiam minimis et quasi nullis, vir Dei suscipiebat humiliter et gratanter; respondebatque quod cum Dei adiutorio se de hoc [15] emendare et corrigere proponebat. Aliquando etiam cum ab eodem reprehenderetur in praesentia aliorum audientesque ipsum fratrem arguebant [16] quasi temerarium et audacem, utpote cum auderet talem ac tantum virum coram aliis increpare; vir vere [17] humilis, eum dulciter excusans et bene facere eundem affirmans, fratris [18] reprehensoribus silentium imponebat [19].

37. [19] Dum autem [1] obses in Catalonia teneretur, cuidam viro religioso sibi [2] familiari [3] revelavit [4] in secreto quod [5] fecerat votum de perpetua * castitate [6] servanda et de * f. 40v
fratrum minorum habitu assumendo. Quo postea pluries ad se in [7] partem vocato, petebat ab eo consilium in hunc modum : *Ego*, aiebat, *non peto consilium utrum* [8] *debeam fratrum minorum ordinem introire, quia hoc statui pro fine, et de finibus* [9] *consiliandum* [10] *non est. In tantum namque in hoc proposito solidatus sum quod quanto plus mali detrahendo de ordine mihi dicitur, tanto plus* [11] *meus animus in concepto iam proposito confirmatur* [12]. *Sed peto* [13] *consilium tamquam* [14] *de re mihi dubia et incerta, de modo scilicet habitum* [15] *ipsius ordinis* [16] *assumendi. Si enim in terra patris mei vel in alio loco, ubi cognoscar, intro ordinem* [17], *fratres et alii me tantum* [18] *honorabunt, quod non potero, ut expopto, humilitatis exequia* [19] *exercere. Ideoque cogitavi fore melius et mihi utilius, quod postquam * fuerimus liberati, habitu* [20] *dissimulato* [21] *fugiam* * f. 41r
et vadam in Alemanniam vel ad alias remotas partes, in quibus non cognoscar [22], *ibique intrem ordinem, ut homo condicionis humilis et ignotae. Sicque potero lavare parapsides et coquinae*

— [15] huiusmodi 2. — [16] de argutione 1. — [17] *om.* 3. — [18] fratribus 3. — [19] apponebat 1; (aliquando etiam-imponebat) *om.* 2.

Num. 37. — [1] adhuc *add.* 3. — [2] plurimum *add.* 3. — [3] (s. f.) f. s. 1. — [4] revelat 2. — [5] quom 1. — [6] (p. c.) c. p. 3. — [7] ad 2. — [8] ut 2. — [9] non *add.* 2. — [10] consulendum 1. — [11] fortius 3. — [12] solidatur 3. — [13] inquit *add.* 3. — [14] *om.* 3. — [15] habitu 1. — [16] (h.-o.) ipsius ordinis habitum 3. — [17] (si enim-ordinem) utrum in terra patris mei, aut in loco, ubi cognoscar, ordinem intrem. Sed tunc 3. — [18] (m. t.) t. m. 3. — [19] opera 3. — [20] peregrino *add.* 3. — [21] dissimulate 2. — [22] (non c.) nec agnoscar 2.

utensilia, scopare domos, ceteraque humilitatis officia libere et humiliter [23] *exercere.*

38. [20] Cumque frater ille eius sanctum propositum commendaret, sed [1] tamen diceret hoc non esse possibile, quia pater suus faceret eum diligenter inquiri [2], nec posset ullatenus [3] occultari, eo quod minister [4] et alii ordinis praelati cognoscunt fratres quos habent sub regimine suo [5] et [6] idcirco propter haec et alia citius hoc [7] sciretur ; et [8] etiam [9] cum hoc, si intraret publice [10], daret exemplum maximum [11] toti
* f. 41v mundo; audita responsione huiuscemodi, rogabat * vir humilis fratrem ut exoraret Dominum et faceret ab aliis exorare [12] ut sibi dignaretur quod esset melius inspirare. Licet autem divina providentia recte disponens omnia aliter [13] ordinaverit [14] quam vir sanctus appeteret, tamen non caruit merito humilis [15] et sancti desiderii, nec fuit penitus privatus effectus optati [16].

39. [27] Nam postquam fuit episcopus, ad locum fratrum minorum ut plurimum ad [1] hospitandum declinans, ibidem cum locorum fratribus saepe parapsides et alia coquinae utensilia abluebat. Unde cum pro ecclesiae suae negotiis [2] Parisius devenisset in Coena Domini, centum pauperes induit et eadem die fratribus pedes [3] lavit et cum eis, sicut moris est, tunc temporis [4] disciplinam accepit. Die quoque Paschae ibidem, secundum fratrum consuetudinem, cum magna devotione et humilitate, magistris et bacchalariis eum comi-
* f. 42r tantibus et coadiuvantibus [5], * scutellas, in quibus fratres comederant, cum aliis coquinae utensilibus simul lavit; frequenter etiam alias [6] in secreto satagebat fratribus sociis ministrando potum in collatione servire et erga eos humilitatis opera exercere [7].

— [23] (l. et h.) h. et l. 3.

Num. 38. — [1] *om.* 3. — [2] quaeri 1. — [3] nullatenus 2; (p. u.) u. p. 3. — [4] ministri 3. — [5] eorum 1. — [6] *om.* 3. — [7] *om.* 2, 3. — [8] atque 3. — [9] *om.* 2, 3. — [10] (i. p.) p. i. 3. — [11] *om.* 3. — [12] exorari 2, 3. — [13] non aliter 2, 3. — [14] ordinavit 3. — [15] humilitatis 3. — [16] praeoptati 2.

Num. 39. — [1] *om.* 2. — [2] semel *add.* 3. — [3] (f. p.) p. f. 2. — [4] (t. t.) *om.* 2. — [5] adiuvantibus 3. — [6] alios 3. — [7] (satagebat-exercere) *ita habet* 3: satagebat humilitatis obsequiis praevenire, quantumcumque etiam despectabilia ac sordida non abomi-

40. Existens denique [1] episcopus, diebus singulis, XXV pauperibus in persona propria serviebat, aquam [2] eorum manibus infundendo [3], fercula apponendo ac panes scindendo eisdem, etiam genu flexo [4]. Singulis quoque diebus [5] sabbatinis secrete in sua camera lavabat pedes [6] tribus ex illis magis miserabilibus et despectis. [24] Sed et cum esset obses in Catalonia, Barcinone existens, XII [7] pauperes in Coena Domini invitavit [8], in quorum manibus aquam fundens, eis cibum et potum manu propria ministravit. Itaque quibusdam ex eis, qui se pascere non poterant, ipsemet bolos in ore ponebat et potum ori eorum applicabat. Ipsorumque [9] postea pedes lavit humiliter [10] et abstersit [11]. * In Parasceve dehinc [12] sequenti, cum licentiatus fuisset [13] cum fratribus germanis [14] suis [15] ire ad templariorum ecclesiam, quae propinqua erat hospitio in quo tunc habitabant, vidissetque ibidem quendam pauperem horribiliterque [16] plagatum [17] leprosum, ex mirando humilitatis spiritu et fervore [18] voluit eum publice osculari; et fecisset, nisi timuisset unum de fratribus germanis [19] suis [20] offendere, scilicet Dominum regem Robertum [21], qui [22] hoc videbatur tamquam adeo [23] durum et noxium abhorrere. Cum vero redissent ad hospitium, spiritu eum perurgente, volens perficere devote quod conceperat [24] de mane, misit et leprosum illum ad se adduci fecit et [25] in quadam hospitii camera introduci; ibidemque [26], mantello deposito, in memoriam illius quem tota mente diligebat, Christi Iesu scilicet [27], qui tali die ex summa

* f. 42v

nare. Fratribus quoque sociis suis saepius ipse servire potum, in collatione ministrare, vestes eorum excutere atque alia servilia opera atque humilitatis exercitia impendere contendebat.

Num. 40. — [1] vero 3. — [2] atque aquam 2; nam aquam 3. — [3] infundebat 3. — [4] (fercula-flexo) panes scindebat atque genibus flexis ipsis fercula apponebat 3. — [5] *om.* 1. — [6] *om.* 2. — [7] quinquaginta duos 3. — [8] invitaverat 2. — [9] ipsorum quoque 2; ipsorum etiam 3. — [10] (postea-humiliter) pedes postea humiliter lavit 3. — [11] extersit 2, 3. — [12] vero die 3. — [13] una *add.* 3. — [14] (licentiatus-germanis) fuisset cum fratribus germanis licentiatus 1. — [15] *om.* 1. — [16] horribiliter 3. — [17] ac *add.* 3. — [18] (ex-fervore) *om.* 3. — [19] *om.* 3. — [20] (g. s.) s. g. 2. — [21] (scilicet-Robertum) *om.* 1; videlicet Dominum Robertum, qui post regni Siciliae gubernacula suscepit 3. — [22] quia 3. — [23] aliquid 1. — [24] coeperat 1. — [25] *om.* 1; atque 3. — [26] ibique 3. — [27] (C.-s.) C. s. I. 3.

dignatione ut leprosus et plagatus pro nobis voluit apparere, * f. 43r leprosum illum * fuit [28] cum humilitate et devotione maxima osculatus. Quod factum germanus ipsius, qui prius vehementer [29] huiusmodi humiliationum genus [30] abhorrebat, praesentiens, festinus accurrit tantumque fuit exemplo tam humili [31] immutatus quod seipsum devincens [32] eundem leprosum fuit consimili modo humiliter osculatus.

41. In crastino quoque licentiatus ad fratrum praedicatorum ecclesiam visitandam pro videnda sacra quadam [1] spina coronae Dominicae, quae reverenter inibi reservatur [2], ut verae humilitatis exemplum omnibus patenter ostenderet [3], luceque huiusmodi [4] lucente coram hominibus, ad lucis facta videntes homines Ludovicus vere lucidus provocaret, misit nuntium ad leprosorum domicilium ut adduceretur illuc aliquis de leprosis qui staret in porta ecclesiae, quem videntibus omnibus [5] posset cum humilitate et reverentia * f. 43v osculari. Licet autem * hoc eius sanctum [6] propositum perductum non fuerit ad effectum, statuto vel consuetudine civitatis illius inhibente ne leprosi vadant per civitatem nisi in sancto die Parasceve, tamen clare ostenditur [7] quam admiranda fuerit huius sancti humilitas, qui de regalibus sedibus procedens, ad tam ima sic se [8] voluntarie prosternebat ut appeteret et niteretur [9] in pulvere et sorditie os suum ponere [10] propter spem caelestis sublimitatis et pulchritudinis consequendae [11].

42. [23] Propter humilitatis quoque et paupertatis evangelicae spiritum vir sanctus, assumpto habitu clericali, resignatis [1] omnibus vasis aureis et argenteis patri suo, quod vix precibus importunis ab eo obtinere potuit, ligneis et fictilibus [2] usus fuit. Quod quidem observari in tota domo sua fecit, quo usque factus episcopus persuadentibus sibi contra-

— [28] fuerit 2. — [29] (p. v.) v. p. 3. — [30] (h. h. g.) huiusmodi 1 ; *om.* 2. — [31] (t. h.) *om.* 2. — [32] vincens 2.

Num. 41. — [1] (s. q.) q. s. 1. — [2] servatur 2. — [3] (p. o.) o. p. 3. — [4] eius 1. — [5] cunctis 3. — [6] (e. s.) s. e. 3. — [7] (t. c. o.) unde liquido apparet 3. — [8] (sic se) sese 2. — [9] (et n.) mittere 3. — [10] *om.* 3. — [11] (propter-consequendae) propter perpetuae mansionis celsitudinem et immarcescibilem gloriae coronam adipiscendam 3.

Num. 42. — [1] resignans 2. — [2] de cetero *add.* 3.

rium pluribus viris eximiae religionis et sapientiae humiliter assensit : * quae tamen omnia in obitu suo [3] sibi [4] deservientibus [5] et Christi pauperibus erogavit. Humilitatis etiam spiritu ductus, secrete ad summum pontificem accessit [6] eiusque in manibus episcopatum [7] resignavit, allegando contra se rationes quas potuit cogitare. Sed Domnus papa renuntiationem eius [8] noluit acceptare [9]. Et cum post a quibusdam, qui hoc sciverunt, dictum ei fuisset [10] quod fatue fecerat, respondit quod volebat a papa fatuus reputari ut ipsum ab episcopatus onere liberaret [11]. * f. 44r

43. [37 initio.] Consuevit nihilominus, humilitate vera praeditus, pauperum ac leprosorum hospitalia congruis temporibus visitare, infirmorumque confiteri volentium confessiones audire cum omni mansuetudine [1], et [2] verbis consolatoriis eos [3] confortare ac ecclesiarum subsidiis confovere. Unde [4] cum aestate illa, qua ad Dominum evolavit, de Tolosa per montes Pyrenaeos [5] asperrimos transiens in [6] Cataloniam, die quadam post dietam magnam laboriose [7] peragratam ad locum * hospitii pervenisset, videns quandam vetulam pauperem [8] et debilem in paleis miserabiliter decubantem, domunculam ipsius [9] cum fratre [10] socio est ingressus. Cumque [11] invitasset eam de confessione sibi vel fratri socio facienda [12], dicendo *ego sum* [13] *frater minor*, illa vero [14] recusante utpote quasi ex antiquitate nimia sensu [15] alienata [16], requisivit ab ea si comedere vellet. Qua respondente quod sic, misit et fecit afferri [17] de pane suo; appropinquansque grabato illius et in eo residens, manu propria [18] ipsam pavit diligentissime in ore vetulae bolos ponens. Rediens autem ad hospitium, ita pediculis fuit plenus quod, licet omnes vestes quibus [19] indue- * f. 44v

— [3] (o. s.) s. o. 3. — [4] *om.* 1. — [5] servientibus 2. — [6] (p. a.) a. p. 2. — [7] episcopatui 2. — [8] ipsam 3. — [9] (sed-acceptare) *om.* 1. — [10] (e. f.) f. e. 2. — [11] honore 2. — [12] (volebat-liberaret) *sic* 3 : non curabat ab hominibus fatuus reputari, si ipsum Domnus apostolicus ab episcopatus onere voluisset liberare.

Num. 43. — [1] (audire-mansuetudine) cum omni mansuetudine audire 3. — [2] *om.* 2. — [3] (v. c. e.) e. v. c. 2. — [4] unum 2; et 3. — [5] Pyrenei 1. — [6] per 2. — [7] laboriosam 3. — [8] (v. p.) pauperculam vetulem *(sic)* 3. — [9] eius 3. — [10] et *add.* 3. — [11] cum autem 2. — [12] faciendam 2. — [13] *om.* 2. — [14] *om.* 1; quoque 3. — [15] in sensu 2. — [16] (ex-alienata) decrepita et spiritu intelligentiae ac discretionis privata 3. — [17] (f. a.) afferri iussit 3. — [18] (m. p.) p. m. 1. — [19] *om.* 3.

batur [20] tunc [21] mutaverit [22], vix tamen ab eis perfecte [23] potuit emundari, nec tamen ex [24] hoc in aliquo tristabatur, sed potius exultabat [25]. O vere humilem et beatum virum * f. 45r tanta se abiectione [26] * propter Christum despicientem et despici appetentem despectisque personis et secundum saeculum abiectis tam humiliter obsequentem! Vere hic fuit perfecte humilis qui, aliis multum carus existens et nobilis, fuit [27] in [28] reputatione propria [29] valde vilis, oblitusque ingenuitatem suae regalis originis et domum tam alti sanguinis dignitatemque [30] tam celsi [31] culminis [32], se propter amorem caelestis Regis personis tam infimis et tam despectis subdebat et seipsum tam humiliter et tam libenter eorum obsequio mancipabat.

44. [46] Ex veraci quoque et solida humilitate, licet iam annum [1] vicesimum complesset [2] quando fuit sacris ordinibus [3] ordinatus, tamen omnium ordinum tam maiorum quam minorum volebat actus et officia sollemniter et publice * f. 45v exercere. Unde et Romae, antequam per Dominum * papam Bonifacium fieret subdiaconus, in natali Domini in prima missa fecit acolythatum [4] in capella regis cum devotione et humilitate mirabili [5], sedens humiliter ante altare in medio puerorum qui portabant [6] cereos, sine verecundia et rubore. Et eadem die, in missa maiori ab eodem summo pontifice sollemniter celebrata coram magna cleri et populi multitudine, cum uno puero paupere existens et ipse puer non iam tenera aetate sed humilitate [7] evangelica [8], indutus superpelliceo portansque cereum ut acolythus, altari voluit assidue deservire [9]. Quando etiam recepit ordinem diaconatus in Sancto Laurentio de Neapoli, quae ecclesia est fratrum minorum [10], noluit stare ad partem nec in loco honorato, sed inter alios [11] clericos, qui secum erant ordinandi; nec voluit

— [20] indutus erat 3. — [21] (i. t.) t. i. 1. — [22] mutavit 3. — [23] *om.* 1. — [24] de 3. — [25] in Domino laetabatur 3. — [26] obiectione 3. — [27] *om.* 3. — [28] etiam 2. — [29] autem *add.* 3. — [30] dignitatem 2; dignitatem quoque 3. — [31] excelsi 1. — [32] et *add.* 2.

Num. 44. — [1] tantum *add.* 3. — [2] complevisset 2. — [3] (f. s. o.) in sacris fuit ordinibus 3. — [4] acolythum 2. — [5] (d. e. h. m.) m. d. e. h. 3. — [6] et portabat 3. — [7] humanitate 1. — [8] (h. e.) e. h. 3. — [9] (altari-deservire) voluit assiduo *(sic)* altari deservire 3. — [10] (in-minorum) *om.* 1. — [11] stabat *add.* 3.

quod in aliquo deferretur sibi, sed sic fierent omnia erga eum, sicut circa unum pauperem clericum de capella. * Hoc idem fecit, quando fuit ibidem [12] presbyter ordinatus. Et cum papa [13] obtulisset ei quod, si [14] veniret ad ipsum de Neapoli, ipsemet [15] faceret eum [16] sacerdotem, venire renuit, dicens quod hoc non videretur aliud [17] quam pompa et vanitas mundialis [18]. Socio quoque suo cum gaudio ad missam devote et humiliter [19] serviebat. Existens quoque Parisius iam episcopus in conventu fratrum minorum, volens existere inter illos sicut unus ex illis [20], volebat ut officium quod erat in conventu facturus sicut uni alteri fratri simplici [21] imponeretur et in tabula ordinationis officiorum secundum loci consuetudinem legeretur. Hic ergo vere et perfecte humilis fuit, qui volens decenter implere omnem [22] iustitiam non solum superioribus, nec solum [23] aequalibus, sed etiam inferioribus ut ex [24] supra dictis [25] luculenter apparet [26] et clare iuxta exemplar et praeceptum Domini Salvatoris humili * tam corde quam opere se subiecit. Ideoque Dominus, verax promissor et iustus redditor, quod dudum pie promiserat manifeste nunc in hoc suo fideli famulo adimplevit; multipliciter enim et mirifice Ludovicum humilitatum [27] multipliciter et magnifice non solum in caelesti gloria, sed etiam in militanti Ecclesia exaltavit.

(* f. 46r; * f. 46v)

6° De eius felici obitu et consummatione [1].

45. Ludovicum igitur [2] in lucem gentium mundo caelitus datum volens Deus propere de praesenti [3] saeculo nequam eripere [4], et lucidum eius spiritum tamquam sibi placitum [5] et acceptum decernens gratuite educere de medio iniquitatum [6] ac incorporeorum luminum collegio sociare, antequam

— [12] *om.* 1. — [13] ei *add.* 1. — [14] *om.* 3. — [15] ipseque 3. — [16] (f. e.) e. f. 1. — [17] (v. a.) a. v. 3. — [18] *om.* 1. — [19] saepius *add.* 3. — [20] istis 1. — [21] (f. s.) s. f. 3. — [22] (d. i. o.) o. d. i. 3. — [23] (n. s.) et 3. — [24] *om.* 2. — [25] scriptis 2. — [26] (l. a.) evidenter patet 1. — [27] (multipliciter-humiliatum) *om.* 1.

Num. 45. — [1] (6°-consummatione) *om.* 1. — [2] iuvenem purissimum 3. — [3] hoc 3. — [4] arripere 1. — [5] placidum 3. — [6] (gratuite-iniquitatum) de medio iniquitatum gratuite educere 3.

ipsum transferret in paradisum, ad sui gloriam pie [7] disposuit ut [8] quoddam virtutum exemplare speculum [9] circumducere per mundum [10] et [11] manifestare in salutem ac [12] * f. 47r consolationem [13] * fidelium populorum. Fuit igitur [14] Ludovicus adeo super candelabrum positus, quasi lucerna accensa, ut, lucens omnibus qui sunt in domo Dei, quae est in Ecclesia, ad divinum amorem universorum traheret et dirigeret corda. Fuit quoque circumductus divina dispositione ut Dei arca per multa saeculi climata ad infidelium confusionem, errorum deiectionem, confortationem Ecclesiae catholicae [15] et glorificationem fidei orthodoxae [16].

46. Biennio namque antequam spiritum redderet caelo, egressus de Catalonia, quae quidem pars existit [1] Hispaniae ubi Dominus virtutes eius prius manifestaverat, transiens provinciam Narbonensem [2] et provinciam Provinciae [3] per Ianuam et Tusciam devenit [4] Romam, residente tunc in * f. 47v sede apostolica Bonifacio papa [5], ubi * perfectionem ipsius Dominus patentius [6] notam fecit. Indeque per Campaniam transiens in regnum Siciliae, commoratus est aliquanto tempore Neapoli [7] ubi Deus illius sanctitatem approbatam lucidius declaravit. Postque rediit Romam, ubi Christus adhuc apertius summam perfectionis eius [8] coram tota Romana curia, praesentibusque [9] regibus Siciliae et Aragoniae et multis principibus, qui illuc ex speciali causa [10] convenerant, promulgavit. Indeque iam [11] factus [12] episcopus, per Italiam transiens in Gallias per Lugdunensem provinciam et Burgundiam [13], pervenit in Franciam ut [14] coram rege et magnatibus Franciae totaque [15] Parisiensi universitate Dominus ostenderet eius vitam admirabilem [16] ac [17] doctrinam. Demum [18] per Aurelia-

— [7] *om.* 3. — [8] velut 3. — [9] eum 3. — [10] (c. p. m.) p. m. c. 3. — [11] ac 3. — [12] ad 1. — [13] omnium *add.* 3. — [14] ergo 2. — [15] (confortationem E. c.) E. c. confortationem 3. — [16] (g. f. o.) o. f. g. 3.

Num. 46. — [1] extitit 2, 3. — [2] Sarbonensem 1. — [3] (provinciam Provinciae) Provinciae provinciam 1. — [4] (I. devenit) Ianuae et Tusciae pervenit 3. — [5] octavo *add.* 3. — [6] per suam potentiam 3. — [7] et *add.* 2. — [8] (s. p. e.) perfectionis suae culmen 3. — [9] praesentibus 3. — [10] (e. s. c.) c. e. s. 3. — [11] *om.* 3. — [12] (i. f.) f. i. 2. — [13] Bergundiam 3. — [14] et 2. — [15] tota 2; coramque 3. — [16] (o. e. v. a.) e. a. v. o. 3. — [17] ad 2. — [18] denique 1.

nos [19] et Cadurcum [20] venit ad suam ecclesiam [21], scilicet [22] Tolosanam, ubi, aliquanto tempore facta residentia, per Vasconiam et montes asperrimos Pyrenaei venit [23] in * Cataloniam, ubi [24], visitatis rege Aragoniae et regina sorore sua, aliquandiu commoratus in civitate Ilerdae, sorores sanctae Clarae virginis consecravit et in civitate Barcinone fratrum minorum ecclesiam dedicavit. * f. 48r

47. [41] Ad hunc autem beatum virum vultu [1] quidem angelicum [2], factis mirificum et omni morum honestate conspicuum omnis sexus omnisque condicio properabat et confluebat undique ad videndum, in tantum ut interdum prae nimia pressura gentium se opprimentium [3] nonnulli mortis periculo propinquarent [4]. Laetabantur nempe videntes faciem eius sicut gratiose [5] divina gratia illustratam intuebanturque [6] vultum illius quasi [7] vultum angeli stantis inter illos, quia revera facies eius faciem angelicam praetendebat [8]. Aedificabantur universi fideles [9] in tam devota celebratione, in tam efficaci praedicatione, * in tam [10] profunda humiliatione, in tam viscerosa miseratione, in tam honesta conversatione, in tam ordinata compositione; et universaliter in omnibus eius actibus, sermonibus et gestibus mirabantur. Quis enim posset sine stupore [11] videre iuvenem gratiosissimum [12], tanti regis filium, tanta generositate conspicuum, tanta dignitate sublimatum, tanta auctoritate illustratum [13], tanta humilitate praecelsum, tanta mortificatione vividum [14], tanta sapientia praeditum [15], tam vili habitu ornatum [16], tanta eloquii [17] venustate nitentem, tanta vitae honestate fulgentem? Vere vir iste sanctus, homo caelestis angelusque terrestris ipsius personam vitamque considerantibus videbatur. * f. 48v

— [19] Aurelianis 2. — [20] Carucum 1. — [21] (s. e.) e. s. 3. — [22] *om.* 3. — [23] (P. v.) *om.* 3. — [24] *om.* 3.

Num. 47. — [1] vultum 1, 3. — [2] praetendentem *add.* 3. — [3] comprimentium 2. — [4] (omnisque-propinquarent) proximare satagebat 3. — [5] (s. g.) gratiosam sicut 3. — [6] intuebantur quoque 3. — [7] (i. q.) eius tamquam 3. — [8] contuentibus ingerebat 3. — [9] (u. f.) f. u. 3. — [10] tanta 1. — [11] et admiratione *add.* 3. — [12] gratissimum 1. — [13] (a. v.) caritate inflammatum 3. — [14] (t. m. v.) *om.* 3. — [15] (t. s. p.) *om.* 1; tanta auctoritate pollentem *add.* 3. — [16] vestitum 3 *et add.* : tanta paupertate ditatum. — [17] eloquentiae 2.

48. [42] Appropinquante igitur viri Dei consummatione, divina ipsum providentia gubernante, de partibus Cataloniae progressus per Montem * Pessulanum, venit in provinciam Provinciae, terram scilicet patris sui. Celebrataque [1] cum sollemnitate et devotione maxima [2] festivitate beatae Marthae virginis Christi hospitae Tarasconi, in quo loco [3] corpus eiusdem sanctae virginis requiescit, ubi etiam [4] tunc vir sanctus in proximo caelesti recipiendus hospitio, ad honorem ipsius sanctae [5] hospitae [6] publice praedicavit. Cum vero inde [7] venisset ad castrum quoddam quod Brinonia [8] dicitur, coepit febre continua laborare. Praevidensque vir Deo plenus quod esset de huius saeculi carcere educendus, ad sacrae mortis transitum se [9] devotissime disposuit et diligentissime praeparavit. Quasi enim continue orationi et contemplationi vacabat verbaque divina audire volebat ac [10] sibi dici iubebat [11] et in lecto sibi decubanti missam celebrari a suis sociis [12] faciebat. Vocans autem * ad se quendam fratrem de ordine minorum, quem familiarem et individuum comitem suae peregrinationis habuerat, dixit ei : *Ego*, inquit, *moriar et* [13] *expedit mihi multum* [14] *quia onus episcopatus, quod est cervici meae* [15] *impositum, est mihi quam plurimum* [16] *onerosum; et propter nimiam occupationem temporalium* [17] *orationi et devotioni vacare nequeo, sicut vellem.* Perpendat ex hoc fidelis quisque quam humilis et [18] sanctus fuerit animus Ludovici [19], qui episcopatum non ut honorem [20] amabat, sed ut onus potius tolerabat. [43] Et [21] petens denique [22] sibi conferri omnia ecclesiastica sacramenta, ipsa [23] recepit multum humiliter et devote [24].

* f. 49r
* f. 49v

49. Cum autem sacrum corpus Dominicum [1] in die

Num. 48. — [1] celebrata autem 3. — [2] praecipua 3. — [3] *om.* 3. — [4] et 2. — [5] Christi *add.* 2. — [6] (honorem-hospitae) sanctae ipsius honorem ardentissimo fervore 3. — [7] (c. v. i.) cum 1; cumque 3. — [8] Bririzola 1. — [9] quantum potuit *add.* 3. — [10] (audire volebat ac) *om.* 3. — [11] (verbaque-iubebat) *om.* 2. — [12] (c. a. s. s.) a suis s. c. 3. — [13] quidem *add.* 3. — [14] (e. m. m.) multum e. m. 3. — [15] (c. m.) m. c. 1. — [16] (e. m. q. p.) m. q. p. e. 3. — [17] (o. t.) t. o. 3. — [18] quam *add.* 3. — [19] huius sancti viri 3. — [20] ad honorem 3. — [21] *om.* 1, 3. — [22] (p. d.) petivit demum 3. — [23] ipsaque 2. — [24] (ipsa-devote) quae omnia cum summa devotione et reverentia recepit 3.

Num. 49. — [1] (s. c. D.) sacratissimum Domini corpus 3.

Assumptionis beatae [2] Mariae sibi deferretur, licet ex infirmitate illa gravissima quae omni conclusit languori [3] in tantum esset attenuatus * et debilitatus ut sola cute ossibus * f. 50r adhaerente non posset [4] se aliquatenus [5] sustentare [6], ex mirando [7] tamen fervore spiritus de grabato, in quo decumbebat, habitu [8] indutus exilit et [9] venit in occursum [10] Domini Salvatoris. Quo ante altare genibus flexis adorato devotissime et recepto, in lecto [11] repositus, data sibi cruce per quendam ex sociis, genuflexit ut potuit ac in oratione devota et secreto silentio postmòdum diu mansit [12]. Die XVa [13] infirmitatis suae, die scilicet illa in qua migravit ad Dominum [14], mane dixit orationem illam, scilicet [15] : *Domine Deus Omnipotens, qui ad principium huius diei nos pervenire fecisti,* et caetera ; quod in tota infirmitate non fecerat. Et cum post horam nonam ad sedendum in lecto fuisset erectus, oculos suos [16] levavit [17] ad caelum [18] ; tenensque crucis * trophaeum [19] in manibus vel [20] ante se, quando [21] prae * f. 50v nimia debilitate [22] in manibus tenere nequibat, continue [23] usque ad vesperos incessanter [24] dicebat : *Adoramus te, Christe,* etc. [25] ; et [26] *Delicta iuventutis meae,* etc. [27], et salutationes Virginis gloriosae [28], signoque [29] crucis saepius se [30] muniebat [31]. Cum autem ab eo quaesitum [32] fuisset a [33] fratre socio suo cur ita frequenter diceret *Ave Maria,* respondit [34] :

— [2] beatissimae virginis 3. — [3] (c. l.) l. c. 3. — [4] posse 1. — [5] (s. a.) a. s. 2. — [6] (non-sustentare) se aliquatenus sustentare non posset 3. — [7] miro 2. — [8] habitum 1. — [9] (exilit et) exiliens 3. — [10] (v. i. o.) i. o. properat 3. — [11] (i. l.) iterum in grabato 3. — [12] *Add.* 3 : in cruce nempe Dominica et non in saeculi pompa semper quoad vixerat praeelegerat gloriari. — [13] (d. XV) XV die 1. — [14] (die XV-Dominum) appropinquante autem sui sacri transitus die 3. — [15] *om.* 3. — [16] ac manus *add.* 3. — [17] elevavit 1. — [18] *add.* 3 : totisque praecordiorum affectibus glorificare coepit Altissimum, eo quod, mortalitatis sarcina deposita, liber ei aditus pateret ad vitam perpetuam. — [19] (t. c. t.) cumque crucis trophaeum teneret 3. — [20] et 3. — [21] quidem *add.* 3. — [22] (n. d.) d. n. 2; infirmitate 3. — [23] sine intermissione 3. — [24] *om.* 3. — [25] *(Christe,* etc.) *sanctissime D. I. C. et benedicimus tibi quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum ; qui me creasti et fecisti ex nihilo et redemisti sanguine tuo pretioso, miserere mei* 3. — [26] item dicebat *add.* 3. — [27] *et ignorantias meas ne memineris, Domine* 3. — [28] (et s. V. g.) *om.* 3. — [29] *sic* 3: Demum cum mortem e proximo sibi cerneret imminere, signo. — [30] sese 3; (c. s. se) crucis se saepius 1. — [31] *add.* 3 : et salutationem angelicam *Ave, Maria, gratia* etc. devotissime ingeminabat. — [32] (ab eo q.) q. ab eo 3. — [33] (ab eo-a) quasi tum fuisset 1. — [34] interrogatus respondit 1.

quia cito moriar et beata Virgo [35] *Maria* [36] *salvabit me.* Dilectus igitur Deo et hominibus Ludovicus [37], cunctis in eo [38] divinitus [39] completis mysteriis, anima eius sanctissima carne soluta et in abyssum claritatis absorpta, in Domino obdormivit [40].

50. [44] Facies autem eius post mortem pulchrior apparuit; circumstantibusque ipsum [1] intuentibus non mortuus,
* f. 51 sed dormiens videbatur. Dominus quoque Hugo * de Vicinis tunc senescalcus Provinciae, vir utique bonus et verax, testatus est eum se vidisse in capite chori Marsiliae in habitu et mantello cum pulchra et laeta facie, quamdiu exequiae duraverunt. Consimili etiam modo tunc se eum vidisse Dominus [2] Baucio [3], Dominus Podii Ricardus [4], magnus baro Provinciae et vicarius fratrum minorum Marsiliae testati sunt [5]. Iuvenis quidem obiit aetate, sed antiquus maturitate [6]; canus non crinibus, sed sensibus; senex non [7] diuturnitate temporum, sed multiplicitate potius [8] meritorum [9].

51. [45] Totius autem vitae suae decursus fuit viginti trium annorum et sex [1] mensium. Quartum decimum quidem prope [2] annum attigerat, cum in Cataloniam [3] obses pro patris sui liberatione [4] ductus fuit. Septemque [5] annis in custodia mansit; per duos vero annos et prope decem menses post liberationem a custodia supervixit [6].

* f. 51v Et recte sicut nomen suum [7] fuit futurae * virtutis praesagium, ita numerus vitae ipsius extitit virtutis consummatae signum atque mysterium. Duobus quippe denariis decalogi perfectio [8] designatur, quam [9] tam mente quam corpore, tam

— [35] *om.* 1. — [36] *om.* 2. — [37] virgo purissimus *add.* 3. — [38] eum 1. — [39] *om.* 2; divinis 3. — [40] (in D. o.) aethereas mansiones perpetuo victura intravit 3.

Num. 50. — [1] (Facies-ipsum) Igitur post mortem eius apparuit facies eius circumstantibus splendida nimis et luminosa ita quod 3. — [2] *om.* 1. — [3] R. de Bantio 2; Brancho 3. — [4] Ricardii 2. — [5] (Dominus Podii-testati sunt) Massiliae vicarius est testatus 1; (et vicarius-testati sunt) Massiliae vicarius est testatus 2. — [6] (obiit-maturitate) aetate s. a. m. obiit 1. — [7] *om.* 1. — [8] (multiplicitate potius) multiplici aetate potius 2; multiplici potius aetate 3. — [9] (sed-meritorum) *om.* 1.

Num. 51. — [1] septem (VII) 1. — [2] *om.* 1, 3. — [3] Catalonia 2, 3. — [4] liberationem 2; (obses p. p. s. l.) p. p. s. l. obses 3. — [5] septem quidem 2. — [6] *subseq. § om.* 2. — [7] *om.* 3. — [8] perfecto 1. — [9] *om.* 1.

voluntate quam opere adimplevit. Ternario [10] vero intellegitur vel fides Trinitatis deificae in qua perfectus fuit; vel ternarius virtutum theologicarum, scilicet fidei, spei et caritatis, quibus perfecte Deum coluit; vel tria religionis vota, quae vovit et perfecte [11] observavit; vel tres dotes animae, quas in caelesti patria acquisivit. Senario [12] vero mensium numero, qui perfectus numerus est [13], perfectio sanctitatis eius in hac vita defectibili et menstrua [14] designatur. Consummatus ergo in brevi explevit tempora multa et cumulavit merita plurima, sicut beatus Stephanus, Chrysanthus et Agapitus multique alii utrimque sexus sancti, qui, * licet hic parum vixerint, tamen quam plurima praecelsorum meritorum culmina congregarunt. Non [15] enim curandum est quamdiu vivatur, sed quam bene vivatur iuxta sententiam sapientium [16]. * f. 52r

Transivit autem ex hoc mundo ad caelum vir beatissimus Ludovicus, Tolosanus episcopus, in loco qui Brinonia [17] dicitur, anno Domini M°CCXC°VII (1), quarto decimo kalendas [18] Septembris, media nocte feriae secundae infra octavam Assumptionis beatae [19] virginis genitricis Dei [20] Mariae; et sepultus fuit infra eandem octavam [21] in regia civitate Marsiliae, in ecclesia fratrum minorum, prout ipse iam [22] dum viveret ordinaverat. Ut Virgo beata, cui sanctus iste devotissimus semper fuit, infra suae Assumptionis [23] sollemnia, hora qua Christum pepererat, hunc purissimum virginem assumeret et intromitteret ad superna convivia * in perpetuum permansura [24]. Quo mortalitatis Iordane transito, per eiusdem gloriosae virginis Matris Dei almique confessoris * f. 52v

— [10] trinario 3. — [11] *om.* 1. — [12] senatorio 3. — [13] (n. e.) e. n. 3. — [14] mensura 3. — [15] neque 3. — [16] (sed-sapientium) sed bene vixisse et feliciter consummare laudabile est 3. — [17] Brinzola 1; Briniola 3. — [18] kalendis 2. — [19] *om.* 2; beatissimae 3. — [20] (g. D.) *om.* 2. — [21] (e. o.) o. e. 2. — [22] *om.* 3. — [23] *om.* 1. — [24] permansorum 3; permansurum 3.

(1) Cui mortis Ludovici anno, accurate in *Act. SS.*, loc. cit., Comment. praev., n. 55-58, cribrato calculum adiciunt Bonifacii VIII litterae, *Arnaldo Rogerii electo Tholosano*, die 2 Decembris anni 1297, datae ad confirmandam eius electionem, iam ab ecclesiae Tolosanae capitulo factam. Cfr. supra, p. 297, nota 1.

sui et episcopi [25] Ludovici merita [26] nos introducat verus populi ductor [27] et [28] salvator I. C. [29] qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat [30] in saecula saeculorum. Amen.

De miraculis ipsius, canonizatione et translatione. Sep^m Ca^m [1].

52. Volens igitur Dominus ostendere quam placita sibi erat [2] anima electi sui Ludovici, quam propter [3] peculiarem dilectionem [4] de iniquitatum medio educere properabat [5], statim post ipsius obitum fecit eum signis et miraculis innumeris [6] coruscare. Ad invocationem siquidem nominis eius claudi rectificati, paralitici consolidati, febriscitantes curati, leprosi * f. 53r mundati * quam plurimi [7] extiterunt; sed et pluribus surdis auditus, mutis affatus [8], caecis visus, amentibus sensus fuit per eum mirabiliter restitutus. In partu vero [9] periclitantibus salubris partus, naufragantibus optatus portus extitit a Deo sancti [10] huius meritis condonatus; necnon et quam plura alia beneficia ac varia in necessitatibus remedia ipsum devote invocantibus sunt per Dei clementiam exhibita et [11] concessa. Et quod maius iis omnibus est, pluribus mortuis est per eum vita et [12] incolumitas plenarie [13] restituta. Quidam vero, dum ipsius miraculis [14] impudenter detraherent, divinitus percussi fuere, ipsoque [15] Dei verbere coacti sunt sancti eius mirabilia [16] pie recognoscere ac humiliter confiteri quod prius * f. 53v conati fuerant superbe impugnare et impie irridere. * Demum quoque verbis aut signis se culpabiles cum veraci contritione spiritus confitentes sancti ipsius promerentibus meritis restituti sunt pristinae sanitati [17]. Ut autem de innumeris [18] eius miraculis aliqua devotorum sibi [19] mêmoriae commendentur, quaedam licet pauca comparatione [20] perstringendo breviter subnectuntur.

— [25] pontificis 3. — [26] *om.* 1, 2. — [27] (p. d.) ductor populorum 1. — [28] *om.* 1. — [29] I. C. *om.* 1. — [30] regnavit 2.

Num. 52. — [1] (De — Ca^m) *om.* 1 ; de ipsius miraculis 2. — [2] (s. e.) e. s. 3. — [3] *om.* 1. — [4] devotionem 3. — [5] properaret 1. — [6] *om.* 1. — [7] (m. q. p.) q. p. m. 3. — [8] fatus 3. — [9] quoque 2, 3. — [10] *om.* 1. — [11] *om.* 1. — [12] (v. e.) *om.* 3. — [13] plenarie 3. — [14] miracula 1. — [15] soliusque 3. — [16] virtutes 3. — [17] (demum-sanitati) *om.* 3. — [18] universis 1. — [19] (d. s.) *om.* 3. — [20] comperatione 1.

53. [53, §. 1] In civitate namque Marsiliae quidam vir, Iohannes nomine [1], gutta seu morbo sciatico [2] in pede, ancha [3] et tibia graviter torquebatur; ex [4] vehementi siquidem dolore ad recte ambulandum [5] impotens factus erat et nullam habens requiem nocte ac die quasi parturiens proclamabat. Conversus vero ad beati Ludovici [6] suffragium devotissime implorandum, votum emisit quod ad sancti sepulcrum pedem de cera et tibiam [7] deportaret, si sanitatem a Domino impetraret. Mirum certe: voto quippe [8] emisso statim fuit a morbo tam * gravi et tam duris doloribus [9] * f. 54r liberatus. Succedentibus autem prosperis, voti sui oblitus neglexit quod voverat adimplere. Ideoque, velut ingratus accepti beneficii, in eandem rursus promeruit incidere passionem. Sed cum, aperiente sibi oculos [10] poena, quos clauserat culpa, corde contrito sancti misericordiam implorasset votumque [11] quod emiserat implere devote curasset [12], continuo fuit sanitati plenarie restitutus.

54. In civitate quoque Aquinensi mulier quaedam, Iohanna [1] nomine, guttam tam [2] graviter decem [3] annis perpessa fuit, quod neque propriis manibus nisi [4] raro se pascere poterat nec de eis in aliquo se iuvare. Gravi igitur dolore vexata, ad invocandum beati Ludovici patrocinium se convertens, sepulcrum ipsius adiit. Et cum octo diebus ibidem in oratione [5] * perseverasset, subito a praefata infir- * f. 54v mitate sentiens se totaliter liberatam, Dei omnipotentis et sancti sui [6] mirabilia magnifice collaudavit.

[51 ,§. 1] Quaedam paupercula mulier, dum [7] ex partu violento de puero mortuo et in eius utero transversato, contracta in pedibus, manibus [8] femoribusque per biennium miserabiliter [9] permansisset, votum emisit quod, si curaretur, ecclesiam in qua corpus sancti eiusdem [10] conditum est scoparet quamdiu viveret semel [11] qualibet septimana. Voto

Num. 53. — [1] nonfe *(sic)* 1. — [2] ciaticae 1. — [3] *om.* 3. — [4] *om.* 3. — [5] (in pede-ambulandum) *om.* 1. — [6] (b. L.) beatum Ludovicum 2. — [7] (d. c. e. t.) e. t. d. c. 3. — [8] *om.* 1. — [9] penitus *add.* 1. — [10] (s. o.) *om.* 1. — [11] votum 1. — [12] curaret 2.

Num. 54. — [1] Ioha 1. — [2] *om.* 1. — [3] septem. 3. — [4] vel 3. — [5] hora nonae 1. — [6] *om.* 3. — [7] *om.* 1. — [8] (p. m.) m. p. 3. — [9] *om.* 3. — [10] (in-eiusdem) sancti eiusdem in qua corpus 1. — [11] *om.* 3.

autem [12] emisso obdormiens, post aliquantum [13] temporis spatium a somno excitata, sensit se ab ipso [14] morbo totaliter liberatam.

* f. 55r * Beatrix, diocesis Fori Iuliensis, XV annis epilentica, ita quod quandoque bis vel ter in die [15] eam huiusmodi passio affligebat, voto emisso, confestim sic liberata fuit, quod ex tunc nullum omnino sensit vestigium dicti morbi.

55. [53, §. 2] In civitate [1] Carpentratensi vir quidam, nomine Franciscus, octo annis gutta gravissima afflictus fuit; et ex concursu et confluxu [2] humorum in [3] ipsius tibiis multa fuerunt ulcera et foramina generata vermes scatentia [4], per quae etiam tibiarum ossa prospici poterant et videri. Cumque pro curatione multa perpessus fuisset a medicis et sua in medicos consumpsisset penitus, nihil profecit. Uxor vero
* f. 55v ipsius, de humano auxilio desperata [5], * ad divinum implorandum subsidium [6] devotius se convertit, votumque sancto Ludovico emisit quod, si viro suo sanitatis remedium obtineret, vir suus sancti sepulcrum visitaret et ei tibias cereas praesentaret. Portatus itaque in asino [7], quia propriis pedibus [8] ambulare non poterat, sancti sepulcrum personaliter visitavit. Orationeque facta et promissione soluta in tantum convaluit [9], quod ad propria pedes rediit et infra paucos dies plene curatus et integre sanus fuit [10].

56. [63, §. 2] Mulier [1] quaedam morbo epilentico [2] pertam [3] graviter laboravit, quod per octo annorum spatium fere diebus singulis torquebatur. Audiens vero mirabilia quae per servum suum Ludovicum Dominus faciebat, cum fiducia
* f. 56r magna votum emisit * quod, si [4] sanctus [5] ei curationis [6] beneficium a Domino impetraret, sepulcrum illius [7] annis singulis [8] visitaret. Quo facto [9], sic a praedicto [10] morbo

— [12] *om.* 3. — [13] aliquale 3. — [14] dicto 3. — [15] (ter in die) *om.* 3.

Num. 55. — [1] quoque *add.* 3. — [2] fluxu 3. — [3] ex 3. — [4] scaturientia 3. — [5] (a. d.) d. a. 3. — [6] (d. i. s.) i. d. s. 3. — [7] (i. a.) *om.* 3. — [8] *om.* 3. — [9] (i. t. c.) redditus pristinae sanitati in tantum 3. — [10] (infra-sanus fuit) dolorem illum animō (animosum ?) non sensit 3.

Num. 56. — [1] gulier 1. — [2] (m. e.) e. m. 3. — [3] tam. 3. — [4] *om.* 1. — [5] ipse *add.* 3. — [6] (e. c.) c. e. 3. — [7] ipsius 3. — [8] annis *iterat* 1. — [9] emisso 3. — [10] praemisso 3.

curata extitit, quod ex tunc [11] de illo [12] penitus nihil sensit.

[56, §. 1] Puella [13] quaedam nobilis, dum nutricis brachiis portaretur, in terram collapsa, tam gravi casu collisa fuit, quod multo [14] sanguine per os et aures emisso per octo annorum spatium surda mansit [15]. Pater autem puellae, miseriae filiae paterno affectu condolens, beato Ludovico promisit quod, si filiam suam a surditate eriperet, se pulchra ipsius cum imagine de cera visitaret [16]. Quod cum fecisset, sancti eiusdem [17] promerentibus meritis, filia fuit [18] sanitati integrae restituta.

[56, §. 2] Vir quidam, nomine Antonius, diocesis Vapincensis [19], dum tempore hiemalis * algoris per montes transiret [20], * f. 56v tanto fuit frigore constrictus [21], quod per triennium nihil omnino audiens surdus totaliter est effectus. Cumque signis et nutibus mirabilia [22] quae per beatum Ludovicum Altissimus operabatur percepisset, devotionem ad ipsum sanctum concipiens, cum fiducia votum emisit quod, si beatus Ludovicus ei auditum restitueret, sepulcrum eius personaliter visitaret et aures de cera ibidem apponeret ac [23] offerret. Mira res ! Voto emisso, auditum, quo tamdiu caruerat, recuperavit continuo sine mora.

57. [57, §. 1] In Tolosensi [1] diocesi vir quidam, Petrus nomine, de Villa Arearum [2], vi febris continue quam fortiter [3] perpessus est, officium etiam loquendi perdidit et mutus * penitus est effectus. Cumque per suos ad sepulcrum sancti * f. 57r fuisset adductus et ab eisdem cum emissione voti sancto fuisset [4] sedule commendatus, dum conventualis missa ibi celebraretur, idem vir mutus, quia voce non poterat, Deum et sanctum eius Ludovicum cordis clamoribus humiliter invocabat. Subitoque Dei et sancti virtute, quod corde gerebat interius, voce deprompsit exterius dicens : *Sancte Ludovice*,

— [11] in posterum *add.* 3. — [12] ipso 3. — [13] quella 1. — [14] multa 3. — [15] permansit 3. — [16] (se-visitaret) *om.* 1. — [17] ipsius 3. — [18] (filia fuit) extitit falia *(sic)* 3. — [19] Vapicensis 1. — [20] transierit 1. — [21] (f. c.) c. f. 3. — [22] in mirabilia 3. — [23] (a. a.) *om.* 3.

Num. 57. — [1] Tolonensi 3. — [2] (d. V. A.) *om.* 3. — [3] (vi-fortiter) febrem quam fortiter 3. — [4] fuisse 1.

adiuva me. Missa vero completa, perfecte recuperavit loquelam; cunctisque qui aderant [5] admirantibus velociter et plane locutus est, sicut prius loqui consueverat, antequam passionem hanc incurrisset.

[57, §. 2] Glazatia [6] de Campis, Aquensis [7] diocesis, cum ex
* f. 57v vehementi passione * cordis [8] muta facta et de uno brachio [9] omnino impotens effecta fuisset, voto a matre pro filia emissa quod, si beatus Ludovicus eam [10] liberaret, ad sepulcrum sancti illam [11] adduceret et luminare [12] ibidem offerret, continuo solutum est vinculum linguae eius, sicque protinus est locuta et pristino robori restituta ac si nihil mali passa hactenus [13] extitisset.

58. [58, §. 1] Hugo Gregorii de Banholis, tribus mensibus amborum luminum caecitate percussus, ad sanctum Ludovicum [1] devotione praecipua ferebatur. Quadam vero nocte dormiens vidit [2] beatum Ludovicum in quadam ecclesia valde magna, quae tanto sibi videbatur splendore illustrata, quod
* f. 58r vix humani oculi excessum luminis poterant * sustinere. Cumque aeger homo [3] evigilasset, eidem sancto cum magna devotione et fiducia se devovit, promittens quod, si visum sibi [4] restitueret, sepulcrum eius [5] continuo visitaret. Mirabile dictu! Statim postquam votum emisit, visum recuperans clare vidit, sicque devote quod promiserat [6] postmodum adimplevit.

[58, §. 2] In comitatu quoque Venesini [7], quidam, Stephanus nomine, adeo utrumque oculum maculis habebat obtectum, quod, de oculo dextro nihil penitus videns, de sinistro vero valde parum et prope nihil, ibat caecutiens et ab aliis personis tamquam caecus ad mensam ac ad alia loca necessaria ducebatur. Voto autem ad sanctum emisso ab uxore quae, pro salute viri anxia, Dei et sanctorum auxilium precabatur,
* f. 58v * continuo delimpidari [8] eius [9] oculi inceperunt [10] ac infra

— [5] (c. q. a.) cunctis qui audierant 3. — [6] Odaicia 1. — [7] (Campis, Aquensis) Carrupis, Aquaticae 1. — [8] (p. c.) c. p. 3. — [9] (e. d. u.) de uno etiam 3. — [10] (b. L. e.) e. b. L. 3. — [11] filiam 3. — [12] luminaria 3. — [13] (p. h.) h. p. 3.

Num. 58. — [1] hunc 3. — [2] in somnis *add.* 3. — [3] *om.* 3. — [4] ei 3. — [5] ipsius 3. — [6] promisit 3. — [7] Venechini 1. — [8] delimpidare 3. — [9] ipsius 3. — [10] coeperunt 3.

paucos dies oculorum maculis omnino deletis visum integrum beati Ludovici meritis recepit [11].

[51, §. 2] Quaedam mulier, nomine Sanctia, de civitate Marsiliae, igne persico [12], qui etiam ignis sancti Antonii appellatur, tam dure fuit depasta, quod circa coxas ad quantitatem unius palmae [13] fuit caro eius vastata, horribiliter et combusta [14]. Sicque coxae ipsius crematis carnibus adhaeserunt, quod nullo modo poterat ambulare; sed post ignis illius extinctionem remansit omnino impotens ad eundum. Voto autem pro misera filia tam male vexata a matre eius maestissima [15] affectu materno ad sanctum Ludovicum emisso, statim propriis pedibus ambulare coepit [16], gradiendi officio sibi plenarie [17] * restituto. * f. 59r

59. [51, §. 3] In civitate Sistaricensi [1], puer quidam, Iohannes nomine [2], infantilibus panniculis [3] involutus, tanta sanguinis copia respersus semel a matre [4] inventus est, quod nihil in eius corpore videbatur [5] sanguis remansisse. Cumque diligentius eum mater sua fuisset intuita, clara luce [6] invenit quod nullum inter tibias et genua os habebat; sicque erat in eo tibia revoluta [7], quod in loco posterioris partis erat pars anterior [8] situata. Dorsum quoque monstrose reversatum habebat pariter et gibbosum [9]; inter aures etiam [10] in posteriori parte capitis erat absque ossibus caro sola. Puer igitur sic monstruosus [11], tibiis impotens et deformis, magna erat doloris materia et causa maestitiae matri suae. * Dolorosa itaque mater, de omni humano remedio [12] desperata ad Dei [13] et servi sui Ludovici suffragium totis [14] praecordiis se convertit. Flensque [15] largiter cum grandi fiducia votum vovit quod, si filium suum Dominus [16] liberaret, ipsum coram sancti [17] sepulcro cum candela vel cereo [18] praesentaret. Mira res [19]! Statim post emissionem voti puer melius coepit * f. 59v

— [11] reaccepit 3. — [12] persice 3. — [14] palmi 1. — [14] (h. e. c.) *om.* 1. — [15] vetustissima 3. — [16] (propriis-coepit) coepit propriis p. ambulare 3. — [17] plenario 3.

Num. 59. — [1] Sistariensi 3. — [2] (I. n.) n. I. 1. — [3] pannis 3. — [4]. (s. a. m.) a. m. s. 3. — [5] (i. e. c. v.) v. i. e. c. 3. — [6] (c. l.) l. c. 3. — [7] devoluta 2. — [8] anterioris 3. — [9] atque *add.* 3. — [10] et 2; *om.* 3. — [11] monstrosus 2; monstruosis 3. — [12] (h. r.) r. h. 3. — [13] Domini 2. — [14] toti 3. — [15] flens 1. — [16] (f. s D.) D. f. s. 3. — [17] beati Ludovici 3. — [18] (cum-cereo) candelis cereis 3. — [19] (m. r.) mirareris 1.

habere et infra modicum tempus, sancti operante virtute, fuit ad statum naturae [20] debitum reductus [21], a praedictis omnibus infirmitatibus et deformitatibus liberatus.

60. [52, §. 1] In civitate Marsiliae, puer quidam, Iacobus nomine, claudus ex utero matris suae tortos [1] pedes et tibias sic habebat quod non plantis, sed superiori pedum parte [2] reversata et cavillata [3] terrae potius inhaerebat [4]. Propter
* f. 60r quod etiam calles [5] quidam seu gibbi [6] in utroque * pede iuxta cavillam fuerant generati, adeo duri et spissi ex continua collisione ad terram ut per eos penitus nihil sentiret. Cernens igitur mater ipsius mirabilia [7] quae per sanctum suum Dominus faciebat, respersa lacrimis sancti clementiam viscerosis [8] affectibus invocavit ut calamitati suae filiique sui pietate solita succurrere dignaretur. Cumque promisisset Deo et sancto quod, si eius filius curaretur, sepulcrum ipsius [9] cum oblatione pedum, tibiarum et crurum [10] de cera quantocius [11] visitaret; continuo, voto emisso, gibbis et callibus evanescentibus, omni deformitate et tortuositate remota [12], pedes ipsius pueri ad naturalem rectitudinem sunt [13] reducti. Sotulares quoque torti iuxta pedum tortitudinem, quibus utebatur, una cum tortis pedibus fuerunt ad
* f. 60v * debitam rectitudinem reformati.

61. [54, §. 1] Taimundus de Cerveriis de Castro Arearum [1], miles quidam diocesis Forli Iuliensis [2], cum tribus septimanis de [3] febre continua et apostemate laborasset, convocatis pluribus medicis et circa eum curam et diligentiam adhibentibus [4], tandem omnium iudicio diffinitum est quod nullo medicinae aut naturae auxilio [5] poterat liberari; sicque, domo sua iuxta posse disposita, tam non de vita, quia de ea desperatum erat [6], sed de sepulturae eius officio curabatur. Verum miles ipse, ad beatum Ludovicum ex intimis praecor-

— [20] *om.* 3. — [21] atque *add.* 3.

Num. 60. — [1] tortus 3. — [2] (pedum p.) p. pedum 3. — [3] cavilla 1. — [4] inhaerebant 1. — [5] casses 3. — [6] sibi 1. — [7] miracula 3. — [8] distensis 3. — [9] eius 3. — [10] (t. et cr.) et tibiarum 3. — [11] quam potius 1. — [12] (deformitate-remota) semota deformitate 3. — [13] sint 1.

Num. 61. — [1] (Taimundus-Arearum) *om.* 3. — [2] (F. J.) Forlimacensis 3. — [3] *om.* 3. — [4] (et-adhibentibus) ut-adhiberent 3. — [5] remedio 3. — [6] (quia-erat) *om.* 3.

diis se convertens, quia voce non poterat, corde cum magna fiducia se devovit. Cui statim Dominus, qui cordis est cognitor et desideriorum humilium exauditor [7], succurrere per * sancti sui merita est dignatus. Agonizanti enim militi et in * f. 61r mortis periculo decumbenti [8] beatus Ludovicus invocatus in habitu fratris minoris apparuit; manuque sacrata apostematis locum contingens, rupto apostemate et [9] emissa sanie, devotum sibi militem a mortis faucibus eruens, eadem hora perfectae restituit sanitati.

62. [60, §. 1] In villa de Salone [1], quidam, nomine Bartholomeus, tantam mentis alienationem insaniamque incurrit quod ex furoris vehementia non solum extraneos, sed etiam propinquos ac parentes proprios ferocitate invadebat ac eorum membra mordere feraliter conabatur. Nec non, quasi canis rabidus ac cruenta bestia, ligna et lapides et alia quae * manibus contingere [2] poterat [3] corrodebat. Super fatuo igi- * f. 61v tur et furioso filio parentes eius dolentes nimium [4] et afflicti [5], beato Ludovico supplices effecti, Deo et sancto suo preces humiles fundentes, vota pro liberatione miseri filii devoverunt. Continuo autem [6], precibus et votis a parentibus emissis, aeger ipse, virtutem sancti in se sentiens, quasi gratias agens manus protendit in caelum [7], omnique [8] vesania deposita, redditus est pristinae sanitati [9].

[60, §. 2] Apud civitatem Niciam [10], mulier quaedam, Beatrix nuncupata, sic sensum et rationis usum amiserat [11] quod, cum prius inter omnes mulieres suas convicaneas bona ac [12] prudens et devota notabiliter haberetur, superveniente passione huiuscemodi et [13] infirmitate horribili, non solum in viros religiosos hominesque * alios [14], sed etiam in Deum et * f. 62r sanctos verba contumeliae et blasphemiae [15] iactabat. Ex vehementia quoque [16] furoris caput, oculos et alia corporis membra modo horribili agitabat [17]; et si libera permitteba-

— [7] exauditorum 1. — [8] decubanti 8. — [9] *om.* 1.

Num. 62. — [1] Cellone 1. — [2] attingere 3. — [3] poterant 1. — [4] (d. n.) n. d. 3. — [5] (et a.) *om.* 3. — [6] *om.* 1. — [7] (quasi-caelum) *om.* 3. — [8] omni 3. — [9] sospitati 3 — [10] Nutriam 3. — [11] amisit 3. — [12] *om.* 3. — [13] (h. et) huius ex 1. — [14] (h. a.) aliosque h. 3. — [15] (c. e. b.) contumeliosa et blasphemia 3. — [16] namque 3. — [17] fatigabat 3.

tur, huc atque illuc currere non cessabat, gladiosque, fustes et lapides arripere nitebatur ut percuteret circumstantes. Ideoque suis vinctis fune [18] manibus tenebatur. Cum autem vir eius, coniugi miserrimae [19] vehementer [20] condolens, fiducialiter votum vovens, beatum Ludovicum pro subventione suae afflictae coniugis invocasset, statim eadem die [21], omni vesania et amentia pereunte, fuit integre ac plene sensui et discretioni pristinae restituta.

[60, §. 3] Quaedam quoque mulier, Gulielma [22] nomine, de [23] civitate Marsiliae, iuventutis * suae tempore adeo ratione privata et amens effecta fuit, quod vexata maligno spiritu crederetur. Verba siquidem inhonesta et turpia contra morem suum et muliebrem verecundiam proferens, vestes quoque [24] suas et faciem unguibus lacerabat. Propter quod et [25] manus eius funibus stringebantur [26], ne posset inferre sibi vel aliis nocumentum. Pater vero sanctum Ludovicum, caelestis regis filium [27], clamans implorabat misereri sibi quia filia sua, ut videbatur [28], male a daemonio vexabatur. Ad tumulum igitur sancti filiam infelicem adduxit [29], sancto votum vovit, luminare obtulit, orationem fudit; continuoque filiam penitus liberatam sanam et incolumem in sua reduxit [30].

* f. 62v

63. [61, §. 1] Raimundus Oliverii, clericus * civitatis Carpentracensis [1], adeo furiosus fuit effectus, quod sibi adstantes ferociter invadebat et manibus ac lapidibus inhumaniter laedere nitebatur. Unde ne damna aliis inferre posset, catena ferri [2] affixa cippo terrae infixo vinctus fuit, et etiam in manibus, brachiis ac pedibus vinculis ferreis alligatus. Cumque pluribus mensibus sic stetisset, tandem voto [3] a parentibus emisso ad beatum Ludovicum [4], immediate ad sanam mentem fuit reductus et a furore tam gravi penitus liberatus.

* f. 63r

64. [62, §. 2] Gulielmus Vielli, Marsiliensis civis, dum in

— [18] *om.* 3. — [19] *bis* 1. — [20] *om.* 3. — [21] *om.* 3. — [22] Guilerma 1. — [23] in 3. — [24] (v. q.) vestesque 3. — [25] etiam 3. — [26] stringebatur 1. — [27] (sanctum-filium) caelestis regis filium, beatum L. 3. — [28] (sua ut v.) *om.* 3. — [29] adducens 3. — [30] (i. s. r.) ad sua perduxit 3.

Num. 63. — [1] Carpentratrensis 1. — [2] forti 3. — [3] votum 3. — [4] (e. a. b. L.) ad b. L. emisso 3.

barca quadam simul cum aliis multis sociis navigaret, tempestate forti et periculosa exorta, fluctibus navem [1] operientibus, mortem vicinam sibi imminere prospicientibus omnibus, * ad beatum Ludovicum se conferens, una cum aliis votum * f. 63v vovit quod, si ab imminentibus maris et mortis periculis eriperentur, statim, cum intrarent Marsiliam, sancti sepulcrum, ligatis ad colla funibus, visitarent [2]. Statim, voto emisso, periere pericula, cessavit tempestas. Quin immo, quod maius est, cum nimia ventorum procella in circuitu navis mare turbaret, fluctus agitaret, pluviaque maxima inundaret, tamen ex tunc intra navem nec una gutta [3] cecidit, nec tempestas maris [4] iter eorum in aliquo impedivit.

65.[63, §. 3] In Tholonensi [1] diocesi, quidam, Gulielmus nomine, iuventutis suae tempore rupturam incurrerat [2] valde gravem, de qua fuit vehementer decem annis continuis aggravatus. Cumque die quadam pondus quoddam [3] cum nimio conamine * elevaret, in tantum crevit ruptura simul et * f. 64r inflatura, quod factus fuit quasi impotens ad laboritium, de quo vivere consueverat, exercendum. Propter quod absorptus vehementi tristitia, quasi in desperationis cuiusdam foveam incidebat. Sed divina miseratione respectus [4], mentis oculos sursum erigens, voto ad beatum Ludovicum fidenter [5] emisso, eiusque [6] suffragium toto corde exquirens, nequaquam a sancti clementia est repulsus. In eodem enim momento temporis invenit se a diuturna ruptura et tam gravi inflatura totaliter liberatum.

[63, §. 4] Puella quaedam, filia Gulielmi de Celone [7], quandam babebat carnis excrescentiam in nasi extremitate; quae, crescente infantula, etiam [8] pariter excrescebat et in tantum iam processerat, quod pertingens usque ad summitatem labii ipsam [9] monstruosam * reddiderat et informem [10]. Quadam * f. 64v autem die pater ipsius puellae, propensius cum dolore recogitans deformitatem [11] filiae, ad beati Ludovici merita invo-

Num. 64. — [1] *om.* 3. — [2] visitaret 1. — [3] pluviae *add.* 3. — [4] (t. m.) m. t. 3.
Num. 65. — [1] Hobonensi 1. — [2] incurrit 3. — [3] *om.* 3. — [4] respertus 1. — [5] *om.* 3. — [6] eius 3. — [7] (G. d. C.) Tollone 3. — [8] (i. e.) e. i. 1. — [9] *om.* 1. — [10] deformem 3. — [11] deformitate 1.

canda devotius se convertit. Cumque votum [12] Deo et sancto cum magna fiducia emisisset, immediate carne illa superflua, quae deformitatem pariebat, evanescente et subito disparente, filiae suae nasum non sine multa admiratione cernit ad formam decentem repente reductum [13]. Arbitransque [14] illam materiam in terram forsitan cecidisse, diligenter inquirens nihilque [15] omnino inveniens, ita integrum nasum filiae [16] recepit quod ex ammovitione strumae illius [17] nec sanguis [18] effluxerat nec ulla cicatrix aliquodve illius vestigium [19] remanebat.

66. [66 et 67, §. 1] Gunfrida [1] mulier civitatis Marsiliensis [2],
* f. 65r * cum videret sepulcrum sancti cum devotione et reverentia ac candelarum oblatione a Ricarda consanguinea sua matreque eiusdem Ricardae, nomine Beatrice, saepius visitari, eo praecipue quod curaverat eandem Ricardam a turpi infirmitate, quam in [3] tibiis ab infantia perpessa fuerat [4] nec potuerat [5] ullo medicorum iuvamine liberari, tamque incredula et irreverens sancto, in eum verba blasphemiae huiusmodi iaculavit: *Cito,* inquit, *isti fratres minores fecerunt eum* [6] *sanctum ut inde reportent* [7] *lucrum et commodum de* [8] *candelis. Et* [9] *vos asseritis eum sanctum esse et miracula operari. Per Deum, non adhibeo nec adhibebo fidem sibi* [10] *nec miraculis suis quia non est sanctus. Ideoque nec sibi aliquid offeram nec*
* f. 65v *ullam * exhibebo* [11] *reverentiam; sed potius super eum sicut super mortuum signum crucis faciam* [12]. Quod et fecit, manum super sepulcrum sancti elevans cum illusione et despectu. Dure autem a praefatis mulieribus de tanta temeritate redarguta, in sua tamen nequitia obstinata [13] a verbis detractionis et blasphemiae non cessavit. Verumtamen paulo post coepit intra [14] se cogitare quod, si sanctus esset, posset se de ea vindicare [15] et si ei per [16] triduum auferret visum in quo

— [12] *bis* 3. — [13] (non-reductum) ad decentem formam repente reductum fuit non modicum admiratus 1. — [14] abitransque 1. — [15] et nihil 3. — [16] (n. f.) f. n. 3. — [17] eius 3. — [18] eius *add.* 3. — [19] (i. v.) v. i. 3.

Num. 66. — [1] Gaufrida 1. — [2] Marsiliae 1. — [3] *om.* 2. — [4] (ab-fuerat) p. f. a. i. — [5] poterat 2. — [6] *om.* 3. — [7] comportent 3. — [8] in 3. — [9] *om.* 3. — [10] *om.* 2. — [11] adhibebo 3. — [12] (sed-faciam) *om.* 3. — [13] (n. o.) obstinatione 1. — [14] in 3. — [15] (quod-vindicare) *om.* 2. — [16] infra 3.

numquam passa fuerat, doloremque [17] capitis tam vehementem [18] infligeret quod quiescere non posset, ipsum crederet esse sanctum. Factaque est manus Domini super eam et ita sibi die tertia evenit, sicuti cogitavit. Mane enim [19] quando de lecto surrexit, habuit oculos grossissimos ac rubeos extra caput eminentes et penitus nihil vidit. * Caput quoque et collum ac faciem sic tumidam [20] habuit ut magis monstrum et frustum [21] carnis quam hominis facies videretur. Sicque [22] per triduum vehementissimo dolore angustiata fuit, nec ullum remedium [23] potuit [24] invenire. Poena igitur inflicta culpae praeteritae, timori [25] cordis et animae caecitati correspondente [26], tandem, compuncta corde [27] reatumque suum ore confitens ad salutem, facto voto quod offerret caput de cera sancto Ludovico, si sibi subvenire misericorditer dignaretur, statim ab omni passione [28] liberata meritis sancti [29] fuit, excepto quod in signum miraculi in dextro oculo remansit penitus excaecata. * f. 66r

67. [67, §. 2.] Gulielmus de Moissaco [1], dum erat [2] ante sepulcrum sancti, videns illuc prae devotione multitudinem confluentem, * tamquam incredulus coepit subsannare et beati Ludovici irridere [3] miracula, palam dicens quod amodo essent pro nihilo [4] omnes sancti, quia ille Ludovicus haberet de caetero solus totum. Quo dicto protinus fuit ipsum [5] divina ultio subsecuta. Os enim ipsius, quod insipienter locutum fuerat [6], continuo tortum fuit et retroversum [7], officioque loquendi omnino privatum. Dextroque oculo obliquato [8] ac dolore gravissimo afflicto faciem habuit horribiliter deformatam. Cumque novem diebus sic fuisset nec ullum adhiberi remedium sibi [9] posset, tandem poena docente reductus ad cor, culpamque suam, etiam sancti gloriam, quam superbe contempserat, recognoscens, humiliter ex [10] intimis praecor- * f. 66v

— [17] doloresque 3. — [18] vehementer 1. — [19] *om.* 3. — [20] curvam 3. — [21] frustrum 1, 3. — [22] sic itaque 3. — [23] seu levamen *add.* 3. — [24] (r. p.) potuit remedium 3. — [25] tumori 3. — [26] (timori-correspondente) correspondente timore ac caecitate corporis cordis timore 1. — [27] corda 2. — [28] poena 2. — [29] (l. m. s.) m. l. s. 2.

Num. 67. — [1] Moysaco 3. — [2] esset 1. — [3] subsannare 1. — [4] (e. p. n.) p. n. e. 3. — [5] eum 3. — [6] (l. f.) f. l. 3. — [7] (f. e. r.) e. r. f. 3. — [8] a liquore 3. — [9] (a. r. s.) r. s. a. 3. — [10] et 3.

diis [11] votum emisit quod sancti sepulcrum devote visitaret
* f. 67r * et ibidem caput de cera [12] offerret ad sancti reverentiam [13] et honorem. Quod cum fecisset, antequam ecclesiam exiret [14], pristina figura per Dei et sancti [15] clementiam sibi reddita, ab omni deformatione [16] et passione, quam incurrerat, fuit plenarie liberatus.

68. [67, §. 3.] Domina Beatrix de Auriolo [1], videns candelas multas ad tumulum sancti offerri ac miracula multa per eum facta audiens referri, tamquam incredula in corde contempsit et ore et [2] verbis derisoriis subsannavit. Reversa igitur ad domum suam, cum sedens ad mensam panem scinderet, pollicem per medium unguis usque ad os durissime sibi scidit, doloremque maximum ex vulnere illo sensit.
* f. 67v Verum quia [3] saepe mentis oculos, * quos culpa claudit, poena aperit, considerans misera mulier et recognoscens [4] propter iniquitatem, quam contra sanctum Dei [5] imprudenter iactaverat [6], a Domino se correctam, sanctum [7] Ludovicum humiliter [8] invocavit eique pollicem cereum [9] se oblaturam [10] promisit, si pollici proprio sic afflicto succurrere dignaretur. Statim autem, voto facto, sancti in se virtutem sentiens et pollicem quem ligaverat inspiciens, invenit ipsum [11] reductum ad statum pristinum, pariter et sanatum.

69 [54, §. 2; 55, §. 1.] **Exemplum nobile de mortuo suscitato** [1].

In civitate Marsiliae [2] mulier, quaedam, nomine Maria, febre continua [3] tam graviter afflicta fuit, quod medicorum iudicio eius curatio erat impossibilis [4] per naturam. Quadam vero [5] nocte, dum vigilaret et esset [6] camera in qua decumbebat claro lumine illustrata, vidit episcopum quendam,
* f. 68r * iuvenem pulchrum, facie [7] rotundum, mitratum et pontifica-

— [11] cordis 1. — [12] (d. c.) cereum 3. — [13] (s. r.) reverentiam ipsius sancti 3. — [14] (ecclesiam ex.) ex. ecclesiam 3. — [15] (e. s.) *om.* 3. — [16] deformitate 3.

Num. 68. — [1] Aureolo 4. — [2] *om.* 3. — [3] (v. q.) verumque 1. — [4] quod *add.* 3. — [5] Ludovicum *add.* 3. — [6] latraverat 3. — [7] Dei *add.* 3. — [8] cum humilitate 3. — [9] caesum 1. — [10] se *add.* 1. — [11] *om.* 3.

Num. 69. — [1] (exemplum-suscitato) *om.* 1, 2. — [2] Massiliae 2. — [3] continue 3. — [4] (e. i.) i. e. 3. — [5] autem 2. — [6] in *add.* 3. — [7] et *add.* 3.

libus albis indutum, sibi manum imponentem ac dicentem : *Mulier, tot personae me rogaverunt* [8] *pro te, quod non possum negare me, quin ad te veniam et pro te intercedam. Scito igitur* [9] *te tertia die sanandam* [10]*; prius tamen adversa quaedam et terribilia es* [11] *passura*. Visione autem huiuscemodi disparente, cum perterrita servitrices suas, quae obdormiverant [12], subito excitasset et praefatae visionis eis [13] seriem rettulisset, confortata fuit ab eisdem affirmantibus episcopum, qui ei apparuerat, fore sanctum antistitem Ludovicum. Verum cum ante diem tertium iuxta testium iuratorum assertionem iuridicam [14] expirasset, ipsius anima, prout eidem mulieri [15] visum fuit, ante tribunal superni iudicis ducta fuit et in oculis * eiusdem [16] iudicis in statera posita aequoque [17] (* f. 68v) libramine ponderata. Cumque daemon quidam figurae terribilis eam conatus fuisset [18] capere et glutire [19], episcopus qui sibi prius apparuerat eam defendit et accepit ac proprio corpori reunivit. Propter timorem autem teterrimi [20] daemonis ter tam fortiter et tam terribiliter exclamavit [21], quod omnes circumstantes clamorem huiusmodi audierunt et etiam [22] stupuerunt. Die autem tertia fuit a febre penitus liberata, iuxta oraculum factum ab episcopo qui sibi apparuit [23], quem firma fide sanctum Ludovicum fuisse credidit, in quo magnam [24] devotionem habebat : et voto emisso a se et a filiis ac marito devote fuerat commendata [25].

70. [46, §. 2.] Puer quidam, Perrectus [1] Durandi nomine [2], septennis existens, vi febris * continuae adeo [3] depastus est (* f. 69r) quod post novem dies, prima noctis vigilia, praemissis tribus oscitationibus iuxta morem morientium, vitalem spiritum [4] exhalavit. Posita igitur cruce [5] supra pectus pueri iam defuncti, medicoque ac aliis qui convenerant post qualem-

— [8] (m. r.) r. m. 3. — [9] ergo 3. — [10] esse sanandam 3. — [11] eris 3. — [12] obdormierat 3. — [13] eius 1 ; (v. e.) e. v. 3. — [14] infirmitate praegravata *add.* 3. — [15] *om.* 3. — [16] *om.* 3. — [17] aequo 3. — [18] (c. f.) f. c. 3. — [19] deglutire 3. — [20] teterrimum 2. — [21] clamavit 3. — [22] *om.* 3. — [23] (factum-apparuit) sibi factum ab episcopo qui apparuerat 3. — [24] maximam 3. — [25] (voto-commendata) deinceps cum marito et filiis ei fidelissime servitium devotionis et honoris impendit 3.

Num. 70. — [1] Perratus 3. — [2] (D. n.) n. D. 3. — [3] *om.* 3. — [4] funditus *add.* 1 — [5] ut moris est, *add* 3.

cumque consolationem patri desolato exhibitam recedentibus[6], remansit pater cum familia in gemitu et luctu excubans circa funus. Hora vero matutinali cum magna fide planctus congeminans, ad beatum Ludovicum, cui devotissimus erat et cui pro vita filii iam votum fecerat, se convertens, cum pia quadam querela in haec verba prorupit[7]: *Ah! Domine sancte Ludovice[8], quid faciam de filio meo sub spe vestra mortuo? Male exaudistis* * *primam petitionem quam vobis porrexeram ista vice.* Iis aliisque similibus cum fletu clamoroso a patre vehementer afflicto prolatis, subito puer mortuus apparuit vitae pristinae[9] restitutus. Vocatisque amicis gaudium magnum factum est in domo, quia filius, qui fuerat mortuus, erat beati Ludovici meritis suscitatus.

* f. 69v

71. [47, §. 1] Cum domina Santia de Tribula[1] passa fuisset abortum foetumque femineum peperisset, condolens damnationi[2] animae[3] foetus sui, utpote qui, morte praeventus, baptismi recipere nequiverat[4] sacramentum, tamquam fidelis mulier et devota beato Ludovico, cum emissione certi voti humiliter supplicavit ut obtineret spiritum reddi foetui defuncto, saltem quo[5] usque recepisset sacri lavacri sacramentum. Non defuit sancti subsidium iis * votis matris[6] pro salute filiae[7] mortuae supplicantis. Restituta namque anima, non solum baptizata fuit, sed etiam non absque matris admiratione, sine cuiuslibet alimenti suspicione duodecim diebus supervixit. Matre vero sanctum iterum deprecante ut, si ulterius deberet vivere, reciperet aliquod alimentum, statim mammas sugere coepit et fere per mensem postea supervixit.

* f. 70r

[47, §. 2] Alatia[8] Lumbarda, dum semel quandam filiam parvulam gestaret, tam gravi casu collisa fuit, quod eius filiola tota in nigredinem conversa fuit et protinus expiravit.

— [6] (post-recedentibus) recedentibus post aliqualem consolationem patri consolationem exhibitam 3. — [7] prorumpit 3. — [8] (Ah-Lud.) O pater et Domine Lud. sanctissime 3. — [9] (v. p.) p. v. 3.

Num. 71. — [1] (Cum-Tribula) Domina Sanxia de Terbulana cum 3. — [2] damnationem 3. — [3] a se 1. — [4] (b. r. n.) n. b. r. 3. — [5] *om.* 1. — [6] (v. m.) m. v. 3. — [7] *om.* 3. — [8] Glazacia 3.

Cumque diutissime mortua permansisset, convertit se [9] mater pro filia ad beati Ludovici suffragium fidentissime implorandum. Cui sanctus pie compatiens non solum eius * filiam suscitavit, sed etiam a surditate, quam ipsamet ex infirmitate praecedente [10] incurrerat, subsequenti die eam [11] protinus [12] liberavit; et etiam eidem lac, quo [13] in duobus partubus caruerat, reddidit. Itaque etiam propriis uberibus unum puerum post lactavit [14]. Fuerat quippe mulier [15] haec sancti miraculis incredula prius [16]; sed post ad eundem sanctum devote conversa, eius virtutes [17] in ipsa multipliciter est experta. * f. 70v

72. [68] Praeter hos vero [1] quattuor subscriptos [2], invenitur hic sanctus octo mortuos [3] suscitasse aliaque multimoda et [4] innumera miracula perfecisse [5]: quae brevitatis causa hic [6] omittimus explicare. Hoc autem praetermittendum non est de huius sancti virtutibus, quod accedentes ad sacrum ipsius [7] sepulcrum, non sine stupore * multorum qui sibi hoc asserunt accidisse, quadam insolita et mira immutatione hactenus inexperta saepius inveniuntur divinitus immutati, quasi ipsa ossa felicia sanctitate redolentia vim potestativam [8] a Deo acceperint [9] devotorum sibi animos modo quodam mirabili in melius alterandi. * f. 71r

73. [69] De eius canonizatione et translatione [1]. Miraculorum igitur gloria sanctitatisque eius excelsa [2] fama veridica prodente [3], per diversa mundi climata promulgata, ex variis orbis partibus coepit currere fidelium populus, spiritualium viri sancti [4] unguentorum suavi odore attractus ad visitandum eius gloriosum sanctumque [5] sepulcrum, ubi devotorum precum offerens Deo sacrificium, sancti eiusdem [6] meritis optatum [7] reportavit * effectum. Acclamantibus igitur tam fratrum quam populorum linguis, sollemnibusque ex * f. 71v

— [9] *om.* 1. — [10] (i. p.) p. i. 3. — [11] *om.* 1. — [12] curatam 1. — [13] etiam *add.* 1. — [14] lactaverat 3. — [15] *om.* 1. — [16] (i. p.) p. i. 3. — [17] virtute 1.

Num. 72. — [1] (h. v.) v. h. 3. — [2] supra dictos 3. — [3] mirabiliter *add.* 3. — [4] *om.* 1. — [5] perpetrasse 3. — [6] (b. c. h.) h. b. c. 3. — [7] (s. i.) i. s. 3. — [8] penetrativam 3. — [9] susceperint 1.

Num. 73. — [1] (De-translatione) *om.* 1. — [2] excellentis 3. — [3] (v. p.) p. v. 3. — [4] beati 3. — [5] sacrumque 3. — [6] *om.* 1. — [7] *om.* 1.

parte ecclesiarum Provinciae nuntiis missis, ad aures summi pontificis, domini scilicet Bonifacii octavi, quae per servum suum Ludovicum Deus operabatur magnalia sunt perlata. Supplicatioque instanter exhibita [8] ut quem Christus sanctorum felici [9] collegio sociaverat [10] in caelis, hunc etiam Christi vicarius sanctorum ascribi catalogo iuberet in terris [11].

Licet autem supradictus [12] pontifex de viri [13] sanctitate, quam oculis viderat et manibus contrectaverat [14], ac de miraculorum veritate, quam tam publica fama quam rei evidentia tam lucide declarabat, minime dubitaret; distulit tamen vir [15] maturus facere quod obnixe [16] et importune petebatur, forsan ne diceretur quod in hac parte immature foret processum [17] * magisque delatum nobilitati [18] generis quam virtutum, et prosapiae regiae dignitatis quam eminentiae sanctitatis. Cum igitur, antequam [19] ad hoc negotium manum felix apposuisset antistes, de praesenti vita migrasset, et felicis recordationis Benedictus papa XIus [20], qui eidem in pontificatu successit, propter brevitatem vitae hoc perficere [21] nequivissset, Dominus Clemens papa Vs [22], eius successor, per sollemnes nuntios ecclesiarum Provinciae cum devotione et instantia maxima requisitus, habita matura deliberatione et diligenti consideratione [23] cum fratribus suis, decrevit committere duobus venerabilibus episcopis, scilicet Sanctonensi et Lactorensi [24] (1), viris quidem famosis

* f. 72r

— [8] (s. i. e.) supplicationes quoque i. exhibitae 3. — [9] *om.* 3. — [10] sociavit 3. — [11] (i. t.) *om.* 3. — [12] apostolicus *add.* 3. — [13] vita sancti Ludovici ac 3. — [14] contractarat 1. — [15] vix 1. — [16] intermisse *(sic) add.* 3. — [17] promissum 3. — [18] nobilitate 1. — [19] *om.* 1. — [20] *om.* 1. — [21] facere 1. — [22] (C. p. V.) p. C. 3. — [23] (d. c.) c. d. 3. — [24] Latranensi 3.

(1) Amborum episcoporum nomen et legatio nobis innotescunt ex apostolicis litteris, nuper longe lateque editis in opere cui titulus est : *Regestum papae Clementis V*, n. 1777. Hae datae erant " *Venerabili fratri Guidoni Xantonen. et Raymundo Lectoren. episcopis,* " sed nulla anni vel diei adiecta mentione; dum apud Raynaldum, qui idem documentum, omisso duntaxat exordio, iam protulerat *(Annales ecclesiastici* [1749], sub anno 1307, n. xxII), occurrit ad calcem : " *Datum Pictavis III non. augusti anno secundo.* " Sed quo iure id subiunxerit observant se prorsus nescire cl. illius Regesti editores, l. c., nota. Indubium autem est has litteras reperiri in regestorum volumine ms. LIV, in cuius principio legitur : *Hoc est Regestrum secundi anni domini Clementis pape V*, (i. e. 14 nov. 1306

ac prudentibus ac multum excellentibus in vita pariter et scientia [25], ut de sancti Ludovici vita [26] et miraculis inquirerent diligenter.

74. [70.] Qui mandatis apostolicis * humiliter oboedire * f. 72v curantes, ad civitatem Marsiliae personaliter accesserunt; et exequentes inquisitionem huiusmodi [1] mature, fideliter et diligenter, tandem longo tractatu temporis perfecerunt (1). Quam cum sigillis suis munitam domino summo pontifici praesentassent, ab eodem fuit quibusdam de [2] cardinalibus tradita ut, examinatione diligenti praemissa, per eos sibi et universo cardinalium collegio quod eis videretur super ipso negotio fideliter referretur. Verum, pendente relatione, ipse dominus papa fuit de hac luce a Domino evocatus. Cui cum dominus papa Iohannes XXII divina successisset providentia, qui eiusdem sancti Ludovici certitudinaliter expertus fuerat sanctitatem [3], utpote qui fuerat ipsius socius et magister, ac etiam, * quando sanctus obiit, praesens erat, sollicitus * f. 73r et devotus fuit [4] ad Dei et sancti honorem perficere [5] quod

— [25] (excellentibus-scientia) sufficientibus in scientia pariter et in vita 1. — [26] ita 3.

Num. 74. — [1] huius 1. — [2] *om.* 3. — [3] (c. e. f. s.) s. c. e. f. 3. — [4] (s.-fuit) *om.* 3. — [5] voluit *add.* 3.

— 13 Nov. 1307). Cfr. opus iam citatum, *Regestum papae Clementis V*, Prolegomena, p. cx et p. cxiii. Perperam quoque huius legationis auctorem Bonifacium VIII fuisse declarat R. D. Verlaque, libro cit., p. 161.

Praeterea ex eodem documento accipimus quinam Ludovici canonizationem instantius flagitaverint. *Nuper ad nos*, scribit Clemens V, *venerabilium fratrum nostrorum P[etri] Arelatensis, G[ulielmi] Ebredunensis et R[ostagni] Aquensis, archiepiscoporum et suffraganeorum suorum ac dilectorum filiorum universitatis hominum Massilien. fide digna relatione pervenit....* — (1) Haud diu hac provincia functus est Raymundus, Lectorensis episcopus. Nam apostolicis litteris, *dat. Briote, X kal. septembris, anno tertio*, scilicet 23 Aug. 1308, *provisio ecclesiae Lectorensis per obitum Raymundi episcopi vacantis reservatur dispositioni sedis apostolicae.* Cfr. *Regestum Clementis papae V*, n. 3586. Die 19 Septembris 1308, huic ecclesiae praefectus est episcopus, non quidem Gulielmus des Bordes, prout falso referunt cl. v. de Mas Latrie (*Trésor de chronologie.* Paris, 1889, col. 1432) ceterique de hac re bene meriti, sed Geraldus, tunc prior saecularis ecclesiae sanctae Radegundis Pictaviensis. Cfr. *Reg. cit.*, n. 2979. Translato autem ad Albiensem ecclesiam Geraldo, ubi anno 1313 obiit, successit in sede Lectorensi ille Gulielmus des Bordes, litteris apostolicis *dat. Avinion, II idus ianuarii, anno sexto*, i. e. 12 Ianuarii 1311. Cfr. *Reg. cit.*, nn. 6492 et 9463.

a praedecessore suo fuerat incohatum. Ne autem praepropere [6] procedere videretur, ipsam inquisitionem iterum examinari fecit per plurimos cardinales. Qua diligenter discussa et examinata et ab omnibus cardinalibus approbata, de fratrum suorum et omnium praelatorum, qui tunc erant in curia, concordi consilio et assensu beatum Ludovicum canonizandum decrevit.

75. [71.] Anno igitur Incarnationis Dominicae M°CCCXVI, VII idus Aprilis, pontificatus sui anno primo, ipsum sanctum [1] Ludovicum sanctorum catalogo ascripsit [2] cum maximis, quae longum esset enarrare, sollemniis, in civitate
* f. 73v Avinionis, ubi tunc * Romana curia [3] residebat.

Anno vero Domini M°CCCXIX°, VI idus [4] novembris, praesentibus pluribus cardinalibus, per summum pontificem ad hoc missis, et pluribus praelatis aliis [5] praesentibus [6], etiam Domino [7] Roberto, Ierusalem et [8] Siciliae rege [9], ipsius sancti uterino fratre, cum consorte sua et regina Franciae, ipsius sancti nepte, pluribusque principibus et baronibus aliisque personis sollemnibus, et immensa populi multitudine, qui omnes ad translationis ipsius festum honorandum eiusque vultum cum muneribus deprecandum convenerant, sacrum corpus ipsius [10] translatum est et in pretioso sepulcro, ad eius gloriam [11] praeparato, debito cum honore reconditum est in ecclesia fratrum minorum, Marsiliae, in qua etiam iam pridem fuerat tumulatum [12]. In quo loco usque
* f. 74r in praesens * ipsum sanctum pie invocantibus beneficia divina meritis eius [13] exuberant, praestante D. N. I. C., qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum [14]. Amen.

VITAE BEATI LUDOVICI EPISCOPI FINIS [15].

— [6] propere 3.

Num. 75. — [1] gloriosum et sanctissimum confessorem et antistitem 3. — [2] fecit ascribi 1. — [3] (t. R. c.) R. c. t. 3. — [4] *om.* 1. — [5] (p. a.) aliis ecclesiarum praelatis 3. — [6] *om.* 3. — [7] (e. D.) D. e. 3. — [8] (I. e.) *om.* 3. — [9] regi *(sic)* illustri 3. — [10] illius 3. — [11] et honorem *add.* 3. — [12] immolatum 3. — [13] (m. c.) ipsius meritis 3. — [14] (cum-saeculorum) regnat cum Patre et Spiritu sancto coaeternus per immortalia saeculorum saecula 3. — [15] (V.-f.) *om.* 3.

APPENDIX AD MIRACULA.

(Ex Musaei Britannici codice Cottoniano, Cleopatra B. II, fol. 207v, col. 2 — fol. 212v, col. 2.)

Sequuntur aliqua miracula quae Dominus sua solita clementia per servum suum Ludovicum operari dignatus est sufficienter examinata et testibus fide dignis cum iureiurando comprobata. Quorum priora sunt facta quattuor in vita sua, reliqua post mortem.

1. Accidit in vita beati Ludovici, dum esset quadam die Aquis, quod quidam histrio venit ad ipsum ; et salutavit eum per hunc modum : *Domine, Deus det tibi bonam vitam. Ego defero bona nova.* Ait ad eum Ludovicus : *Quae sunt ista nova?* Dictus histrio, qui vocabatur Petrus de Roma, respondit : *Quidam miles petit tuam misericordiam. Pauper est et nudus, nec aliquid habet ad comedendum. Et habet etiam turpissimum morbum scabiei : qui quidem morbus videtur esse lepra. Petit igitur tuam misericordiam ac eleemosinam, haec nova.* Dixit beatus Ludovicus : *Sunt quidem nova.* Et ivit statim ad cameram suam; et vestem suam exuens, dedit histrioni. Histrio vero illam detulit praedicto militi. Cum vero miles se illa veste vestisset, immediate sensit se meritis sancti viri curatum.

2. Anno Domini M° CCC XI *, die veneris post Ascensionem, dum praedicaret vir sanctus ad Montem Pessulanum, quaedam mulier nomine Rosa tenebat puerum inter brachia sua aetatis unius anni. Qui puer ad mortem usque infirmabatur ; et habebat collum graviter inflatum et plenum scrophulis turpissimis. Cumque sanctus vir stans in sermone manum suam elevasset quasi ad signandum, dicta mulier cogitavit quod, si dictus sanctus tangeret puerum suum, statim puer curaretur. Igitur sermone finito cum vir sanctus equum ascenderet et pararet se ad recedendum, venit Rosa praedicta ad eum, et accepit equum per frenum, et a beato Ludovico petiit ut amore Dei puerum suum manu sua tan-

* *sic in cod.; probabilissime* MCCXCVII. *Cfr supra* p. 318, n. 48.

geret. Statim autem ut beatus Ludovicus puerum manu sua tetigisset et signasset, fuit puer ab aegritudine qua tenebatur citissime liberatus. Asseruit etiam dicta mulier Rosa de seipsa quod in medio fere quadragesimae usque ad mortem aliquando infirmabatur, adeo quod omnes et noti et vicini de eius vita desperabant. Habebat enim collum turpiter inflatum vermes emittentem. Cumque ad extremam unctionem pervenisset, vovit se sancto Ludovico sicut potuit. Voto emisso, statim meritis sancti convalescere coepit.

3. [P. 794, n. 94.] Frater quidam de ordine minorum, Petrus, nomine de Tarascone, passus fuit febrem continuam gravissime XIII diebus : in tantum quod medicus desperans de eo ipsum dimiserat. Dixerat quippe fratribus quod praedictus patiens non viveret usque ad completorium. Dictus vero infirmus, videns se in tanto periculo positum, tantam concepit in sanctitatem domini Ludovici confidentiam, qui, tunc in humanis existens, praesens in ipso conventu erat; et petiit sibi dari aliquid de reliquiis cibariorum quae sanctus reliquerat. Cum igitur infirmarius a sociis sancti Ludovici procurasset parapsidem in qua comederat sanctus et dimiserat aliquid de cibo et pane, mirabile dictu! statim ut aeger de cibo gustasset, sanus effectus est; atque de lecto in quo iacuerat exiliens, ivit eadem die ultra leucam. Mane autem diei sequentis rediens medicus ad locum, fratrem, quem moriturum dixerat, abisse cernebat.

4. Cum veniret rex Karolus, pater sancti Ludovici, cum eodem de Francia, dum intraret villam Albrudes, obviavit dicto regis filio Ludovico quidam pauper nudus : qui humiliter petiit ab eo eleemosinam. Recolens statim sanctus verbi quod dixerat Salvator : *Quamdiu uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis;* cappam, quam portabat, pulchram et speciosam ei statim dedit. Erat enim tunc praedictus vir sanctus episcopus Tolosanus. Quem intuens pater ipsius quia sine cappa esset : et quaesivit quid de ea actum erat. Et dictum est ei a scutiferis, quod filius suus eam in eleemosinam pauperi dederat. Qui statim fecit pauperem quaeri per scutiferos suos et plures alios ut, recepto pretio dictae cappae,

eam redderet, ne de furto praedictus pauper suspectus haberetur. Quaesitus igitur per diversas vias, per villas et castra, per montuosas semitas et valles, nusquam potuit dictus pauper inveniri. Nec dubium est quin pauper ille fuerit ipsemet Dominus Iesus Christus, qui pro eo pependerat in cruce et ut pauper nudus et despectus voluit apparere.

5. Cum beatus Ludovicus in Catalonia in carcere detineretur, dixerunt sibi * custodes carceris : *Domine, vos estis de carnibus et ossibus, sicut ceteri homines. Si velletis, nos adduceremus vobis pulchras mulieres, pro solatio carnis assequendo.* Quibus vir sanctus respondit : *Sufficiat vobis quod habeatis corpus incarceratum. Numquam * placeat Altissimo quod mea integritas in aliquo corrumpatur. Numquam * vultis animam et corpus perdere in gehennam?* Et fecit illum qui sibi hoc proposuit de societate custodum eici.

* *bis in cod.*

* *sic*

6. Accidit (1) etiam in eodem carcere, cum semel beatus Ludovicus acciperet disciplinam cum catena ferrea, sicut saepe consueverat, quidam canis niger magnus et horribilis aspectu ante Dei virum stetit. Quo viso non parvum ei horrorem incussit. Vir autem, mente in Deum fixa, orabat Dominum dicens : *Custode me ut pupillam oculi; sub umbra alarum tuarum protege me.* Signo itaque crucis facto, diabolicum hoc monstrum evanuit. Cumque vir Deo carus in oratione et disciplina perseveraret, iterum atque iterum canis ille apparuit! Sed signo vivificae crucis repulsus evanuit, ita quod Dei famulum ab oratione et disciplina impedire non potuit. Haec omnia vidit frater suus, dominus Raymundus Berengarii, sicut post mortem eius comitibus et baronibus ac pluribus aliis fide dignis enarravit : addens quod ex oculis dicti canis teterrimi exibant flammae ignis et hiatus eius ut fornax succensa. Perpendens autem vir Deo devotus quod haec frater eius vidisset, cum iuramento exegit ab eo quod numquam, dum sanctus viveret, alicui mortalium panderet quod vidisset.

(1) Subsequens mirabilis visio iam supra p. 290, n. 13 delibata est.

Sequuntur alia miracula post eius transitum ostensa. Et primo de mortuis suscitatis.

7. [48, § 2.] Mulier quaedam Aquensis civitatis habebat filium octo annorum. Quem cum nocte quadam iuxta se diligenter collocasset, post primum somnum evigilans, invenit dictum filium a loco suo sublatum et ad lecti pedes iacentem et penitus extinctum capite pendente deorsum, rigidum et frigidum, sicut ille qui vere mortuus cernitur. Quod videns dicta mulier, clamores et lacrimas ingeminans, una cum marito ad beatum Ludovicum puerum cum devotione voverunt. Facta vero promissione, confestim dictus puer coepit se movere cum clamore et stupore, quasi de iis quae contigerant nihil sciens. Qui puer eadem die rettulit parentibus suis quod, dum erat in tali periculo sibi ignoto, apparuit quidam frater minor, qui se beatum esse Ludovicum commemorabat, asperis indutus vestimentis; qui dixerat sibi, si vellet talia ferre indumenta, ad vitae sanctitatem conscenderet, qualem ipse sanctus habuerat.

8. [49, § 1.] Vir quidam dictus Poncius, civis Aquensis, habebat filium nomine Petrum. Qui per plures dies febrem continuam passus, cum plures experiretur medicos, nihil tamen in eum profecerunt; immo, crescente cotidie infirmitate, ad mortem usque est perductus. Pater vero videns filium suum mortuum, praesente adhuc medico, levavit oculos ac manus suas ad caelum; et flens atque suspirans ait: *Sancte Ludovice, redde mihi filium meum. Nam, si feceris, sudarium suum tibi portabit.* Vix medicus domum exierat, ecce puer qui mortuus fuerat revixit meritis sancti Ludovici. Et in crastinum sudarium ad sancti sepulcrum puer deportavit.

9. [49, § 2.] Quaedam mulier nutriebat puerum. Quae cum iuramento affirmavit quod puer stetisset mortuus a media nocte usque ad auroram, et habebat omnia signa mortis, utpote quia tres tractus seu conatus fecerat spiritum emittendo et post remansit sine voce, sine pulsu, et totaliter sine motu. Quae videntes astantes, cooperuerunt faciem eius

panno lineo, sicut consuetum est corpora mortuorum cooperiri. Dicta autem nutrix eius, recolens miracula sancti Ludovici, dictum puerum vovit devotissime ipsi sancto et quod sepulcrum suum cum sudario pleno frumenti et candelam ceream offerendo visitaret. Voto igitur emisso, dum apparuit aurora, dictus mortuus praeoptatae vitae apparuit restitutus.

10. Iuvenis quidam, dum palefridum equitasset, palefridus quandam puellam in camera existentem conculcavit et collum sibi fregit, in tantum quod iunctura colli distabat ab alia iunctura per duos digitos : et sic pluribus videntibus, puella permansit mortua. Videns autem mater eius quia mortua esset filia sua, promisit beato Ludovico quod, si filiam resuscitaret, sepulcrum suum nudis pedibus visitaret. Emisso voto, filia flevit et coepit loqui, nec ullum in ea apparuit signum laesionis.

11. [49, § 3.] Mulier quaedam nomine Alazachia, impraegnata existens, cecidit de quodam asino et in tantum quassabatur quod vix potuit se levare. Et post modicum tempus fuit foetens anhelitus eius, cum tamen ante sanum anhelitum habuisset ; cumque tempus advenisset pariendi, peperit mulier mortuum unum. Et post paululum alium emisit fetum, quem credebant mulieres quia viveret. Sed cum per portam exisset, non mugitum reddidit, nec aliquod signum vitae in ullo apparuit. Dixerunt itaque mulieres ibi praesentes cum aspiratione : *Ha! ha! ecce peperit duos fetus mortuos.* Et quippe fetus lividus et niger, et habebat brachia compacta. Proiecerunt tandem dictum fetum sine vita in quodam stabulo. Quod videns mater dictae Alazachiae, Beatrix nomine, convertit se ad suffragium beati Ludovici implorandum ; et flectens genua sua dixit : *Domine sancte Ludovice, ego rogo te quatenus sicut ego te vidi vivum et verbum salutis a te audivi et me a dolore capitis sanasti, ita rogo te ut reddas animam istae defunctae.* Et promisit quod sepulcrum dicti sancti visitaret, cerae imaginem offerendo. Voto igitur emisso, accessit ad revisendum quaedam mulier corpus proiectum in stabulo : et vidit quod aliquantulum palpitabat. Levatam

ergo de fimo et pannis involutam deferunt cum ingenti laetitia ad baptizandam. Quae post baptismi lavacrum acceptum IIII mensibus et circiter supervixit.

12. [48, § 3.] Modo consimili quaedam alia mulier de Marsilia filium peperit mortuum, non sine grandi maerore et tristitia omnium qui affuerunt. Mater vero dictae mulieris, filiae suae intime compatiens, lacrimas fudit uberrime. Sumpta autem fiducia in beato Ludovico, supplex ei facta eius auxilium imploravit. Cumque in spe et instantia filium mortuum baptizari procurasset, ilico oculos aperuit ac vocem quam in partu detinuerat promere emittebat.

13. [49, § 4.] Raymundus quidam habuit filiam virginem, quae per quindenam vel amplius continuam febrem passa fuit. Quae quidem febris in tantum illam afflixit, quod ad mortem usque deducta est iudicio amitae suae et omnium aliorum eam videntium. Non enim respirabat, nec loquebatur, nec audiebat, nec intellegebat, nec pulsum neque aliquod vitale signum in ea apparebat. Videns autem Katherina, amita dictae puellae, neptem suam in tali articulo constitutam, erexit eam; et tenens eam inter brachia sua, devotissime eam beato commendavit Ludovico. Voto igitur emisso, puella, quam amita credebat mortuam, respiravit et revixit, sanata meritis sancti Ludovici.

14. [50, § 1.] Adam de Parisius, habitans Avinione, habuit filiam graviter infirmam per unum fere mensem. Cumque multis maneret diebus quod cibum non sumeret, finaliter devenit ad mortem, in tantum quod loquelam amisit et visum; nec motum habebat nec sensum et breviter omnia mortis signa apparebant in ea. Videns autem quod orbatus esset pater filia sua, vovit eam beato Ludovico dicens : *Sancte Ludovice, redde mihi filiam meam sanam et vivam, sicut ego ipsam tuis precibus impetravi ut nasceretur mihi. Sic rogo quanto humilius possum et devotius, quatenus eam vitae restituas et saluti. Quod si feceris, ego sepulcrum tuum personaliter visitabo, imaginem ceream tibi deferendo.* Vix votum emiserat, et ecce prius defuncta oculos aperuit et revixit incolumis, remanens et sanata.

15. [50, § 2.] Iohannes Imberti de Tarascona, Avinionensis diocesis, habebat filium nomine Poretum. Qui filius, gravissima febre vexatus, ad mortem usque infirmabatur et multos vermes evomebat. Tandem post longam aegritudinem morti approximans, absente patre, diem clausit extremum. Cumque nullum vivi hominis superesset signum, ii qui astiterunt faciem eius cooperuerunt, sicut moris est mortuorum faciem cooperire. Parva morula substitit: et ecce advenit pater flens et eiulans, quia mortuus est filius suus. Cumque pater tristis et maestus beato episcopo Ludovico filium vovisset atque commendasset, discooperiens pater faciem pueri, aperuit puer oculos, ac se movit, et ad vitam est restitutus.

16. [50, § 3.] Mulier quaedam portavit in brachiis suis filiam suam adhuc ubera sugentem. Cumque maneret mater cum filia in solario, casu fortuito per solarium ambae ceciderunt, primo filia et postea mater. Quo lapsu amisit infantula omnem membrorum motum. Et credentes eam qui in domo erant morituram, voto voverunt eam beato Ludovico. Quo emisso, puella eadem die ubera petiit et recepit; sicque a mortis periculo fuit liberata.

17. [51, § 1.] Alia quaedam mulier portaverat fetum animatum tribus diebus et tribus noctibus mortuum in ventre suo, nec ab eo poterat expediri. Cumque viderent qui aderant mulieri periculum mortis imminere, decreverunt finaliter partum putridum a corpore mulieris extrahere. In extractione autem unum os mulieris confregerunt; et alia ossa turpiter concusserunt, in tantum quod dicta mulier mansit per duos annos quod non poterat sedendo comedere; immo quando comedebat, iacendo comedebat velut canis. Nec poterat se cooperire quando erat in lecto, nisi cum dentibus solum si coopertoria ac vestimenta attrahebat. Videns autem vir eius quod uxor sua in magno dolore vivebat, dixit ei quod melius esset ei mori quam sic vivere; et persuasit ut per chirurgicum cum coctura vel scissura os illud extraheretur. Cumque die statuto * chirurgicus adesset, illa timens incisionem, cogitare coepit quod Deus tanta fecisset miracula

* *cod.* statuo

per sanctum Ludovicum. Et capta fiducia vovit dicto sancto, antequam chirurgicus advenisset, quod omni die sabbati sepulcrum eius visitaret et ecclesiam suam, si fratres permitterent, scoparet *. Voto emisso, beati viri solita pietatis curatione repperit se sanatam.

* cod. scobarent

18. [52, § 3.] Puella quaedam octo annorum per sex annos ita contracta extiterat, ita quod ire non poterat sine ferulis. Vovit beato Ludovico quod, si eam ab hac infirmitate liberaret, duas ferulas cereas ad eius tumulum deferret. Et incontinenti voto emisso dimisit unam. Post modicum vero tempus cum una ferula ad sancti sepulcrum veniens, facta modica oratione super tumulum, dimissa ferula, sana ad domum cum matre rediit.

19. [64, § 1.] Miles quidam gravem patiebatur in tibiis infirmitatem XXV annis utpote pustularum et ulcerum : quae tantam saniei quantitatem emittebat quod vix poterat sustinere, nec ullo potuit chirurgicorum remedio curare. Promisit tandem beato Ludovico quod, si ab hac eum infirmitate curaret, sepulcrum eius nudis pedibus adiret, cum tibiis cereis quas offerret. Voto stabilito infra triduum beneficium sanitatis integre assecutus est.

20. [64, § 2.] Quidam Iohannes nomine per unius anni spatium tanta passus est de lapide, quem in vesica portabat, quod non nisi cum clamore et dolore maximo urinam emittebat. Cum mater dicti iuvenis multa vota fecisset et multa a medicis consilia requisisset, ad nihilum laboravit : immo deterius omni die se habebat. Vovit tandem mater dolorosa filium suum beato Ludovico quod, si puer lapidem emitteret absque incisione, sancti tumulum cum imagine cerae pretii sex denariorum visitaret. Eadem nocte iuvenis lapidem emisit plenum sanguine, ut multi viderunt. Quantitas autem lapidis erat ad quantitatem ovi perdicis.

21. [63, § 5.] Puerulus quidam nomine Brandetus, filius Petri Maleti, commorantis Marsiliae iuxta fratres minores, per tres menses et amplius patiebatur infirmitatem in pedibus, quae dicebatur infirmitas sancti Antonii. Foetebat enim horribiliter, in tantum quod nutrix pueri foetorem illum vix

ferre valebat. Cumque portasset eum ad sanctum Antonium et ibi X dies iacuisset, quia monachi sancti Antonii affirmabant quod erat infirmitas sancti Antonii, obtulit pater praefato sancto duos pedes cerae mediae librae et alias donationes *, nullum tamen in puero beneficium sanitatis recognovit. * cod. solationes Tunc pater dicti pueri turbatus nimis ac territus, eo maxime quia dicerent multi quod, nisi absciderentur pedes, totum corroderetur corpus, anxius valde de filio, ad Dei confessorem Ludovicum sua dirigit vota. Cum autem sanctum patrem invocasset et adiurasset quia, si filium suum ab illa infirmitate liberaret, duos pedes cereos ad suum tumulum deportaret, pium eius affectum sanctus ex alto prosectans et votum suscipiens, filium illius ilico sanavit.

22. [58, § 3.] Filius cuiusdam per quinque annos lumen amiserat oculorum. Voto igitur a parentibus ad beatum Ludovicum emisso quod, si filio lumen oculorum dignaretur restituere, ipsum ad sepulcrum ipsius cum imagine de cera offerret, coepit puer in crastinum meritis sancti videre et discernere, prout commode ante lucis obfuscationem videre consuevit.

23. [59, § 1.] Petrus de Frenis, medicus, IIII annis ita coecus fuit quod sine ductore ire non poterat, nec in rebus aliquid discernebat. Cum vero omnia quae habebat in medicinis et in aliis rebus ut visum recuperaret expendisset, nihil tamen in hoc profecerat. Transiens autem per Aquis * audivit * *sic in cod.* a multis mirabilia quae Dominus per sanctum Ludovicum operari continue dignabatur. Et devotione concepta ad sanctum, promisit ei quod, si visum ei redderet, toto tempore vitae suae diebus mercurii ieiunaret et duos oculos cereos, quam cito habere posset, ad tumulum sancti deferret. Voto facto venit Marsiliam et duobus diebus iuxta sancti sepulcrum stetit. Die vero tertia, cum staret ad solem iuxta Sanctum Victorem, expectans eleemosinam monasterii vel regis cum aliis pauperibus, quia depauperatus erat eo quod peregrinando et medicamina adhibendo sua omnia consumpserat, dixit uxor sua ei : *Quare hic stas ad solem et non potius vadis dormitum super sepulcrum beati Ludovici ut cureris et*

visum recipias, sicut iam multi curati sunt? Cui ipse respondit: *Quasi una de fatuis mulieribus loqueris. Nescis tu quia virtus sancti potest me iuvare ita bene hic, sicut ibi? Nescis quid dicas, nam liquido apparet quod non habes fidem in sanctis.* Et cum ibi modicum stetisset, aperuit oculos suos et dixit: *Ego credo quod Deus faciet mihi gratiam meritis sancti Ludovici. — Et quomodo?* dixit mulier. Respondit: *Quia video ibi unam columnam, video duas, video etiam quod domus illa est cooperta de tegulis. Et video quod iste indutus est tali panno et ille alio. Video etiam summitatem villae, in tali signo.* Et de omnibus dicebat meram veritatem. Et statim venit ad sepulcrum sancti, gratias ei referens; et ex tunc videbat clare omnia meritis sancti Ludovici.

24. [61, § 2.] Mulier quaedam de Aquis sensum et intellectum amiserat, ita quod facta fuerat amens totaliter. Nam cantabat nocte ac die, et vana ac stulta loquebatur, et negabat omnes sanctos, et parentes aspernabatur, nec aliquem cognoscebat, nec in rebus aliquid discernebat. Et quando portabatur ei prandium, totum aspergebat. Et fuit in ista furia octo diebus continuis, in quibus nec comederat nec biberat. Caecilia vero, quae cognata sua, vovit eam sancto Ludovico. Voto facto, statim petiit panem, comedit et bibit; et ex tunc sensum recuperavit et intellectum.

24. [61, § 2.] Bartholomeus, filius Raymundi textoris, sensu privatus fuit. Nam faciebat et dicebat talia, quae erant signa vesani: patrem suum mordebat et lapides in parentes proprios proiciebat. Cumque pater dolens filium beato Ludovico commendasset, ilico filius, votum patris intellegens, etiam ipsemet se sancto devovit: et sic mente sanatus Deo gratias rettulit.

25. [P. 795, n. 99, ad finem.] Puella quaedam XI annorum totaliter fuerat amens effecta; immo, quod plus est, patris iudicio daemoniaca videbatur. Dicebat enim errores et faciebat horrenda, ita quod frequenter ligabatur. Voto autem ad sanctum Ludovicum pro filia a patre emisso, fuit statim ab omnibus illis maledictionibus curata.

[61, § 5.] Simili modo quod mulier nomine Bertranda, per

duos annos et duos menses, ab omni fuit sensu mentis et corporis privata. Quae a socru beato Ludovico commendata, absque aliqua mora citissime repperit eam sanatam.

26. [P. 794, n. 96, § 1.] Alazacia quaedam nomine subito amisit loquelam et per integram hebdomadam stetit muta, ita quod nec unum verbum exprimere valebat. Dicta vero mulier, considerans mirabilia quae Dominus per servum Ludovicum cotidie operabatur, quia verbo non potuit, corde cum et affectu devoto se sancto praedicto devovit. Nec distulit sanctus quod petebatur exhibere. Nam subito post votum factum vinculum linguae eius solutum fuit; et loquebatur recte, collaudans Deum.

27. [63, § 1.] Quaedam Beatrix nomine passa fuit [diuti]us morbum caducis! Qui morbus eam bis vel ter in hebdomada affligebat crudeliter et ipsam quasi ad extremum ducebat. Fecerat autem pluribus sanctis votum ; nec ab aliquo fuit exaudita. Ideoque nolebat alicui sancto amplius facere votum. Contigit autem una dierum aliquos fratres minores transitum facere per locum illum ubi praedicta mulier morabatur. Cumque fratres illam ad beneficium beati Ludovici requirendum attentius incitassent, maritus dictae mulieris eos exaudiens uxorem suam sancto Ludovico commendavit. Voto emisso, praefata mulier ab omni illa passione expiatur meritis sancti ; et nec tenuem quidem motum dicti morbi ullatenus umquam sensit.

28. Mulier quaedam pepererat puerum tibiis ita contortum quod quasi cancellatae sibi invicem adhaerebant, dextera respiciente seu conglomerante ad sinistram : sicque impeditus perpetuo ad ambulandum reddebatur. Videns autem vir suus filium suum ita turpiter deformatum, ipsum sancto Ludovico devotissime devovit. Mox, facto voto, praefatus puer rectitudinem habuit tibiarum et ab omni deformitate extitit liberatus.

29. [62, § 2.] Nautae quidam, in maris periculo constituti, vento et tempestate gravissima exorta, tria vela amiserunt. Tandem cum uno velo coram insulis arenarum devenerunt, ubi in tantum mare intumescebat, quod omnino se evadere

posse desperabant. Tandem, sumpta aliquali spe et fiducia in Domino et sancto eius Ludovico, voverunt quod, si eos ab illo periculo liberaret, suum tumulum cum ancora de cera ad collum visitarent. Voto emisso, statim cessavit ventus, tempestas sedatur : periere pericula ! Et omni semota anxietate, tranquillo cursu ad portum tendunt optatum.

30. [64, § 3.] Alii quidam nautae, per mare galeam maximis et multis bonis onustam ducentes, a piratis Sarracenorum capti sunt. Cumque per X et octo dies capti stetissent, meritis sancti Ludovici, cui se devoverant, mox ipsa die, qua votum emiserunt, sunt ab inimicis dimissi et libertati restituti.

31. [67, § 2.] Quidam Gulielmus nomine, lapicida, cum exiret ecclesiam fratrum minorum, in qua sanctissimum beati Ludovici corpus honorifice requiescit, videns multitudinem accedentium et recedentium a tumba dicti sancti, sic derisorie dicebat : *Amodo alii sancti bene possunt quiescere, quia iste solus facit omnia miracula.* Vix sermonem compleverat, et ecce continuo ultio eum divina insequitur. Nam os eius, distortum ac retroversum, difforme nimis efficitur, et loquelam pariter amittit. Cumque sic per octo dies remansisset continuos, nono die supplex praedicto sancto factus, sepulcrum eius cum capite cerae visitavit. Facta autem oblatione, dum exire vellet ecclesiam, in eodem loco ecclesiae dictae, in quo mutus factus fuerat et deformis, ibidem curationis beneficium recepit patientia et meritis sanctissimi Ludovici.

32. [P. 791, n. 81, initio.] Cum aliquando duo pueri germani in civitate Marsiliae invicem ludendo discurrerent, contigit per infortunium quod unus guttur alterius transfoderet ac nesciens occideret. Percipiens hoc consilium civitatis misit et fecit capi alium puerum occisorem, volens iudicare de ipso tamquam de homicida vel latrone. Videns hoc desolata mater, quae iam uno orbata filio ab alio orbari debere formidans, cucurrit resolutis crinibus ac lacrimosis oculis ad consilium civitatis, petens ignosci pueritiae, quia nesciens fratrem suum iugulasset. Sed quia a praefato con-

silio non bonam recepit consolationem, cucurrit ad sepulcrum beati Ludovici, orans instanter sibi in hac necessitate misericorditer subveniri. Interea, inscia matre, puer interfector decapitatur et ad cimiterium sepeliendus deportatur, in eodem scilicet sepulchro in quo frater eius iam sepultus fuerat. Cumque illuc in foveam mitteretur, surrexit et fratrem suum suscitat et porrigendo ei manum dixit : *Surge, frater, eamus simul ad consolandum matrem nostram. Nam sanctus Ludovicus vult ut surgamus.* Et sic ambo incolumes surrexerunt ; ad matrem redeuntes, Deum et sanctum eius Ludovicum magnifice collaudaverunt.

33. Contigit post haec quod quidam puer raperetur a lupis. Cumque mater, currens post puerum, beatum invocaret Ludovicum, promittens ei puerum offerendum cum cereo de libra, cum venisset ad silvam, fugiunt lupi quasi furiosi canes et puerum illaesum et intactum dimiserunt. Mater vero cum venisset ad ecclesiam fratrum cum puero suo ad solvendum promissum, dixit puer matri suae demonstrando imaginem sancti Ludovici : *Ecce, mater, iste fugavit lupos a me, dum me vellent devorare.*

CORPORIS SANCTI FIDELIS

COMENSIS MARTYRIS

anno circiter 964

INVENTIO ET PRIMA TRANSLATIO

AUCTORE COAEVO.

Corporis sancti Fidelis, Comensis martyris, inventionem primamque anno circiter 964 institutam translationem narravit discussitque non ita pridem P. B. Bossue, ducibus Benedicto Iovio et Tatti, qui saec. XVI et XVII floruerunt (1): cuius argumenti summam ex anterioribus monumentis videntur derivasse (2). Occurrit autem sat explicatum in Ambrosianae Bibliothecae codice, saeculo XII exarato signatoque nunc E. 84 inferiore parte, olim E 89, E 101 P^{te} Inf. Quem textum hactenus, ni fallimur, ineditum, ab auctore aequali, vel saltem suppari aetate conscriptum esse eruitur ex eo quod corporis sancti Fidelis ad littus Comense appulsum exponit, *ut asserunt superstites qui ibi aderant* (3).

[f. 98^{v}, col. 2] **Idibus Iunii. Translatio sancti Fidelis martyris.**

1. Vere quidem actionis labore instruimur ut sanctorum martyrum acta quae exigentibus eorum meritis sedulo usuali sermone divulgantur, ad honorem Dei omnipotentis, pro cuius amore capitali subiecti sunt sententiae, istius explicatione narrentur. Dignum namque esse cognoscitur ut ii qui pro certamine fidei choris intersunt supernis, ad nostri memoriam ducta ipsorum [f. 99^{r}, col. 1] corporum translatione pro nostris interveniant peccatis. Quorum enim mira quia bonae et verae conscientia actionis ad aedificandam

(1) *Acta SS.*, ad d. 28 Octobris, tom. XII, p. 553, n. 17 et 18. — (2) Cfr. Tatti, *Degli Annali sacri della città di Como,* Decade secunda, Lib. I, p. 75 et 76, notae margin. — (3) Cfr. infra, p. 358, n. 8.

plebium fidem scribuntur, non argumentosis quaestionibus quorundam sacrarum litterarum dicta parvipendentium est credulitas adhibenda; sed verae aedificationis augmentis ad iungendam fidem augemur, meritis et exemplis sanctorum roboramur, credulitatis * devotione solidamur. Unde qualiter gloriosissimi corporis martyris Fidelis translatio est nota rectum est quod auribus fidelium sit patefacta.

* *cod.* crudelitatis

2. In fine igitur Cumanum * lacus, quondam Christianorum habitatio fuerat; qui, divino et christiano cultui servientes, postquam venerabilis martyris caput abscisum est, sicut in eius passione legitur (1), sepulturae praedictum martyrem tradiderunt. In quo loco ad eiusdem honorem martyris ecclesia fabricata est. Verum, imminente persecutione Sarracenorum, quae penes per omnes Italiae fines imminebat, eiusdem loci christianos persecuti sunt, qui, diversis eos afflictionibus lacerantes, omnia diripientes, totum illum locellum depopulati sunt. Quorum saevitia immanitatis ita iniquitate excreverat, quod neminem christianorum superstitem ibi dimiserat. Ex quo tempore locus desertus relinquitur ecclesiaeque sancti Fidelis martyris nullum [col. 2] sicut oportebat divinum officium a sacerdotibus impendebatur. Quam autem per multorum curricula annorum ab ecclesiasticis servitiis semotam, per meritum iam dicti martyris, respexit omnipotens Deus, et quod dignum fuerat suae miserationis sinu ad augendae sanctitatis sui martyris laborem expleverat: videlicet ut iterum humana * servitiis sui laboris praemium quod ad honorem martyris fecerat consequatur, et eius memoria cottidianis usibus habeatur.

* *sic*

* *sic*

3. Tempore itaque Waldonis antistitis, qui cathedrae Cumanae ecclesiae praeerat, quaedam reclusa, devotissima femina, nomine Dominica, fuerat; quae, inclusa in angulari adyto, creberrimis obsequiis Dominico caelestis Ierusalem commorabatur palatio. Cui quadam nocte praedictus martyr Fidelis per visum apparuit; sui praesentiam corporis, ut olim fuerat, ei innotuit. Quae in eiusdem visionis pavore perterrita,

(1) Cfr. *Acta SS.*, tomo cit., p. 563, n. 6.

percunctari martyrem coepit quis esset. Cui protinus subinfertur : *Me Fidelem Domini martyrem intuere alacrique vultu* * sic *respice, et quae agenda sunt diligentissimae inquisionis* * *actione perfice. Locum autem in quo corporis proprii cadaver reconditum est te nosse ammoneo, quod a quam pluribus huius loci episcopis longo tempore perquisitum est, sed a nemine illorum inventum. Vult namque Dei Filius Dominus Noster, quo tuae allocutionis revelatione meum corpus* [fol. 99v, col. 1] * sic *debeat inveniri et suscipi, eumque* * *in ecclesia beatae Eufemiae martyris cui famularis reconde.*

4. Cuius eloquii sententiis finitis, pervigil Dei famula facta, quae iam dicta sunt, non visione somnii sed certo oculorum visu visum est ei vidisse. Quae, humanae infirmitatis conscia, verita est tantae seriem visionis narrare. Timuit enim, sicut eadem promente creditur, ne, quia Deo servire proposuerat, antiquorum hostium illusione caperetur. Psalmodiarum statim carminibus in quantum ei vires affuerant vacans, eo imminente labore, secunda nocte obdormivit. In qua iterum eiusdem visione ammonitionis a Dei martyre praemonita, evigilavit. Conscientiae itaque suae consulens, magna se coepit ieiunii orationumque maceratione fatigari, Deum totis medullis cordis deprecans ut firma radice veridicae visionis solidaretur, ne sibi visus esset detrimentum, qui si fieret verius credebat augmentum. *Tibi, Deo soli,* inquit, *cognita sunt omnia ; age ut in me inimicus hostis non inveniat quod mirae tuae providentiae displiceat. Occulta sunt tua iudicia ; fac ut per te inveniam tuarum misericordiarum viscera. Ne mea intuearis facinora, Domine, quia* [col. 2] *tuum est delere omnia crimina. Fac, pie Domine Iesu, verti in verum quod est per visum valde serenum.*

5. His quoque orationum eloquiis finitis et ʹnimiaeˇabstinentiae ieiunio fatigata, sopori est dedita. Quae tertio Dei martyrem intuens, quasi iratum prospexit; eique alapam dedit, increpans cur ea quae sibi ab eo fuerunt dicta non erant patefacta. Ait autem : *Vera sunt quae vidisti. Non haec phantasiae imaginationis illusione credas peracta. Si magis fuerit quod dictum est occultum, corporis citius videbis detri-*

mentum et nullum animae bonum emolumentum. Qua sententia finita et Dei ancilla in se reversa, cum omni festinantia presbyterum qui suae confessionis particeps habebatur convocari praecepit. Cui advenienti inquit : *Pater, cui mea confiteor, quem etiam mediatorem inter me et Deum proposui, quae dicenda sunt diligentissima investigatione considera, nostroque praesuli per omnia manifesta.*

6. Qua * visione patefacta, sacerdos episcopo dirigitur eique quae dicta sunt innotescit. Ad Dei famulum praefatus episcopus venit; summo cum desiderio, ea quae superius gesta sunt, ab eius ore didicit. Mox vero omni gregi sibi commisso triduanum ieiunium indixit [fol. 100r, col. 1] ut haec quae praefata Dei ancilla viderat, divina providentia adiuvante, perfici potuissent. Quo transacto ieiunio, ad eandem iterum reclusam semotim pervenit episcopus. *Age, domina, perfice quod vidisti, ut compleatur desiderium nostrum.* Quae inducias dari precata est, quoniam nimietate ieiunii afflicta a spontaneo habitaculo carceris egredi nequibat. Dictum quippe ei fuerat ut a claustro in quo Dei margarita latebat egrederetur, quia sine ea locus, in quo sanctus martyr positus fuerat, inveniri non poterit. Secundum cuius preces inducia sibi concessa, paululum requiescens, a sui proseucha est egressa atque ad choros psallentium ducta; tanto quidem tempore in angusto sui hospitiolo commorata fuerat, quod gressus propriorum pedum expers omnino videbatur. Navim denique ingressa, instar sui hospitioli quibusdam instrumentis quorundam parietum sibi fieri iussit circumque concludi, quod conventui publico non commisceretur.

* *post corr.*; *ante*, quia.

7. Psallentibus autem pariter cunctis omnique cum gaudio ad locum in quo Dei martyr iacebat pervenientibus, mirae tranquillitatis serenitas Cumano lacui amministratur. Tandem cum hymnis et choris utriusque sexus caterva maxima accensis lampadibus ad desideratum [col. 2] pervenerat locellum. Ingressa vero basilicam Dei ancilla Dominica pariterque eam insequentes universi populi se in terram prostraverunt precesque ad Dominum fuderunt. Surgentibus autem cunctis, praetaxata Dei famula submissa voce oravit : *Tu,*

Domine Iesu, omnium secretorum rimator, tuorum martyrum mirabilis splendor, per me famulam tuam esto huius loci inventor. Pande thesaurum secretum, ut cognoscam verum fore martyris praeceptum. Ilico foveam quae post altare eiusdem basilicae posita erat perfodi iusserat; in qua tantus thesaurus inventus est desuper posito lapide, qui omnium pigmentorum inaestimabili odore flagrantiam superavit. Universus itaque populus, hoc odore perculsus, in laetitiam est conversus.

8. Tunc sanctum corpus suscipitur, maxima cum veneratione reconditur et sic omni prosperitate citissimo navigii cursu universis psallentibus Cumas deducitur. Sed dum ad ripam iam dicti stagni perventum est, ut asserunt superstites qui ibi aderant, navis, in qua sanctus martyr erat, terrae puppi adhaerere non poterat, quia ad capiendam navim consueto navali tramite paucitas aquae inerat. Quod videntes qui aderant, calceatis * pedibus aquam ingredi conabantur, videlicet quo sanctum suscipientes corpus, desideratum [fol. 100v, col. 1] perficeretur opus. Interea a praefata Dei famula iubetur ut hoc dimitteretur, quo meritis sui martyris Christus Dei Filius elementum aquae ad capiendam navim faceret. Sicque factum est ut cum tanta velocitate navis littori iuncto terrae inhaereret ut nullum ibi detrimentum aquarum crederetur. Hoc quoque viso miraculo protinus universa illa multitudo cum cereis et lampadibus, psalmis, hymnis divinisque laudibus occurrens sanctum corpus in circuitu praetaxatae urbis deducunt.

* *cod.* calciatis

9. Si quis autem fuerat aliqua infirmitate corporis detentus, inclinato vertice capitis sub feretro in quo portabatur transiret, mox pristinae sanitati reddebatur. Quis autem nostrum numerum languentium et a daemoniaco spiritu vexatorum sanitati restitutum explicare valet? Sed quia longum est narrare virtutes quas Deus per suum martyrem facit, breviter concludantur. Daemones ab innumerabilibus obsessis corporibus eius meritis usque in hodiernum diem expelluntur. Multi quoque variis infirmitatibus afflicti sanitati * redduntur; tristes eius suffragia precantes in gaudium

* *cod.* sanati.

convertuntur. Constitutum namque Dei providentia est ut in ecclesia sanctae Eufemiae martyris, veluti ipse per visum dixerat, idus Iunii reconderetur; in qua nunc per eius merita quam pluribus salutis auxilia [col. 2] petentibus, multa beneficia praestantur, adiuvante Deo et D. N. I. C., cui est honor et gloria cum Patre et Spiritu sancto per infinita saecula saeculorum. Amen.

VITA ET MIRACULA
S. STANISLAI KOSTKAE

conscripta a P. Urbano Ubaldini, S. J.

EXCUSSIT, AUXIT ET IN LUCEM EDIDIT

AUGUSTINUS ARNDT, S. J.

MONITUM DE AUCTORE.

Auctor hujus vitae fuit P. Urbanus Ubaldini S. J., oriundus ex gente Ruthena. Ab A. R. P. Johanne Paulo Oliva, Praeposito Generali S. J., die 1 Septembris 1662 nominatus est Societatis Procurator in promovenda canonisatione sancti Stanislai. Ut suum Procuratorem eum quoque Poloniae rex, Johannes Casimirus, die 21 Octobris ejusdem anni constituit. Ex quibus porro fontibus hanc vitam hauserit ipse indicat. Manuscriptum ejus typis nondum vulgatum modo Staraviesiae in collegio Societatis Jesu asservatur (Prov. Galiciana).

PARS PRIMA.

DE VITA B. STANISLAI.

Usitatus is scriptoribus mos est, iis quae a se luci publicae committuntur fidem veritatis astruere ex eorum, unde et a quibus quid hauserint, in libri principio longa serie et catalogo adnotato. Hanc, ne et ego aberrarem, tritam tutius viam secutus in primo hic narrationis capite facio, et unde materiam desumpserim produco ; ita me ad eorum narrata accommodans, ut verbis ipsis eorundem loquar, neque colores spectem, quia sine illis veritas pulchra est, et ibi minor est, ubi plus colorum est. Ac primo quidem ea quae typus non pressit, postea quae publica lux aspexit.

CAPUT PRIMUM.

De iis unde materia historiae desumpta.

1. Litterae Apostolicae in forma Brevium duorum Summorum Pontificum, Clementis VIII duae et Pauli V tres. Acta in Sacris Con-

gregationibus Rituum et Sacri Concilii Tridentini Interpretum variis temporibus pro causa canonisationis Beati Stanislai confecta.

2. Processus auctoritate ordinaria fabricati ab anno 1599 in Italia Bononiae, Neapoli, Panormi, Venetiis, Florentiae, Recanati, Tusculi, Vercellis ; in Hispania Madriti, Cueruhae ; in Gallia Burdegalae, Bisuntii, Aginni, Nanceii ; in Lusitania Conimbricae ; in Germania Frisingae; in Flandria Tornaci ; in Polonia Posnaniae, Vilnae, Calissii, Lovicii, Pultoviae ; in Bohemia Pragae, Novodomi. Quibus in locis praemissis quae de jure praemittenda erant variorum saecularium et religiosorum omnium fere sacerdotum et omni exceptione majorum, qui Beato Stanislao tam in saeculo quam religione familiarius convixerunt de ejusque vitae sanctimonia informatissimi, fides inquisita fuerat.

Hi processus auctoritate ordinaria confecti Sacrae Congregationi Rituum praesentati et ex ejus commissione ab Eminentissimo Cardinali Lancellotto revisi, lecti et relati tanti habiti sunt, ut Sacra Congregatio Rituum anno 1618, 29 Novembris, duxerit causam in tali statu esse ut, si Sanctissimo Domino Nostro videretur potuisset committi auditoribus Rotae et Remissoriales expediri ad formandos ulteriores auctoritate apostolica processus, Paulo V Pontifice Maximo 17 Decembris ejusdem anni tale decretum approbante.

3. Processus remissoriales vigore commissionis ejusdem Pauli V in Polonia Cracoviae, Posnaniae, Leopoli, Calissii, Premisliae ; in Flandria Tullae peracti : qui omnes eidem Sacrae Congregationi praesentati debitis modis aperti atque aliquantum discussi 1644 ; sed accedentibus novis decretis nihil de illis conclusum.

4. Processus ad obtemperandum decretis a SS. Inquisitione emanatis de non cultu supra casu excepto formati Leopoli 1649, Romae 1658 auctoritate apostolica et cum sententiis ordinariorum de quibus ultimo disputatum in eadem Sacra Congregatione et decretum, ut infra dicetur.

5. Vitae manuscripta a variis statim post mortem Beati Stanislai auctoribus qui ei familiariter convixerunt quotidianamque notitiam recte factorum tamquam oculati acquisivere. Imprimis vita conscripta a R. P. Julio Fatio, viro gravissimo, magnis muneribus in Societate perfuncto, patre spirituali et confessario B. Stanislai. Quae eodem anno quo Beatus obiit, hoc est 1568, ab eodem confecta ac in Lusitaniam missa, unde ex archivo collegii Conimbricensis jussu episcopi ejusdem civitatis habita a septem sacerdotibus juratis ex auctoritate ejusdem examinatis recognita, quorum tempore ea missa fuit. Qui insuper testantur dictum P. Julium Fatium talis virtutis, prudentiae et auctoritatis fuisse, ut ei merito fides ab omnibus sit adhibenda in iis, quae posteritati in hac materia reliquit. Quod ipsum affirmant

in Bononiensi uterque testis, in Vercellensi, Burdigalensi, Bisuntino et Veneto.

Deinde Vita eodem anno 1568 scripta Romae a R. P. Stanislao Varsevitio, qui, cum Regens Cancellariae regni Poloniae fuisset et episcopatum aliasque dignitates sibi oblatas pro Christo refutasset, Societatem Jesu ingressus cum Beato Stanislao in eadem domo novitiatus familiariter usque ad ejus mortem vixit testis oculatus ejus sanctitatis. Porro Varsevitium fuisse eo judicio, prudentia, veracitate ac virtute praeditum, ut in omnibus illi sit adhibenda fides, quae de Beato Stanislao conscripsit testantur verbis amplissimis in publicis testimoniis, sigillis ac subscriptionibus suis munitis, imprimis Sigismundus III rex Poloniae ac Sueciae, deinde archiepiscopi Gnesnensis et Leopoliensis, praeterea decem episcopi : Cracoviensis, Posnaniensis, Vilnensis, Varmiensis, Luccoriensis, Culmensis, Chelmensis, Premisliensis, Camenecensis, Laodicensis ; abbas Landensis, capitulum ecclesiae archiepiscopalis Leopoliensis, praepositus Cracoviensis. Item praecipui senatores regni Poloniae et magni ducatus Lithuaniae: Palatinus Posnaniensis, Vilnensis Dux in Clyka et Nieswicz et Princeps Imperii, Palatinus Lanciciensis, Plocensis, Castellanus Plocensis, Cancellarius magni ducatus Lithuaniae. Qui omnes dictum Varsevitium et in saeculari statu et in religioso optime noverant. Praeter hos alii quoque ejusdem familiares Ordinariorum auctoritate examinati. In Bononiensi uterque, in Vercellensi, Bisuntino, Recanatensi, Florentino talibus dotibus eum praeditum fuisse affirmant, ut omne dubium veritati oppositum in iis quae aut dixit aut scripsit exulare debeat. Praecipue cum scripserit eo loco, tempore quo erat recens rerum omnium memoria multique aderant oculati qui refutare potuissent, si quid falsi vel incerti vel dubii annotasset. Et potissimum cum ea vita statim per varias Societatis provincias missa sit, id sciente et approbante B. Francisco Borgia pro tunc Praeposito Generali, qui B. Stanislaum in Societatem receperat, aliisque Superioribus consentientibus. Quae apparent ex ea vita authentice copiata et jussu ordinariorum per notarios apostolicos habita Venetiis, Tornaci, Posnaniae, Calissii.

Ad haec est alia Vita ejusdem Beati Stanislai italice incerto auctore concinnata Romae in domo probationis ad S. Andreae, ubi obiit, inventa tum Neapoli in bibliotheca illius collegii per notarium publicum fideliter transcripta.

Praeter has extat adhuc Vita italice scripta a R. P. Johanne Antonio Valtrino Romano, quem in omnibus quae de Beato Stanislao scribit, mereri fidem indubiam tamquam virum magnae prudentiae, doctrinae, judicii et probitatis datis publicis testimoniis testantur duo Eminentissimi Cardinales Caesar Baronius et Robertus Bellarminus,

qui eum intime noverant. Quod etiam jurejurando confirmant undecim alii testes patris Valtrini familiares hac de re auctoritate ordinariorum examinati tum Laureti ubi is obiit, tum alibi, ut patet ex processibus Bononiensi, Florentino, Veneto, Recanatensi, Bisuntino. Hae omnes vitae et auctores in omnibus rebus praecipuis ac magis miris sanctimoniamque morum Beati Stanislai maxime indicantibus inter se consentiunt et quod magis est juratis et oculatis testimoniis eorum, qui cum Beato Stanislao et in saeculo et in religione familiariter vixerunt in eademque domo cum ipso habitarunt, confirmatis de certa scientia non tantum ex auditu et publica voce et fama, ut patebit.

6. Varia instrumenta publica per notarios apostolicos ad perpetuam rei memoriam confecta de variis rebus, gratiis ac miraculis vitam, cultum ac miracula ad B. Stanislai invocationem facta concernentia.

7. Variae privatae variorum scripturae vivorum adhuc et mortuorum relictae, quae omnia partim in Sacra Congregatione Rituum, partim in archivo Societatis Jesu Romae, partim in Sancti Andreae Montis Quirinalis novitiatus, partim in Polonae provinciae a me visa et lecta et plurima inter processus ultimo factos producta asservantur.

Caput secundum.

De auctoribus qui de B. Stanislao quidpiam typis evulgarunt.

Primum sibi vindicabit locum qui primus id officii honori B. juvenis exhibuit, ceteri sua serie sequentur per annos.

Gregorius Samboritanus, artium liberalium et philosophiae doctor et in universitate Cracoviensi professor, vir probatae fidei et famae, impressit Vitam Beati Stanislai carmine elegiaco, secundo post illius mortem anno 1570, Cracoviae apud Stanislaum Schaffemberg; eandemque archiepiscopo Leopoliensi Stanislao Stomowski dedicavit, quasi prophetico quodam spiritu praevidens illam urbem et cathedram in devotione et cultu divinissimi hujus juvenis fore primam. Cui titulus est: *Divi Stanislai Costuli Poloni Vita*.

Franciscus Sacchinus ex conscripta totius Societatis historia vir nominatissimus et omni litterarum genere instructissimus ac cui Societas tantum concredidit quantum ad Dei majorem gloriam, aedificationem universi orbis ac famam suam valere potuit, dum illi historiam religionis scribendam commisit. Viri hujus gravissimi simul et doctissimi vitam tomo quinto *Histor. Soc.* a Petro Possino

conscriptam legere est et ex ea fidem indubitatam ab eo scriptorum concludere. Hic visis omnibus supradictis vitis et processibus authenticis aliisque variorum fide dignorum scripturis, praesertim ex archivo Praepositi Generalis et totius Societatis desumptis et singulis rebus summa fide ac diligentia collatis et examinatis ac de eorum qui oculati sibi scribenti convixerant relatione impressit :

Vitam B. Stanislai anno 1610 latine Mediolani apud heredes Petri Martyris, italice Romae apud Bartholomaeum Zannetti, et primum 1607 Ingolstadii quam Vladislao Sigismundo Poloniae et Sueciae Principi ac patris sui Sigismundi III in regno post successori obtulit; ac postea auctam anno 1612 quam Cardinali de Monte Alto inscripsit apposito testimonio Claudii Aquavivae Generalis; item 1620 Romae reimpressit ac demum *Historiae Societatis* part. III, lib. 4, fol. 155 anno 1649 vulgatae inseruit typis Manelfij.

Christophorus Varsevitius, canonicus Cracoviensis, in libro cui titulus : *Reges, Sancti, Bellatores, Scriptores Poloni,* impresso Romae anno 1601 apud typographos camerales, inter sanctos numerat B. Stanislaum Kostkam Confessorem Soc. Jesu, 14 aug. 1568, p. 14.

Philippus Ferrarius in Martyrologio Romano, cui titulus : *Catalogus generalis Sanctorum, qui in martyrologio Romano non sunt impressi,* Venetiis 1625, p. 324.

B. Franciscus de Sales, episcopus Gebennensis, cujus sanctitas et pastoralis sollicitudo ac sublimis spiritus tot piis editis in lucem opusculis illustris in libro cui titulus *De amore Dei,* impresso Venetiis italice, anno 1642. Lib. 6, c. 15, p. 425.

Gaspar Chichotius in *Alloquiorum Osiecensium sive variorum familiarium sermonum* lib. II, c. 26, p. 245, impresso Cracoviae, anno 1615.

Silvester Marulus in Historia sacra intitulata *Mare oceano di tutte le religioni,* impresso Messanae, anno 1613, lib. V, p. 421.

Nicolaus Lancicius, S. J., *Opusc. spir.,* tom. 2, impresso Antverpiae, 1650, opusc. 21, p. 369.

Stanislaus Zubienski, Ep. Plocensis, in libro cui titulus : *Opera posthuma historica,* impresso Antverpiae, anno 1643 apud Joannem Meursium, Ep. doc. 1, p. 443.

Alphonsus Ciaconius, Ord. Praed., in *Vitis Pontificum Romanorum,* impressis Romae 1630, in vita Pii V, Clementis VIII et Pauli V, p. 1728, 1912, 1926.

Oliverius Bonartius, S. J. in *Commentario in Ecclesiasticum* impresso Antverp. 1634, cap. 24, p. 373.

Franciscus Scotti in *Itinerario Italiae,* impresso Romae, 1650, parte II, p. 341.

Petrus Ribadeneira, S. J., in *Vita P. Francisci Borgiae,* tradotta

dalla lingua spagnuola dal F. Giulio Zanchini Commendatore di Malta, impressa Romae, 1616, libr. 3, cap. VI, p. 177.

Octavius Pancirola, canonicus Basilicae S. Joannis in Laterano, in libro cui titulus : *Tesori nascosti di Roma,* impresso Romae 1625, p. 325. Compendium vitae Beati fecit.

Jacobus Gralterus, S. J., in *Tabula chronographica status Ecclesiae,* impressa Lugduni, 1616, p. 748, ad annum 1500.

Hadrianus Lyraeus, S. J., in *Trisagio Mariano,* impresso Antverpiae, 1648, lib. 2, p. 196.

Julius Nigronius, S. J., in *Tractatibus asceticis,* impressis Coloniae Agrippinae, 1624, tract. 5, cap. 3, § 18, p. 193.

Jacobus Salianus, S. J., *De amore Dei,* impressus Lutetiae Parisiorum, 1631, lib. 16, c. 14, n. 4, p. 762.

Christophorus Chodkiewicz, in libro cui titulus : *De Beato Stanislao,* impresso Cracoviae, anno 1606. Totus liber est de laudibus Beati tam soluta oratione quam carmine diversimode conscriptus.

Franciscus Poiré, S. J., in *Triplici corona B. V.,* gallice impressa Parisiis, 1633, tract. 3, cap. 6, p. 354, § 4.

Georgius Tyszkiewicz, S. J., *De perfectione christiana,* impressus Cracoviae, 1624, c. 37, p. 238.

Petrus Antonius Spinellus, S. J., in libro cui titulus : *Maria Deipara,* impresso Neapoli, 1613, c. 35, n. 31, p. 52.

Ludovicus Richeome, S. J., in *Pictura spirituali,* impressa gallice Parisiis, 1628, lib. 1, tab. 4, sect. 1, p. 375.

Antonius de Balinghem, S. J., in libro cui titulus *Ephemeris seu Kalendarium Sanctissimæ B. V.,* impresso Duaci, anno 1629, sub 14 Aug., p. 419.

Bernardus Bauhusius, S. J., in *Epigrammatis,* impressis Antverpiae, 1624, lib. 3, p. 53.

Hilarion de Coste, ord. Minimorum S. Francisci de Paula, in *Historia catholica,* gallice impressa Parisiis, anno 1625, lib. 2, p. 312 scripsit Vitam Beati.

Andreas Kanon, S. J., in *Lyricis,* impressis Cracoviae, anno 1643, lib. 1, p. 49. Et in lib. Epodon, fol. 236 et fol. 302.

Mathias Casimirus Sarbievius, in *Lyricis,* impressis Antverpiae, 1634, in officina Plantiniana Balthasaris Moreti, Epigram., lib. I, Epigr. 22, p. 179.

Jacobus Damianus, S. J., in *Synopsi primi saeculi Societatis,* impressa Tornaci, anno 1641, lib. 3, cap. 7, p. 163 et lib. 6, cap. 8, p. 310.

Guida Angelica perpetua. Liber impressus Romae, p. 37.

Benedictus Gononus, monachus Coelestinus, in *Chronico Stae Deiparae,* impresso Lugduni, 1537, p. 476, ad annum 1561.

Jacobus Bidermannus, S. J., in *Heroum epistolis,* impressis Antverpiae, 1634, ante Herodiados, lib. 3, p. 348.

Laurentius Chrysogonus, S. J., in *Mundo Mariano*, impresso Viennae Austriae, 1646, part. 1, disc. 18, n. 45, p. 226.

Abrahamus Bzovius, Ord. Praed., in *Historia ecclesiastica,* tom. I, impresso Coloniae Agrippinae, anno 1617, in elogio Pauli V. Item in libro cui titulus *Paulus V Burghesius,* impresso Romae, anno 1625, fol. 21.

Simon Starovolscius in *Epitome Conciliorum,* impressa Romae, anno 1653, p. 317.

Angelus Felix Pinetti, impressus Bononiae, anno 1644, scripsit vitam Beati italice per capita distinctam, apud heredes Benacii.

Joannes Baptista Rossi, S. J., in *Clypeo castitatis,* impresso Romae, anno 1653, p. 213 compendium vitae Beati.

Joannes Eusebius Nierembergius, S. J., in libro cui titulus : *Ideae de virtute,* impresso Madriti, anno 1643, p. 224, scripsit vitam Beati hispanice.

Albertus Piglowski. **S. J.**, in *Elogiis regum* etc., impressis Cracoviae, anno 1640, in officina Valeriani Pratkowski.

Cornelius a Lapide, S. J., in caput 14 *Apocalypsis.* Item in *Commentario in Pentateuchum,* ad cap. 21 Levitici.

Martinus Baronius, clericus Jaroslaviensis, in libro intitulato : *Vita, gesta et miracula B. Stanislai Poloni Casimiria ad Cracoviam oriundi,* impressa Cracoviae, anno 1609, in officina Basilii Skalski, scripsit compendium Vitae Beati Kostkae, p. 34 et p. 6.

Laurentius Benerlinek, in *Theatro magno vitae humanae,* impresso Lugduni, anno 1657, tit. E, verbo Eucharistia, p. 434.

Joannes Bourghesius, S. J., in libro, cui titulus *Societas Jesu Deiparae sacra,* impresso Duaci, anno 1620, p. 134.

Petrus Skarga, S. J., in *Vitis Sanctorum,* impressis Cracoviae, 1630, in officina Andreae Piotrkowczyk S. R. M. typographi, scripsit vitae compendium et miracula B. Stanislai ex processibus excerpta polonice.

Nicolaus Oborski, S. J., impressus Cracoviae, anno 1630, in officina Andreae Piotrkowczyk S. R. M. typographi. Scripsit vitae compendium et miracula B. Stanislai ex processibus excerpta polonice.

Elias a S. Theresia, Carmelita Discalceatus, in *Legatione ecclesiae triumphantis,* impr : Antverp., an. 1638, tom. I, lib. 2, c. 31, p. 586.

Joannes Julius [Alexander] Lorencowicz [S. J.], Leopoliensis consul, in *Centuria militum Soc. Jesu,* impressa Leopoli, 1640, apud Michaelem Stosza.

Christianus Tanatophrastus, in *Arte artium,* impressa Coloniae Agripp., 1630, par. IV, c. 13, § 4, p. 322.

Joannes Baptista Ferrarius, S. J., in suis 25 orationibus impressis Romae, 1627.

Franscicus Remundus, S. J., lib. 1, epigr. 61.

Gilbertus Joninus, S. J., in *Archelao* ep. 83, et in *Lyricis* lib. III, od. 22.

Joannes Baptista Masculus, S. J., lib. 10, od. 42.

Alexander Pragninus, in *Chronico historiae* impresso Cracoviae 1611.

Paulus de Barry, S. J., in lib. cui titulus *Solitudo Hagiophilae* in disput. pomerid. octav. diei.

Jacobus Fuligatti, S. J., in *Vita P. Petri Canisii* italice impressa Romae, 1649, cap. 19.

Mathaeus Raderus, S. J., in *Vita P. Petri Canisii* impressa Monachii, anno 1623, p. 126.

Franciscus Sacchinus, S. J., in libro de *Vita et rebus gestis P. Petri Canisii* impresso Ingolstadii 1610, p. 244 et 260.

Joannes Nadasi, S. J., in *Anno caelesti,* 14 Aug.; in *Pretiosis cogitationibus morientium in Societ.,* cap. 2 et cap. 30; in *Incitamentis et praxi cultus B. M. V.*; in *Annalibus Marianis,* impressis Romae, anno 1658, a p. 118, num. 171; in *Heroibus et victimis charitatis S. J.* impressis Romae, 1658, p. 499.

Sodales Parthenii, in academia Vilnensi impresserunt pios affectus erga Beatum cum hymnis et officio, Vilnae, anno 1633, typis academicis.

Sodales Collegii Calissiensis impresserunt *Encomia Beatorum Stanislai et Aloysii* lyrice, 4to, Calissii, anno 1606, dedicata Andreae Opalinski tunc Praeposito Ploecensi coadjutori episcopatus Posnaniensis.

Collegium Cracoviense, S. J., in libro cui titulus *Primum Societatis Saeculum* (opera P. Kanon) impresso Cracov., anno 1640, apud Valerianum Pratkowski.

Provincia Flandro-belgica, in *Imagine primi saeculi Societatis* impressa Antverpiae in officina Plantiniana Moreti, 1640, p. 38, 76, 168, 330, 593, 625, 724.

Maximilianus Sandaeus, S. J., in *Maria Mundo mystico,* fol. 433.

Philippus Berlaymont, S. J., in *Paradiso puerorum* impresso Duaci, anno 1618, fol. 191.

Joannes Kinchius, S. J., in *Tanatarchia* seu *Arte artium* impresso Coloniae, anno 1630, par. 4, c. 18, fol. 322.

Joannes Boterus in libro cui titulus: *Detti memorabili* impresso Torini, anno 1614, lib. 2, fol. 364.

Simon Okolski, Ord. Praed., in *Orbe Polono,* impresso Cracov., anno 1641, fol. 135.

Joannes Rho, S. J., in *Variis virtutum historiis* impressis Lugduni, anno 1644, p. 16, 323, 361, 729.

Petrus d'Oultreman, in libro cui titulus: *Tableaux des personnages signalés de la Comp. de Jésus,* impressus Duaci, anno 1623, innominato auctore uno ex PP. Societ. Jesu, p. 124, gallice habet compendium vitae Beati.

Liber cui titulus: *Ritrato di Roma moderna,* impressus Romae, 1652, p. 540.

Liber cui titulus: *Descrittione di Roma anticha e moderna,* impressus Romae, anno 1643, p. 357.

Marcus de Guadalaxara, ordin. Carmelit., *5 parte de la Historia Pontifical* hispanice impressa Madriti, anno 1630, p. 465.

Franciscus Marchese, Congregationis Oratorii, in *Diario sacro,* Luglio-Agosto, impresso Romae, anno 1658, p. 81.

Joannes Baptista Platina, in *Historia delle vite de Sommi Pontefici,* impressa Venetiis, anno 1622, p. 366.

Annuae litterae S. J., anno 1607, impressae Duaci, anno 1616; p. 124 anni 1650 et 1651 impressae Dilingae; anno 1658, p. 300, 358 et 198.

Joannes Vincartius, S. J., in *Epistolis Beatorum Aloysii ad Aquavivam quintum Generalem et Stanislai Kostkae ad Deiparam in coelos assumptam,* impressis Duaci, 1633, p. 15.

Diurnum quotidianae virtutis, impressum Pragae, anno 1659, p. 166.

Robertus Cardinalis Bellarminus, S. J., *de Gemitu columbae,* impresso Romae, 1617, in Epistola dedicatoria.

Nicolaus Cichovius, S. J., in *Tribunali SS. Patrum orientalium,* impresso Cracoviae, 1658, p. 274.

Joann. B. Bargiocchi, S. J., in *Epigrammatis sacris, moralibus et demonstrativis,* impressis Romae, anno 1644, p. 46 et 47. Idem in *libro de Vita et moribus P. Joannis Cardim,* impresso Romae, anno 1645, c. 17, p. 119. Item in *Bibliotheca Scriptorum S. J.* Antverpiae, anno 1643, p. 10.

Franciscus de la Croix, S. J., in *Hortulo Mariano,* p. 124, 129, 308.

Antonius de Paulo Massini, in *Guida spirituale che serve ogni giorno per visitare tutte le chiese di Bologna,* impresso Bononiae, anno 1640, p. 162.

Floravantes Martinellus, Romanus, in *Roma ex Ethnica sacra,* impressa Romae, 1653, p. 58 et in libello italico *Roma vicenata,* reimpresso Romae, p. 281.

Joannes Petrus de Crescentiis, Romanus, nobilis Placentinus, in *Praesidio Romano e vero della milizzia ecclesiastica e delle religioni si carateresche,* impresso Placentiae, anno 1648, lib. 2, p. 41, n. 12.

Pompilius Trotti, in *Ristretto delle grandezze di Roma,* impresso Romae, anno 1637, p. 166.

Theophilus Raynaudus, **S. J.**, in libro cui titulus : *Pietas specialis erga unum aliquem Sanctorum,* impresso Lugduni, 1653, p. 55, 308.

Stephanus Binettus, **S. J.**, in libro impresso Parisiis apud Sebastianum Chappelet, anno 1622, scripsit vitam Beati gallice. *[Vie de S. Stanislas Kostka.]*

Annus meditationum cordis, impressus Romae, 1659, parte prima, p. 61.

Cliens Marianus, diversorum elogiis descriptus, impressus Monachii, 1634, p. 95.

Sodalis Parthenius, impressus Ingolstadii, 1621, p. 118, 338.

Petrus de Alva et Astorga Minorita, in *Bibliotheca Virginali* tom. I, impresso Matriti, anno 1648, p. 53.

Justinus Miechoviensis, Ord. Praedic., in *Discursuum praedicabilium super Litanias Lauretanas BB. V. M.* tomo II, impresso Lutetiae Parisiorum, 1642, p. 25, n. 28.

Alphonsus Granotti, **S. J.**, in *Diario Religioso cioè modi prattici di fare con molta perfettione e merito l' operationi quotidiani della Religione,* impresso Bononiae, 1648, p. 166, 284.

Fabianus Birkovius, Ord. Praed., in *Sermone in exequiis P. Skargae S. J. theologi,* impresso Cracoviae, 1612, p. 10 et 12.

Antonius de Paulo Masini, in *Bologna perlustrata,* impressa Bononiae, 1650, p. 451.

Arnoldus Rayssius, in *Hierogazophylacio Belgico* seu *Thesauro sacrarum reliquiarum Belgii,* impresso Duaci, 1628, p. 493 et 945.

Stanislaus a Kobierzycko Kobierzycki, Castellanus Gedanensis, in *Historia Vladislai Poloniae et Sueciae Principis,* impressa Dantisci, 1655, lib. 10, p. 847.

Marcellinus Augustinus a Fano, **S. J.**, in *Theatro de Continentia,* impresso Romae, anno 1631, part. I, cap. 19, § 4, p. 485.

M. Leonardus Mayr, parochus Neotargensis, in *Mariae Calendario,* impresso Dilingae, anno 1656, part. 2, p. 98 et 265.

Felix Girardus, **S. J.**, in *Diario delle cose più illustri seguite nel Mondo,* impresso Neapoli, anno 1658, parte 2, p. 84, n. 34.

Henricus Engelgrave, **S. J.**, in libro : *Cœleste Pantheon sive Cœlum novum,* impresso Coloniae Agrippinae, anno 1657, parte 2, p. 98 et 265.

Dominicus Gravina, Or. Pr., in l. cui titulus : *Vox turturis seu De florenti usque ad nostra tempora SS. Benedicti, Dominici, Francisci et aliarum sacrarum religionum statu,* impresso Neapoli apud Secundin. Roncalioli, anno 1625, parte 2, cap. 10, p. 331.

Thomas Auriemma, **S. J.**, in libro : *Affetti scambievoli tra la Ver-*

gine Santissima e i suoi Divoti, impresso Neapoli per Salvat. Castaldi, 1657, p. 451, sub titulo Assumptionis.

Andreas Schottus, S. J., in libro : *Res a B. Francisco Borgia ex duce Gandiae tertio S. J. Generali gestae,* impresso Coloniae in officina Birchman., 1626, p. 148.

Liber cui titulus : *Applauso pietoso d' un nobile coro d'illustri poeti al B. Luigi Gonzaga e publicato da un sacerdote, devoto servo del Beato,* impress. Mediolani per Pandolphum Malatesta, anno 1622, in oct., p. 73, 76.

Carolus Stengelius abbas Anhusanus in libro cui titulus : *Gazophylacium sacrarum cogitationum in festis totius anni,* impr. in oct. Ingolstad. apud Greg. Haenlin, anno 1645, p. 283.

Antonius de Escobar et Mendoza, S. J., in *Commentariis panegyricis moralibus ad evangelia Sanctorum,* vol. 5, impresso Lugd., anno 1648, in fol., p. 413.

Joannes Eusebius Nierembergius, S. J., in *Homiliis catenatis sive collectaneis,* impressis Lugd., anno 1649, in fol., p. 170.

Petrus Ribadeneira, S. J., in libro *Flos Sanctorum,* impresso Venetiis, anno 1612, vitam Beati impressit in append.

Virgilius Ceparius, in *Vita B. Francisci Borgiae,* impressa Romae 1616, lib. III, c. 6, compendium vitae Beati inseruit quod ante fuerat impressum in libello cui titulus : *Compendio della vita del B. Stanislao Kostka della Compagnia di Gesù estratto dalla vita del R^mo^ P. Francesco Borgia, composta per il M. R. P. Pietro Ribadeneira,* impresso Brixiae, 1605 et reimpresso Ferrariae, 1606. Et in vita ejusdem B. Borgiae, anno 1624, p. 112. Et in vita Joannis Berchmans, impressa Romae, 1627, p. 19, 114, 137.

Fasciculus Congregationis B. M. V., impressus 1652, p. 371, ubi ponitur hymnus *Lux nata* a Patre Francisco Phaenicio S. J. compositus quem Patrem apparens cuidam se invocanti Beatus sacellanum suum appellavit, ut mihi idem pater rettulit, eo quod devotionem et honorem suum promoveret et quovis die in sacello Beati Stanislai Lublini ante aram ipsius sacrum dicere soleret.

Heic cessat catalogus confectus a P. Ubaldini; ex libris vero qui post tempus illius editi fuere praecipuos tantum subicimus :

Relacye albo krotkie opisanie cudów ; id est, *Relatio seu brevis descriptio miraculorum nonnullorum et gratiarum singularium B. Stanislai Kostka, S. J.,* quibus ipsius ope invocata Deus homines omnis status mirabiliter in hoc regno consolatus est. E processu in Archidioeces. Gnesnensi et Leopolitana et nonnullis dioecesibus hujus regni jussu S. Sedis Apostolicae in causa ejus canonisationis facto Cracov. Piotrkowczyk, 1630.

Processus Leopoliensis authenticus in causa canonisationis B. Stanislai Kostka Soc. Jesu. Fol. manuscr. servatum in Bibl. Imperial. Vienn.

Flores pietatis. Officium de B. Stanislao Kostka, S. J., Lublini, 1632, (Vilna 1682).

Propugnaculum tutelare. Elegiae de victoria Chocimensi intercessione B. Stanislai Kostka, S. J., obtenta. Cracov. fol., 1660.

Dan. Bartoli, *Della vita e miracoli del B. Stanislao Kostka.* Roma, 1670.

Vinc. Glaser, S. J., *Idea sapientiae delineata seu B. Stanislaus Kostka, S. J., vario carminum genere celebratus.* Graecii Witmandstad., 1670.

Petr. Jos. d'Orléans, S. J., *Vie du B. Stanislas Kostka, novice de la Compagnie de Jésus.* Paris, 1672 (Tours, 1684; Lyon, 1693; Paris, 1712; Liège, 1727; Paris, 1732 et 1792; Lyon, 1839).

Adalb. Tylkowski, S. J., *De vita et miraculis B. Stanislai Kostkae.* Auct. Dan. Bartolo, polonice edita Vilnae, 1674 (Ed. 1727).

P. Skarga, S. J., in *Vitis Sanctorum* (pol.) Ed., a. 1610.

Gabriel de Aranda, S. J., *Vita y milagros del B. Estanislas Kostka de la Comp. de Jesus.* Sevilla, Thomas de Dios Miranda, 1678 (1680). Compendium vitae Hispali, 1681.

Gabr. Hevenesi, S. J., *Academicus Viennensis sive B. Stanislaus Kostka, S. J., olim in facultate philosophica Viennensi studiosus.* Viennae, Typis Joan. Jac. Mann, 1690.

Id., *Vita B. Stanislai Kostkae,* cum 48 iconibus. Viennae, 1693.

(Cfr. **Gabr. Hevenesi, S J.**, *Diarium adolescentis studiosi.* Graecii, 1684; Monachii, 1756.

Item, **Hevenesi, S. J.**, *Calendarium Marianum de victoriis contra gentiles, Turcas, haereticos, etc. ope D. Virginis obtentis.* Graecii, 1685; Tyrnav., 1714, 1730; Cassov. 1712.)

Jos. Cassani, S. J., *Vida, virtudes y milagros de S. Stanislao Kostka de la Comp. de Jesus.* Madrid, 1715.

A. Wolff et **Jos. Hilbert**, *Philosophia sacra sive Vita Divi Stanislai Kostka, S. J.* Dilingae, 1715.

Paul Zettl (Zetel), S. J., *Philosophia sacra sive vita D. Stanislai Kostka, S. J., positionibus moralibus et philosophicis illustrata.* Diling., 1715.

Id., *S. Stanislai Kostka, S. J., vita iconismis, symbolis, doctrinis moralibus illustrata,* etc. Accedit brevis epitome vitae, miraculorum, beatificationis ac canonisationis ex constitut. S. P. Benedicti XIII authentice desumpta. Dilingae, Schwertlen, 1727.

Gaspar Callenberg, S. J., *Divus Stanislaus Kostka, S. J., variis iconismis depictus.* Paderborn., 1716.

Spiegel der Tugend d. i. kurzer Lebens-Begriff des Heil. Stanisl. Kostka der Gesellsch. Jesu. Zusammengetragen von einem Priester derselben Gesellschaft. Sammt dem vollständigen Bericht von der Heiligsprechung der zweyen heiligen Aloysii Gonzaga und Stanislai Kostka. Wolff Augsburg, 1717 (?).

Stanislaus Kostka. Floralia sacra seu conceptus symbolici e floribus collecti. Acc. fructus Aloysiani, sive vita S. Aloysii Gonzag., S. J., Styrae 1726 (?).

Vollstaendiger Bericht von der Heiligsprechung der zweyen Heiligen Aloysii Gonzaga und Stanislai Kostka auss der Gesellschaft Jesu, so geschehen in St. Peters Hauptkirchen zu Rom den 31 Christmonats 1726. Aus der Roemischen Beschreibung in das Teutsche uebersetzet. Wolff, Augsburg, 1727 (?).

Fr. Jos. Isla, S. J., *La Juventud trionfante, representada en las Fiestas con que celebrò el Collegio Real de la Compañia de Jesus de Salamanca la Canonizacion de S. Luis de Gonzaga y San Stanislas Kostka, y con que applaudiò la Proteccion de las Escuelas Jesuiticas assignada a S. Luis Gonzaga per Nuestro SS. Padre Benedicto XIII.* Salamanca, 1727. (Valladol., 1746; Valence, 1750.)

J. Ant. Oviedo, S. J., *Espejo de la Juventud en las Vidas de S. Estanislao Kosca y S. Luis Gonzaga.* En Megico, Hopal, 1727.

Vita di S. Stanislao Kostka della Compagnia di Gesù, descritta da un religioso della medesima Compagnia coll' aggiunta degl' atti della sua canonizzazione cavati dalla Segreteria della S. Congregazione de' Riti. Roma, 1727. (Napoli, 1727.)

Speculum innocentiae in S. Stanislao Kostka et Aloysio Gonzaga, S. J. Vilnae, typ. Acad. Soc. Jesu, 1728.

Hieron. M. Rendina, O. Pr., *La gloria dell' Assunzione di Maria rinovata nel vivere di St. Stanislao Costka della Comp. di Gesù, orazione panegirica recitata, in Roma nella chiesa di S. Andrea a Montecavallo nel celebrarsi ivi la Festa per la canonizzazione di detto Santo il dì 16 Agosto 1727.* Urbino, 1728.

Fr. Cano Machuca, *Vida de San Stanislao Kostka, Novicio de la Compañia de Jesus.* Madrid, 1728.

Processus Romanus Canonizationis B. Stanislai Kostkae. Romae, 1730.

Jos. Ant. Patrignani, S. J., *Menologio di pie memorie di alcuni religiosi della Compagnia di Gesù.* Venezia, Pezjanu 1730 (tom. IV, p. 84, 92). (Id., 1828).

Ant. Soccherus, S. J., *Historia provinciae Austriae S. J.* Viennae, 1740, Pars I, lib. IV, p. 143-154.

Longaro degl' Oddi, S. J., *Vita di S. Stanislao Kostka della Comp. di Gesù, con in fine la bolla della sua canonizzaz.* Roma, Casaletti, 1766.

Pascal de Mattei, S. J., *Il Giovanetto Serafico S. Stanislao Kostka, proposto in Esemplare di ben vivere.* Roma, 1770 (1771, Roma e Torino, 1789; Roma, 1838; Napoli, 1840).

Eodem anno 1770, **idem** polonice : *Seraficki Mlodzieniaszek Sw. Stanislaw Kostka.* Kalisz.

Idem, gallice. *Le Séraphique S. Stanislas Kostka d. l. C. de J., modèle de sainteté.* Paris, 1857.

Michael de Bono, *Divo Stanislao Kostka, S. J.*, poema epicum. Roma, 1776.

Stanisl. Rostowski, S. J., *Lithuanicarum Societ. Jesu historiarum* libri decem. Vilna, 1768. In nova ed. P. Martinow, Parisiis, 1877, p. 15 seqq.

Giry, *La vie de St. Stanislas Kostka, d. l. C. d. J.* Besançon.

Salv. Pascal, Congr. Miss., *Précis historique de la vie de S. Stanislas Kostka, d. l. C. d. J.*, suivi de considérations et de plusieurs exercices de dévotion. Idem germanice, post x ed. ital.

Kurze Lebensbeschreibung des heil. Stanislaus Kostka, Novizen der Gesellsch. Jesu, herausg. von **Graf v. Welfersheimb**. Wien, 1841.

Juvencius, *Epitome historiae Soc. Jesu.* Gandavi, 1853, tom. II, p. 190 sqq.

De vita et miraculis S. Stanislai Kostkae Soc. Jesu, libri duo ex italico Dan. Bartoli, S. J., in latin. conversi a Jos. Juvencio ejusd. S. sacerd. Ed. I per **P. Jos. Boero, S. J.**, Romae, Civ. cath. 1856.

Il giovanetto S. Stanislas Kostka proposto in exemplare di ben vivere da un Religioso della Comp. di Gesù. Parma, 1803 (tale est datum approb.) (Videtur esse Pascal di Mattei.)

La vie du B. Stanislas Kostka de la Comp. de Jésus. Avignon, 1821.

A. Butler, *Vie des Pères, des martyrs,* etc. Traduit de l'anglais par l'abbé Godescard. Tom. XVI, p. 96-105.

Idem, german. *Leben der Väter und Märtyrer,* etc. Auct. Raess et Weiss. Mainz, 1825; vol. XVI (p. 443 sqq.)

Fr. Maria Galeazzi, S. J., *Vita di S. Stanislao Kostka.* Roma, 1826.

Ph. Stanisl. del Pace, S. J., *La Stanislaide.* Roma, 1833.

Jos. Guasparri, *Della Stanislaide.* Roma, 1832.

Anton. Kurowski, S. J., *Vita S. Stanislai Kostka* (polon.). Cracov., 1840.

Grég. Collombet, *Vie du B. Stanislas Kostka* (par le P. Joseph d'Orléans, S. J.), nouvelle éd. revue. Paris, Lyon, 1837 (St. Louis, 1839), 1844, 1846, 1854.

Berth. Calpin, S. J., *Vie de Saint Louis de Gonzague et de St. Stanislas Kostka, d. l. C. d. J.,* par le P. Cepari. Tours, Mame, 1845, 1851, 1853, 1855, 1858, 1859, 1861, 1862, 1864, 1867, 1888.

A. de Blanche, S. J., *Vie de S. Stanislas Kostka.* Lettres d'un frère à ses sœurs. Paris, 1845 ; Liège, 1848. .

Math. Vogel, S. J., *Heiligen-Legende,* bearbeitet von Fr. Weninger, S. J. Gratz, III ed. 1845, p. 489-498.

La vie de S. Stanislas Kostka. Limoges, 1851, 1855 , 1858, 1860, 1868, 1887.

La vie de St. Stanislas Kostka, novice de la Comp. de Jésus. Lyon, 1852.

Saint Stanislas, par l'auteur de Ste Radegonde, reine de France. Lille, 1853, (1860).

Bartoli, traductus germ. Paderb, 1859.

Firm. Pouget, S. J., *Vie de St. Stanislas Kostka,* versa juxta P. Bartoli. Toulouse, 1855.

H. Lebon, *Vie de St. Stanislas Kostka.* Tours, Mame, 1861, 1865.

Paul Jouhanneaud, *Vie de St. Stanislas Kostka.* Limoges, 1861, 1863, 1866.

Herc. Bertoni, *Orazione panegirica in onore di S. Stanislao Kostka.* Palermo, 1863.

A. Van Maaseland, *Leven van d. hl. Stanislas Kostka,* naar het fransch. 'S Hertogenbosch, 1863.

Idem, germanice per **P. de Voss, S. J.** (Münster, 1863.)

Gaveau, *Vie de St. Stanislas Kostka.* Paris, 1865, 1867, et amplius.

Ch. Cahier, S. J., *Caractéristiques des Saints dans l'art populaire.* Paris, 1867, p. 41, 57, 86, 211, 277, 412, 518, 679, 698, 631, 650, 654, 662, 670.

Jos. Melandri, S. J., *S. Stanislao Kostka novizio della C. d. G.* Torino, Roma, 1869.

Carol. Borgogno, *Il centenario di S. Stanislao Kostka d. C. d. G.* Roma, 1868.

Santo Stanislao Kostka della Comp. di Gesù. Modena, 1868.

Stan. Luigi Passinati, *Un tipo di vero progresso.* Orazione per la terza centenaria solennità della morte di S. Stanislao Kostka. Napoli, 1868.

Jos. Boero, S. J., *Storia della vita di S. Stanislao Kostka d. C. d. G.* Compilata nelle testimonianze giuridiche dei processi. Torino, 1872.

(Idem. angl. et germ.)

Jos. Stadler et N. Ginal, *Heiligen-Lexicon,* tom. V, p. 336-360. Augsbourg. 1875.

M. Hausherr, S. J., *Die drei heiligen Jugendpatrone.* Mainz, Kirchheim, 1877, p. 301-324.

F. Hatler, p. 361-371 in *Katholischer Kindergarten.* Herder, Freiburg, 1878.

Der heilige Stanislas Kostka als Vorbild der christl. Jugend. Donauwoeth, Auer, 1880.

Hil. Koszutski, *S. Stanislaus Kostka patronus regni polonici et actus ejus* (polon.). Varsav., 1880.

Joannes Badeni, *S. Stanislaus Kostka* (polon.). Cracoviae, 1887.

Jos. Kurz, *Lebensgeschichte des heil. Stanisl. Kostka*, von Zenner. 5 Ed. Viennae, 1887.

Augustinus Arndt, S. J., *Der heilige Stanislaus Kostka, Patron der Jugend.* Ratisb. Pustet, 1888.

Caput tertium.

De testibus in diversis processibus ordinaria et apostolica auctoritate super vita, virtutibus, miraculis ceterisque ad cultum Beati Stanislai spectantibus, diversis temporibus examinatis, quorum fidei innititur veritas hujus historiae.

Praecipuos enumerabo primum, ut qui Beato Stanislao convixerunt, quibus tamquam oculatis prior sicut fides, ita et locus debetur.

Perillustr. et M. D. Paulus Kostka de Rostkowe, vexillifer terrae Cicehanoviensis, germanus frater Beati Stanislai. Anno Domini 1603, 22 aprilis Prusnisii cum notarii apostolici fide.

Perillustris et A. R. D. Joannes Bylinski, philosophiae et medicinae Doctor Plocensis, Pultaviensis canonicus, D. Stanislai inspector. 1603, 5 jan. coram officiali Pultav.

R. P. Theodorus Busaeus, S. J. (qui postea ad annum 1615 fuit Assistens Germaniae) professor Beati Stanislai in Humanitate Viennae. 1602, 2 oct. Novodomi coram Vicario archiep. Prag.

R. P. Albertus Theobultius, S. J. Beati Stanislai professor Viennae. 1603, 10 jan. coram officiali Posnaniensi.

Ill. et Excell. D. Henricus de Pisniez, regni Bohemiae Procancellarius, B. Stanislai condiscipulus Viennae. 1603, 20 jul. coram Archiep. Prag.

Perillustr. et Adm. R. D. Nicolaus Lassocki, canonicus Cracoviensis, Praepositus Brzezanensis, B. Stanislao in convictu cohabitavit et Romae in novitiatu S. Andreae collocutus et funeri ibidem interfuit ex collegio S. Apollinaris Germanico. 1606, 19 jul. coram officiali Loviciensi Gnesnensis dioecesis.

Adm. R. D. Laurentius Pacificus Theutonicus, subdiaconus titulatus ecclesiae S. Moysis Venetiis, B. Stanislao et fratri ejusdem Paulo, Viennae a servitiis. 1601, 27 maj. coram Nuntio Apostolico et 1602, 7 maj. coram Patriarcha Venetiarum.

Gabriel Byciola, S. J. 1602, 7 mart. coram Patriarcha Venet.

Franciscus Antonius, S. J., qui consilium B. Stanislao dedit Viennae ut se Romam conferret. 1602, 2 mart. coram judice causarum et eleemosynario majore Imperat. Matriti.

Antonius Meier, utriusque signaturae SS. D. N. Referendarius, in Collegio Viennensi B. Stanislai condiscipulus. 1602, 2 aug. coram Nuntio Apostolico Matriti.

Laurentius de Tertiis, Rector Collegii Bononiensis, S. J., Beati Stanislai connovitius Romae, coram Archiepiscopo Bononiensi, 1602, 16 april.

Joannes B. Peneschus, S. J., B. Stanislai connovitius Romae. 1602, 16 april, coram Archiep. Bononiensi.

Antonius Madrio, S. J., Beati Stanislai connovitius Romae. 1606, 25 oct. Panormi coram Archiep. Panorm.

Joann. Jacob. Hassus, S. J., ad tempus supplevit pro magistro novitiorum in sancto Andrea, Beato Stanislao tunc novitio Romae et pedes demortui osculatus. 1603, 17 sept. coram Archiep. Florentino Card. Medices, qui postea fuit Leo XI.

Marius Francus, S. J., B. Stanislai connovitius. 1600, coram notario publico Tusculi, 27 maii.

Leonardus Magnanus, B. Stanislai connovitius. 1602, 12 april. coram Vicar. Gener. Ep. Vercell.

Laurentius Magius, a quo, dum Provincialis esset Austriae, Beatus Stanislaus admitti ad Societatem petiit Viennae, ipsius de rara modestia cognitus optime. 1603, 4 jan. coram offic. Bisuntino.

Stephanus Augustus, Beati Stanislai connovitius. 1599, 29 nov.; 1602, 31 jan. coram Vic. Gen. Lauretano Recanensi.

Joannes Pontenius et Matthaeus Morellus, B. Stanislai connovitii. 1602, 2 sept. et 1603, 30 jun. coram Archiep. Burdig.

Mathias Mairhofer et Joannes Peletius, S. J. Doctores, Beati Stanislai connovitii. 1606, 10 maj. coram Ep. Dariens., Archiep. Colon. administratore.

Nicolaus Oborski, S. J. 1606, 31 martii, coram offic. Caliss., Gnesn. dioec.

In processu Vilnensi coram Ep. Viln. 1602, 30 jan. et 26 febr, confessarius cujusdam ex patribus Societatis moribundi attestatur de apparitione B. Stanislai eidem moribundo facta qua ei praedicebat Beatus, quod secum post paucos dies futurus esset; prout ex ore morientis acceperat.

In processu Lublinensi Crac. dioec. coram tribun. regni seu R^{mis} Praelatis diversarum cathedralium 1630, 20 jul., octo diversae condicionis et sexus personae testantur de visu de resuscitatione septennis in puteo demersi, ad invocationem B. Stanislai.

Ibidem in anno 1632, 11 aug., coram officiali Lublinensi, diversi sacerdotes saeculares et religiosi ac alius condicionis status ac sexus novendecim testantur de sudore et fletu imaginis B. Stanislai a se viso die 31 jul. et 1 aug. ejusdem anni.

Ibidem anno 1630, 20 nov., coram substituto ab officiali Lublinensi testes nonaginta novem, status et condicionis tam ecclesiasticae quam saecularis, deposuerunt de diversis gratiis et miraculis ad intercessionem et invocationem B. Stanislai a Deo benedicto perpetratis.

In Praski prope Lublinum, anno 1630, 13 nov., coram alio substituto ejusdem officialis Lublinensis diversas gratias et miracula recognoverunt novem probatae fidei personae.

Sandomiriae Cracov. dioecesis, anno 1621, 1 jul. coram officiali Sandom. viginti unus supra gratiis et miraculis examinati fuerunt.

Coram episcopo Posnaniensi patruo suo, Joannes Goslicki testatur anno 1603, se a quartana liberatum febri, 18 Ave Maria in honorem annorum aetatis B. Stanislai recitatis et vino quo reliquiae ejusdem Beati ablutae fuerant gustato.

Coram Eminentissimo Cardinali episcopo Cracoviensi, Principe Poloniae et Sueciae, anno 1634, 23 jun., de sudore imaginis B. Stanislai in domo professa S. J., aliquot diebus continuis, de visu testantur novem Patres Societ. ejusdem.

Longum vero esset nomina singulorum retinere qui in processibus auctoritate apostolica examinati super vita et miraculis quidpiam testati sunt. Nam coram Leopoliensi Archiep. in anno 1629, a 23 mart. 109; coram Gnesnensis archiepiscopi subdelegato, Caliss. archidiacono, in anno 1629, a 5 jul. 45; coram Posnan., 1628, a 13 nov. 121; coram Craco., 1630, a 30 octob. 20; coram Premisl. episcopo, 1629, a 6 junio 92; coram episcopo Tullensi... (1); super casum exceptum in Leopol., 28, 1650; in Romano 10, a mense martio 1658, atque in universum 440 comparuere testimonia. Ex his in Premisl. praelati 2, canon. 1, ecclesiastici saeculares 5, religiosi diversorum ordinum 18, abbatissa 1, moniales s. Benedicti 7, ducissa 1, viri nobiles 5, matronae nobiles 11, cives 23, civissae 16. In Cracov. praelati 2, religiosi 8, viri 5, feminae 5. In Caliss. ecclesiastici saeculares 3, religiosi 16, viri 13, matronae 12. In Posnan. episcopus 1, praelati 8, canonici 4, religiosi 25, saeculares ecclesiastici 8, honesti et nobiles viri 44, feminae saeculares 29, moniales 2. In Leopoliensi praelatus 1, canonicus 1, sacerdotes saeculares 7, religiosi 11, nobiles, medici ceterique honesti viri 20, matronae 67.

In Tullens... (1).

(1) Hic auctor spatiolum reliquit ad supplendam notitiam, quam postea tamen non addidit.

In Leopoliens. particul. episcopi 2, canonici 2, sacerdotes saeculares 2, religiosi 5, viri 7, mulieres 10. In Romano super eandem materiam decanus S. Joannis Lateranensis 1, sacerdotes 3, religiosi 4, saeculares 2. Hi priorum processuum fuere testes; recentes vero Romae super virtutibus et miraculis religiosi diversorum ordinum 6, sacerdos saecularis canonicus 1.

(Continuabitur.)

VITA S. FELICIANI

MARTYRIS

EPISCOPI FULGINATIS IN UMBRIA

Pauca hucusque in lucem prodiere documenta utcumque primigenia de sancto Feliciano, ecclesiae Fulginensis episcopo et martyre. Etenim praeter eius Acta, ab antecessoribus nostris cum ex codd. mss. Metensi et Trevirensi, tum ex lectionibus antiquorum breviariorum ecclesiarum Hamburgensis et Mindensis prelo commissa (1), nuper tantum, Doctoris Ed. Bodemann cura, publici iuris factus est, secundum codicem saeculi XIV, in Hanoverensi bibliotheca asservatum, novus vitae eiusdem sancti textus (2). Ambitiose fortassis cuipiam haec Vita tamquam nova praedicata videatur. Nam vix stilo retractati praesto sunt loci duo, ab editore ipso indicati (3); reliqua omnia, paucis admodum variantibus lectionibus ibidem recensis, bellissime consentiunt cum Actis breviariorum supra relatorum (4).

Acta vero ex codd. Metensi et Trevirensi derivata eadem prorsus sunt atque ea quae occurrunt in tomo I cuiusdam membraneae collectionis manu scriptae viginti voluminum, hodiedum Romae in bibliotheca Vallicellana conservatae. Initio expressus est titulus : *Vitae Sanctorum et alia opuscula;* codex autem, formae maximae ($0^m,572 \times 0^m,36$), saeculo XI binis columnis exaratus, sancti Feliciani Vitam a fol. 126r col. 1 ad fol. 127r col. 2 exhibet. Quem iterum textum in eadem Vallicellana bibliotheca a folio 492 praebet codex chartaceus, in-4°, saeculi XVI, nunc signatus H. 9, cui praemonitum est : *Vitae Sanctorum et alia monumenta collecta ab Antonio Gallonio Cong. Oratorii Rom. presbytero; volumen signatum lit. L ab eodem auctore in suo indice peculiari, nunc autem H. 9, in nostro indice universali.* Sed *multa*, addit librarius, *correximus ex Passione eius, quam*

(1) *Acta SS.*, ad d. 24 Ianuarii, tom. II, p. 582 et p. 583-4. -- (2) Th. Brieger. *Zeitschr. für Kirchengeschichte*, tom. XII (1890), p. 77-81. — (3) Ibid., p. 79, nota 9 et p. 81, nota 6. — (4) Subiunxit Dr Bodemann tres hymnos, ex eodem codice excerptos. Sed illius pace dixerim priorem hymnum de sancto Feliciano, qui sic incipit *Ad concentus animemur*, extare integrum apud J. Kehrein, *Lateinische Sequenzen des Mittelalters*, p. 383, n. 560; tertium autem de Beata Virgine Maria, pluries iam typis excusum esse, v. g. apud Mone, *Lateinische Hymnen des Mittelalters*, tom. II, p. 324, n. 536, nedum sit ineditus. Cfr. U. Chevalier, *Repertorium hymnologicum*, n. 117 et n. 1978 (in *Analect. Bolland.*, append. ad tom. VIII).

e civitate propria cuius fuerat episcopus accepimus. Nihilominus apographum sic emendatum parum a communi exemplari discrepat. Tandem in altero huius bibliothecae codice chartaceo, in-4°, signato H. 22, eiusdem Vitae compendium tradidit Gallonius ille, sic folio 188 praefatus : *Habentur eius res gestae in vetustissimo nostrae bibliothecae manu exarato codice, quibus similia sunt quae de illo in Fulginatensis ecclesiae monumentis scripta leguntur.* Et ad calcem multimodas eruditionis, ut aiunt, notas subicit.

His nimirum fontibus Ludovicus Iacobilli, presbyter Fulginas, in conficienda sua Vita usus est, sed principem locum dedit cuidam *libro antichissimo manuscritto in carta bergamena, coperto di tavole, ove si narrano le Vite de diversi Santi, il quale conservasi nell'Archivio Episcopale di Todi* (1). Num ille codex adhuc existat ignoramus; consuli saltem a nobis non potuit. Sed hunc italicum Iacobilli textum usque ad pag. 54 versanti visum est mihi summa vitae lineamenta, apostolica sancti Feliciani itinera, persecutiones, immo nonnullas oratiunculas, eadem serie et ratione decurrere atque in manu scripta narratione quam retinet membraneus bibliothecae Ambrosianae codex, signatus F. S. I. 3.

Est autem formae minoris ($0^m, 101 \times 0^m, 073$), 199 foliorum, a pluribus amanuensibus minimoque identidem caractere saeculo XIV exaratus. Ambrosianos pluteos ex dono honoratissimi viri Speluzzi subiit anno 1871. Exteriori tegumenti lateri adhaeret adhuc cera impressum sigillum, sat amplum, quo B. V. M., puerulum Iesum portans, gothica aedicula repraesentatur circumque haec legere potuimus : *Scola Greg......s capituli scē Mari...* Folio 1ᵛ, saeculo XV, inscriptum est : *Hunc librum concessit mihi fratri Gabrieli Aquilano frater Jō de Caprⁿᵒ tunc temporis nostrae provinciae V.*; forte sic interpretandum : *Johannes de Capistrano tunc temporis nostrae provinciae* *v i c a r i u s.* Compertum est enim sanctum Iohannem de Capistrano non solum multa docte scripsisse, sed et codicum bonae notae fuisse studiosum (2); fuisse quoque provinciae Umbriae renuntiatum anno 1431 vicarium (3); sitne vero eodem munere functus in sancti Bernardini Senensis provincia, ad quam pertinebat Aquila, me latet.

Porro extremum huius codicis locum, a folio 186ᵛ ad folium 199ʳ, occupat *Passio sancti Felitiani episcopi* Fulginatis. A memoratis codd. Metensis et Trevirensis Actis toto scribendi genere differt; est etiam plenior maioreque ordine digesta; quaedam in altero exemplari omissa exhibet et vicissim. Utrum autem documentum vetustate praecellat, neque rerum delectu et sinceritate, neque rudiore stilo,

(1) *Vita di San Feliciano Martire Vescovo et Protettore della Città di Fuligno....* p. 10. In Fuligno, 1626. 4°, p. 192. Discernenda est haec Vita ab altera eiusdem auctoris, inter *Vite dei Santi e Beati di Foligno,* Foligno, 1628, reposita, quam latine versam excuderunt *Acta SS.*, loco cit., p. 584-8. — (2) Cfr. Wadding, *Annales Minorum*, tom. XII, ed. 2ᵈᵃ (1735), an 1456, p. 397, ad haec verba : *Demum libros sibi accommodatos reddi jussit* etc.; et praecipue V. De Bartholomaeis, *Ricerche Abruzzesi, I. I codici capestranesi,* nn. 41, 43-5, 47-50, 52-3, 56-9 in *Bullettino dell'Istituto storico Italiano,* n° 8, p. 77-117. — (3) Cfr. *Miscellanea Francescana,* tom. IV, *L'Umbria serafica del P. Agostino di Stroncone M. O.*, p. 152, col. 2.

ne aetate quidem codicum decidi possit. Ambo enim ea sunt, *quae castigatione aliqua indigeant* (1); et quamvis Bollandianum textum iam proferat codex saeculi XI, uti supra monuimus, observare mihi liceat et Ambrosianam narrationem talibus imperiti librarii foedari ineptiis, infra colligendis, ut tamquam merum apographum sit habenda, et praelaudatum Iacobilli simili textui prae ceteris inhaesisse; ac proin dubia de praestantiore Vitarum antiquitate quaestio in medio relinquitur.

Vix addendum videtur inter notas, evulgando textui appositas, neglectas esse eas quibus iam illustrata sunt *Acta SS.*, loco cit.; grati autem animi causa silentio praeterire non possum benevolentiam qua me prosecuti sunt R. D. A. Ratti, Doctor Bibliothecae Ambrosianae, in excutiendis plagulis et R. P. A. Vermeersch S. I., cuius sedula ope quae Bibliotheca Vallicellana de sancto Feliciano recondit mihi innotuerunt.

* Incipit passio sancti Feliciani episcopi. * f. 186v

1. Igitur Felicianus Foris [1]Flaminae, civitatis Umbriae provinciae, oriundus fuit, scilicet tempore Gordiani Caesaris (2) atque Gaudiani comitis eiusdem praefatae provinciae. A parentibus namque nobilibus, christianis atque fidelibus, nobiliter in bonis operibus eruditus atque christianus effectus, constanter in Dei laudibus permanebat, pudicitiam servans, dilectionem Dei et proximi a primaevo ita custodiens ut in provincia eius nullus ei inveniretur secundus. Divinis tum libris parumper instructus, Romam propter studium litterarum perrexit; in qua divinis humanisque elementis affluenter instructus, a christianis atque gentilibus nimio venerabatur affectu. In oratione itaque studium ponens noctuque dieque [2]* ab ecclesiis parum discedebat. Haec et his * f. 187r
similia peragens vir Dei Felicianus, ad sanctum Eleutherium, summae sedis pontificem, eius fama pervenit; qui mox ad se venire praecepit. Quem itaque sanctus Eleutherius ut vidit, propter sanctitatem et mores eius magno repletus est

NUM. 1. — [1] *cod.* Floris. — [2] *cod.* die.

(1) Sic Baronius de Actis quae ab ecclesia Fulginensi accepit. Cfr. *Martyrologium Romanum*, annot. ad d. 24 Ianuarii. — (2) Manifestus est error. Obiit enim sanctus Felicianus sub Decio Caesare (249-251). Iam vero imperium occuparunt Gordianus I et Gordianus II anno 238, Gordianus autem III, an. 238-244.

gaudio et praecepit ut dictus vir Dei Felicianus [dum] [3] Romae adesset nullatenus ab eius latere discederet, sed semper inter familiarissimos suos cotidianus esset. Unde factum est ut tanto [4] honore tantaque diligentia summae sedis pontifex virum Dei Felicianum veneraretur quod, divinis ei ordinibus impositis, honorifice presbyterum consecravit. Deinde vero archidiacono [5] Victori praecipiens mandavit ut Felicianum presbyterum tamquam sese diligeret et amaret.

2. Iis igitur patratis, non multo post tempore, sicut iam * f. 187v praelocuti sumus, divinis et ex humanis litteris * satis structus atque presbyter effectus, ad patriam regressus est ibique circumcirca gentiles verbum Dei docuisse studuit. Unde per ammonitionem eius ultronei sacro baptismate renati, conversi sunt ad Dominum, non palam, sed quasi in occulto. Erat enim tunc pars christianorum adhuc perexigua, militia vero gentilium quasi totius orbis erat tunc domina. Haec et huiuscemodi vir Dei Felicianus satagens et gentilium corda cotidie per baptismum Christi amore convertens quasi divinus in omnibus athleta habebatur. Interea Fuglinearum antistes a Deo I. C°. de hoc saeculo vocatus morti felici obiit, et cum sanctis omnibus in pace requievit. Haec itaque urbs in Umbria, quae pars est Tusciae, erga montes sita est. Huius vero civitatis populus clericorum, sed et laicorum virorum ac mulierum, beatum Felicianum inhianter sibi exoptant habere dominum et rectorem [1]. Haud * f. 188r mora fuit; omnes unanimiter * acclamabant et eum pro Domino Iesu Christo deprecabantur, ut vir Dei praefatae ecclesiae subveniret et idem paterno ac benigno affectu praeesset. Qui mox a populo episcopus subrogatus est, et quasi renitens [2] et huiusmodi officio indignum se esse asserens, etiam vi Romam ad consecrandum ductus est. Sed, iam memorato Eleutherio summae sedis antistite defuncto et ad Christum transeunte de hoc saeculo, venerabilis Victor archidiaconus eiusdem pontificalis honori feliciter, Deo

— [3] *om. cod.* — [4] re *add. cod.* — [5] subarchidiacono *cod.*

Num. 2. — [1] *cod. post corr.* reptorem ; *ante* redeptorem. — [2] *cod.* retinens.

opitulante, successit. Qui mox ut vidit virum Dei Felicianum presbyterum et rei causam pro qua venerat cognovisset, omni gaudio repletus est. Tunc ilico aequanimiter populo proclamante omnique amoris affectione victus summus pontifex beatum Felicianum consecravit episcopum. Atque per gratiarum actionem privilegium * ei concessit, ut extrinsecus lineo sudario circumdaretur collo eius; et sicut [3] in sancto ministerio generaliter ipse primae sedis pontifex toto orbe perageret, ita specialiter Felicianus episcopus officium consecrandi episcopos per provincias adimpleret (1). Enimvero Felicianus praesul hoc honore sublimatus apostolica doctrina admodum eruditus est. * f. 188v

3. Itaque ad patriam cum suo populo regrediens, pervenit in Iteramnem urbem, in qua erat vir Dei Valentinus, diaconus (2), qui multis virtutibus apud Deum et homines fulgens, satis laudabilis habebatur. Qui statim ut vidit Felicianum episcopum, cum omni eum honore suscepit, et in eius servitium diligentiam maximam exhibuit: carissimo namque eum affectu diligebat, et circa eius amorem continuo flagrabat. Iis igitur inter se diligentibus et cum fratre (3) Habundio illustri viro * qui postea corona martyrii coronatus est (4), atque cotidiana doctrina populum commoventibus Iteramnensi [1], multi conversi sunt ad Dominum. Rogatu igitur fidelium, per praedictum privilegium a papa Victore sibi concessum, * f. 189r

— [3] sucut *cod.*
Num. 3. — [1] *sic cod.*

(1) Insigne illud linei (lanei ?) sudarii, quod extrinsecus *circumdaretur collo eius* cuique adnexum esset *officium consecrandi episcopos per provincias*, potissimum convenire videtur cum pallio ecclesiastico, iam saec. VI tamquam re notissima a summis pontificibus concesso. Cfr. F. X. Kraus, *Real-Encyclop. der christlichen Alterth.*, tom. II, art. *Pallium*. Tali privilegio nonnihil lucis affulget ex notitia papae Marci (336) qui *constituit ut episcopus Hostiae, qui consecrat episcopum, palleum uteretur et ab eodem episcopus urbis Romae consecraretur*. Cfr. L. Duchesne, *Liber pontificalis*, tom. I, p. 202, perpensa cl. ed. nota 2, p. 203. — (2) De sancto Valentino, episcopo Interamnae in Umbria et martyre, cfr. *Act. SS.*, ad d. 14 Februarii, tom. II, p. 754-6. — (3) Fratre nempe sancti Valentini, prout pariter interpretatus est Iacobilli, in Vita sancti Feliciani, *Act. SS.*, ad d. 24 Ianuarii, tom. II, p. 594, n. 7. — (4) Anno videlicet 258, sub Valeriano imp. Cfr. *Act. SS.*, ad d. 26 Augusti, tom. V, p. 790.

beatus Felicianus episcopus Valentinum diaconum Iteramnensis [2] urbis consecravit episcopum. Deinde vero, presbyteros ibi ordinans et valete dicens populo obmisso praefatae urbis, Spoletum repedare festinavit. Tunc igitur, postquam Felicianus episcopus Spoletum intravit, a fidelibus honorifice susceptus est, ibique daemoniacos curavit, leprosos mundavit, etiamque mortuos suscitavit. Verumtamen huius civitatis populus ita idolis erat deditus, scilicet Iovi, Marti, Minervae, Iunoni ac Cereri ceterisque (enarrare in sacris eloquiis immundissimum esset), ut perpauci ex eis in Domino
* f. 189v credentes converterentur. Deinde vir Dei in praefata * civitate ecclesias construere faciens, multos in ea clericos ad honorem omnipotentis Dei ordinavit.

4. Iis igitur bene patratis, benedicens populo fideli et a civitate digrediens, Treviacum castrum perveniens introivit, ubi antiquum erat templum Dianae; quod funditus eruere praecipiens, ecclesiam ibi fabricare disposuit et castissimam clericorum turbam in ea habitare permisit. Ex huius castri populis multi per ammonitionem pii patris Feliciani baptizati sunt in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti et fideliter in Dominum credentes per eumliberati sunt a iugo diaboli. Tunc vir Dei [1] egressus cum suo comitatu pervenit Fulglineam civitatem suam, ubi turba clericorum virorum et mulierum gestiens [2] ingenti laetitia proclamabant: *Te Deum lauda-*
* f. 190r *mus, te Dominum confitemur.* Quid plura? Inthronizatus * est ibi ilico. Expleto itaque ex more officio, commonens populum, sic primo sermonem exortus est: *O viri fideles, diligite Dominum ex toto corde et omnibus viribus omnique diligentia quia ipse est Deus vivorum ac mortuorum. Ipse quidem nos fecit et non ipsi nos, Pater et Filius et Spiritus sanctus. Atque etiam proximum diligite tamquam vosmetipsos. Haec est enim lex, haec est fides, haec est spes, haec caritas. Diligite ergo vos ad invicem propter Deum, et alter alterius onera portate et sic adimplebitis legem Christi, ipso adiuvante qui vivit et regnat cum Deo Patre*

— [2] Iteranis *cod.*
Num. 4. — [1] *om. cod.* — [2] gestigens *cod.*

et cum Spiritu sancto in saecula saeculorum. Tunc omnes populi, respondentes *Amen* et suppliciter sese inclinantes, benedictionis donum ab eo cum summo tripudio acceperunt * et ad propriam domum universi in pace remearunt [3]. *f. 190v Haec namque Fulglinensis civitas apud virum Dei Felicianum episcopum itaque carissima omnium tenebatur civitatum, ut in prima sui officii inceptione, die scilicet venerabilis Paschae, viarum illustratione, circum Fulglineam [4] suam civitatem letaniam declinaret semel in anno.

5. Interea athleta Dei [1] Felicianus episcopus, in operibus Christi perseverans, Spolicium castrum pervenit. Quod castrum ob sui pulchritudinem Spellum quia speculum per syncopam vocatur. Cumque ibidem aliquandiu [2] moraretur, eos omnes convertit ad Dominum; et quia omnino idolis deservierat, id est Mercurio et deae Vestae, ibi signa et mirabilia multa fecit, scilicet in nomine I. C. D. N. caecos illuminavit, claudis gressum reddidit * et multa obsessa cor- *f. 191r pora a variis infirmitatibus eripuit. Iis igitur sanctis operibus ab idolorum tabe eos liberavit et Dei omnipotentis cultores esse fecit. Deinde vero vir sanctus Felicianus episcopus, Mevaneam civitatem aggrediens praedicansque verbum Dei, tam urbanos quam suburbanos convertit ad Deum et per varias virtutes, relicto idolorum errore, Deum vivum et verum creatorem omnium adorare eos atque cognoscere fecit.

6. Interea non post multos dies deinde pervenit Assisium, ubi erat Capitolium in quo idola habebantur, scilicet Iovis et Minervae, Martis et Asclepii, qui a pontificibus eiusdem Capitolii die noctuque custodiebantur et a populo praefatae civitatis omni studio omnique diligentia colebantur. Cumque beatus Felicianus eos * exhortaretur et assidua praedicatione *f. 191v eos commoneret et ut ab idolorum cultura desisterent et Deum caeli, creatorem omnium visibilium et invisibilium, credere et adorare persuaderet eis, Lucio Flavio consule eiusdem civitatis, perpauci ab eius ammonitione salvifican-

— [3] remearent *cod.* — [4] Fulglinam *cod.*
Num. 5. — [1] feli *(sic)* Dei *add. cod.* — [2] mo *(sic) add. cod.*

tur. Unde vero pontifices iniuriatum atque verberibus caesum extra eandem civitatem ire compulerunt. Tunc vir Dei Felicianus episcopus in territorio Assisinae urbis paucis diebus morabatur, ubi crucis signum aiunt prope mausoleum antiquum; et confortans suos, benedicens dixit : *Viriliter agite in Domino et confortamini et omnia vestra communia fiant. Minae vero pontificum iniquorum ut fumus evanescunt* * f. 192r *et velut stercora deputanda sunt. Ipsi enim * in futuro peribunt saeculo, vos autem post mortem vitam habebitis sempiternam. Unum admoneo vos, fratres carissimi, ut crucem, quam in honore D. N. I. C. erga tramitem in terra defixi, venerari et adorare studeatis et ibi Deum creatorem poplitibus flexis vespere, mane et meridie deprecemini ac sibi vota et laudes reddere nitamini.* In eodem igitur loco per intercessionem beati Feliciani martyris atque pontificis usque in hodiernum diem mirabilia multa Dominus ostendere dignatus est; videlicet verba sancita sunt : daemoniaci curantur, leprosi mundantur, frenetici ac febricitantes ad sanitatem pristinam reducuntur, et aeriarum malignitates tempestatum depelluntur, atque incolis loci illius, scilicet prae- * f. 192v decessoribus et adhuc valentibus, * duplicia bona parantur.

7. Dimissa igitur in territorio praefato multitudine fidelium, Perusium devenit, ubi cum omni honore omnique alacritate ab habitatoribus eiusdem civitatis susceptus est. Haec namque regalis civitas olim funditus eruta est ab Octaviano [1] Agusto, propter Antonium ibidem deprehensum pro seditione quam Romae fecerat contra eum frater maioris Antonii, qui bellum cum Agusto in Epiro commisit (1), Cleopatra eiusdem Antonii pellice sibi suffragium ferente. Sed eadem regalis civitas ab eodem Caesare restituta est sub uno

Num. 7. — [1] Actaviano *cod.*

(1) Celebriora sunt quae hic contorto stilo narrantur. Norunt eundem esse Lucium Antonium, qui Romae plebem in Octavianum Augustum concitavit et in Perusina obsidione ab Agrippa captus est (anno 40 ante Christ nat.). Nonnullis annis post, anno scilicet 31, eius frater, Marcus Antonius, triumvir, apud Actium, quod situm est contra Epirense littus, clade concidit.

ambitu murorum; antea enim quasi partita erant oppida. Infra huius ergo civitatis moenia per admonitionem pii patris Feliciani episcopi multi conversi sunt ad Dominum. In eadem quoque ecclesias constituens et signa * ac mira- *f. 193r bilia multa faciens, clericos in honore regis angelorum ordinavit. Iis itaque in Perusio bene patratis, benedixit eis et abscessit. Deinde vero sanctus vir Dei Felicianus episcopus, pedestre itinere peragrato, pervenit Eugubium, ubi multos variis morbis obsessos sine mora curavit, eosdemque et alios quos repperit Christi baptismate ablui fecit. Similiter autem Dei cultor Felicianus episcopus per viculos omnes atque Nucerina castra, castigando, admonendo, baptizando, curando autem, sagaciter disserebat. Securus enim erat Dei praesul praedicatione sua, quia Gordianus crudelissimus Caesar (1) iam obierat, cui successit in regione venerabilis memoriae Philippus, qui primus christianus, ut aiunt, effectus * est (2). *f. 193v

8. Sub cuius igitur tempore Dei praedicator Appenninas Alpes transiliens, ad Picenam provinciam pervenit ubi multas urbes, scilicet Pinnem [1] (3), Asculum, Firmum, Auximum [2], Doricamque Anconam, Senegaliam, quae in Pentapoli

Num. 8. — [1] *cod.* pīnē. — [2] Ausunum *cod.*

(1) Illud a veritate prorsus declinat. Immo constat Gordianum III miti erga christianos ingenio fuisse, licet, ipso imperante, nonnulla eis a privatis magnatibus supplicia sint inflicta. Cfr. P. Allard. *Hist. des persécutions pendant la première moitié du troisième siècle*, p. 210-4. — (2) Fueritne revera, imperfecto quamquam modo, christianus ille Philippus imperator, adhuc sub iudice lis est. Inter recentissimos scriptores negat V. Duruy, *Histoire des Romains* (nova edit.), tom. VI, p. 343-4; asserit autem idque ad summam probabilitatem evehit P. Allard, libro cit., p. 217-38. Fertur enim Philippus, dum Antiochiae ecclesiam ad festa paschalia celebranda appropinquabat, ab episcopo fuisse exclusus, donec admissorum scelerum eum paenituisset: cui haud invitus morem gessit imperator. Hunc controversiae cardinem leviter attingit V. Duruy: *Ces bruits devinrent, dans la suite, une certitude, sans qu'on voie l'intérêt qu'avait l'Église à réclamer un pareil prosélyte*, quasi sola commodi ratio traditioni huiusmodi explicandae viam sternat nihilque sibi iuris vindicare queat ipsius veritatis praeiudicium. Satius fuisset, Pauli Allard instar (l. c., p. 225-6), huius traditionis fontes diligenter investigare. — (3) Pinnis, Pinna, Città di Penna, Penne, meridiana Piceni regione sita, quae usque ad Piscarium fluvium pertendit. Cfr. Böcking, *Notitia dignitatum*, tom. II, p. 446 *.

regione sita est, convertit ad Dominum. Earumque denique populi maiores [3] scilicet ac minores sacro baptismate abluti, per admonitionem pii patris Feliciani episcopi Iesu Christo Domino nostro crediderunt. In praefatis ergo civitatibus ecclesias constituere iubens, clericos quam plures in eis statuit, atque quos ibi aegrotos invenit, anima et corpore sanavit atque Deo adminiculante curavit. Per Plestinam [4] itaque itinera remeans, ad Nursiam civitatem pervenit. Ibique ecclesias constituens et altaria in civitate et in suburbiis
* f. 194r consecrans et multa signa * et prodigia ibi faciens, clericos ibi multos ordinavit, et ad patriam suam unde venerat cum ingenti gaudio rediit. Ubi semper in Dei laudibus permanens et populum suum benigne commonens, aut orabat, aut scribebat, aut praedicabat.

9. Igitur non post multa tempora mortuus est Philippus Augustus qui VII annis (1) regnaverat. Cui successit in regno Caesar rabidissimus Augustus, anno millesimo nono ab urbe Roma iam condita secundum chronicam. Iste vero, cum bellum Persarum urgeretur, veniens ascendit in Montem Medorum ut [1] ibi consistens videret pugnae conflictum (2). Tunc inter se pugnantibus atque diu confligentibus [2], Romanae militiae victoria a Deo concessa est (3). Decius itaque Caesar alacrior effectus cum sua victrice acie tacitus coepit cogitare
* f. 194v * atque interrogare, qui ex omnibus diis talem sibi victoriam dedisset. Cui respondit Romana militia : *Omnes dii propitiatores Romanae militiae rei publicae vestrae victoriam dederunt.*

— [3] maiore *cod.* — [4] Plesteas *Act. SS.*, l. c., p. 582, n. 3 medio.
Num. 9. — [1] et *cod.* — [2] confrigentibus *cod.*

(1) Non VII, sed V annis. — (2) De hac Persica expeditione nullibi, nisi in Actis martyrum, memoria prodiit. Quicquid sit, saltem duobus annis (249-51) quibus Decius imperio potitus est, defuit ipsi tempus itineris in hanc regionem faciendi. Nam postquam Romae paulisper moratus erat, adversus Gothos in Thraciam profectus est; ubi tandem, pluribus acceptis cladibus, nece occubuit. Cfr. Tillemont, *Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique*, tom. III, p. 703, note IV; V. Duruy, libro cit., tom. VI, p. 394-5. Hanc Decii persecutionem et quae inde pro Persis martyribus consequuntur, conciliandi modum subiecerunt *Act. SS.*, ad d. 30 Iulii, tom. VII, p. 133-5. — (3) Eadem, immutato paululum stilo, occurrunt in Passione sancti Polychronii. Cfr. *Act. SS.*, ad d. 17 Februarii, tom. III, p. 5, n. 3 initio.

Quibus Decius Caesar ait : *Dii ergo omnes omnino honorificentur et ante omnia turificentur ; deinde ubicumque inventi fuerint christiani, sine morula puniantur.* Tunc responderunt omnes, una voce : *Ratum sit in perpetuum, caelestissime imperator.* Omnia igitur imperatoriae iussioni unanimiter consentientes, deo Iovi atque Saturno et ceteris diis atque deabus cum summo studio tura ponunt, incipientes primum a civitate Babylonis, deinde a cunctis finitimis urbibus. Quapropter Polocronius episcopus omnisque fidelium congregatio ipsius * principis iniquissimi iussui oboedire nolentes, * f. 195r omnes simul capite truncati sunt. Itaque cuncti christicolae perterriti, alii non causa videlicet timoris corporei [3], sed secundum praeceptum, *si qui persecuti fuerint vos in unam civitatem, fugite in aliam ;* alii per iuga montium, alii per concava terrarum, alii speluncis et in cavernis terrae, alii per silvas abscondentes, sicut septi [4] Dormientes in Epheso (1), omnes dispersi sunt. Postquam autem haec gesta sunt, Decius Caesar furore repletus iussit ut Abdon et Sennen turpiter ligatis manibus Romam ducerentur, eo quod contra eius edictum christiani effecti essent ; et, quia subreguli [5] essent, ante conspectum omnium senatorum [6] cunctis tormentorum generibus eis impositis, nisi ad ultimum resipiscerent, * capite multarentur, ut tormenta eorum per- * f. 195v terrerent christianos (2).

10. Igitur Decius imperator, post peractam Persarum victoriam, cum Romana militia ad Italiam reverti festinans, transiens exercitum suum Ariminum, ubi Romani cum omni tripudio omnique laude Roma [1] venientes ei obviaverunt, atque superposuerunt [2] eum in aureo subsellio sublimiter in curru constructo, qui a quattuor niveis equis trahebatur, sicut fuit mos antiquis et superbis regibus. Et enimvero multi christiani ante praedictum currum captivi ligatis mani-

— [3] corporeis *cod.* — [4] *sic in cod.* — [5] sub Regali *cod.* — [6] senetorum *cod.*
Num. 10. — [1] Romam *cod.* — [2] subposuerunt *cod.*

(1) Cfr. *Script. Rerum Merov.*, tom. I, p. 848-53 ; P. Allard, libro cit., p. 393-4. — (2) Cfr. *Act. SS.*, ad d. 30 Iulii, tom. VII, p. 137, n. 3.

bus et pedites, quasi ignobiles et invicti [3] et tristes, Romam ire compellebantur. Sed Abdon et Sennen, minas et tormenta Decii tyranni velut quisquilias contemnentes, Romam ire non (* f. 196r) metuebant. Igitur Decius Caesar cum omni * suo exercitu Fulglineam [4] civitatem diveniens ceteraeque eius militiae Mevaneam applicantes, castra metati sunt iuxta Clitumnum fluvium. Tunc Caesar propter amoenitatem loci cum suis militibus moratus est ibi non paucis diebus. Interea vir Dei Felicianus, Fulglineatum episcopus, audiens quod Abdon et Senen vinctos pro Christi nomine Decius tyrannus de Perside adduxisset et eos in custodia haberet, illos visitare atque adorare non timuit; sed constans et imperterritus Dei praecepta secutus est, dicens : *Estote prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbae.* Et alibi : *Cum steteritis ante reges et praesides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini.* Et iterum : *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.* Idcirco Dei cultor Felicianus episcopus (* f. 196v) * omni hora ad eos intrepidus vadens : *Eia, milites Christi, sustinete poenas et accipite coronas quas repromisit Deus diligentibus se.* Haec et iis similia beato Feliciano episcopo prosequente, fama, quae est velocior ullarum alarum (?) [5], ad aures Decii tyranni continuo pervenit. Audivit enim a compluribus quod quidam episcopus, nomine Felicianus, populos multos seducens et per multas provincias ecclesias construens, libros orationis disposuit et leges [6] sine intermissione statuens, omnes deos nostros simulacra surda et muta sine intellectu esse affirmat. Insuperque ait : *Os habent et non loquentur; oculos habent et non videbunt; aures habent et non audient; nares habent et non odorabunt; manus habent et non* (* f. 197r) *palpabunt, pedes habent et non* * *ambulabunt. Non clamabunt in gutture suo; non enim erit spiritus in ore ipsorum. Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui* [7] *confidunt in eis.*

11. Iis igitur auditis, Decius tyrannus, omni bellua crudelior omnibusque bestiis, apparitoribus suis praecepit ut Felicianum episcopum velociter rapientes omnibus tormento-

— [3] *sic cod.* — [4] Fulneam *cod.* — [5] *cod.* ull'm al'. — [6] lege *cod.* — [7] quod *cod.*

rum [1] generibus afficerent; et nisi diis immortalibus ultro sacrificaret, sine mora eum ferro vinctum in carcere constringerent, donec ipse excogitaret quali morte atrociter eum consumeret. Cumque vir Dei Felicianus episcopus hoc audisset, non tantum facere, sed audire etiam recusabat. Tunc ergo iniquissimi tyranni carnifices apprehendentes illum in basilica suae diocesis, quae Palatina nuncupatur, secum duxerunt eum et in equuleo suspenderunt eum. Praeterea fustibus eum mactari et * ungulis ferreis trucidari * f. 197v et diversis suppliciorum generibus attrectari nullo modo desistebant; nec tamen mentem sanctam viri Dei Feliciani episcopi a bono proposito et a fide Christi aliquatenus valebant revocare. Sed vir Dei Felicianus episcopus, Spiritus sancti dono repletus, immobilis consistens permanebat. Carnifices autem, eum immobilem permanere cernentes, secundum praeceptum crudelissimi tyranni, eum semivivum vinctum et ferreis catenis constrictum in carcerem recluserunt.

12. Misallina ergo, virgo Dei sanctissima (1), dum diebus singulis occulte ad carcerem parendo frequentaret, in quo vir Dei Felicianus episcopus catenatus in custodia tenebatur, tenta est a militibus paganorum. Quae multis ingeniis (2) est affecta atque variis verberibus crudeliter caesa, eo quod iussis principum consentire nolebat et deos * adorare renuebat. * f. 198r Sed virgo Dei christianissima beati Feliciani episcopi monitionibus ita erat imbuta, quod nullatenus potuerunt eam a via veritatis evertere. Multis igitur tormentis, ut diximus, macerata atque diversis cruciatibus afflicta, Deo reddidit spiritum. Corpus itaque eius a fidelibus raptum [1] in Palantina

Num. 11. — [1] *cod.* cūtorum.
Num. 12. — [1] ire *add. cod.*

(1) Vita sanctae Messallinae, auctore Iacobilli, edita in *Act. SS.*, ad d. 23 Ianuarii, tom. I, p. 453-5, deprompta est ex italica Vita Francisci Cirocco (Perusiae, 1620, 32°), qui inter fontes suos, recenset, p. 14, quendam *Codice antichissimo manuscritto, il quale conservasi nella Biblioteca Vallicellana : Nell' Inventario num. primo delle Vite de' Santi a c. 126.* — (2) Id est machinationibus. Cfr. apud Du Cange, *Glossarium mediae et infimae latinitatis*, vox ingenii.

ecclesia deportatum et ab eis ibidem in pace sepultum est; ubi exuberant beneficia Dei propter orationem eius usque in praesentem diem.

13. Tunc iniquissimus Decius Caesar, dum Romam reverti cum omni sua militia festinaret, praecepit apparitoribus suis ut Felicianus episcopus sacrilegus, qui tot christiana conventicula tantasque seditiones per provincias nostras atque per civitates plurimas, execrando atque delendo sacra nostro- (* f. 198v) rum deorum, ita studuit ut vix regnum magis * sufferrent [1], quam multis iniuriis [2] deturpatus Romam cum omni afflictione ducatur. Unde nec fuit mora. Statim itaque carnifices, extrahentes eum de carcere, duxerunt usque ad tertium milliarium ab urbe Fulglinearum secus Rotundum Monticulum. Et quia erat confectus senio et plurimis iniuriis [3] maceratus multisque cruciatibus sauciatus, Deo reddit spiritum sanctum, anno scilicet aetatis suae nonagesimo quarto, et episcopatus sui quinquagesimo sexto. Tunc ergo viri fideles, tam clerici quam laici, concurrentes cum fletu magno, abstulerunt corpus beati Feliciani episcopi et sepelierunt illud in agello ipsius viri Dei, ubi ipse, dum viveret, mandaverat, iuxta Fulginearum civitatem, erga Pontem Caesaris, in quo loco positus est in pace nono kalendarum Februariarum. In eodem vero loco signa magna et prodigia, quae per orationes eius Dominus facit, atque plu- (* f. 199r) rima beneficia populi sui cotidie exuberant * usque in praesentem diem. Passus est igitur beatus Felicianus episcopus, pater ac patriae gubernator, sub Decio tyranno Caesare, regnante D. N. I. C., qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

Num. 13. — [1] sufferre *cod.* — [2] ingnuriis *cod.* — [3] ingnuriis *cod.*

LIBER MIRACULORUM

SANCTI AEGIDII

Auctore PETRO GULIELMO

Bibliothecario monasterii Sancti Aegidii in valle Flaviana

Librum miraculorum sancti Aegidii, a Petro Gulielmo conscriptum jussu Hugonis abbatis ac proinde ante annum 1124, quo is obiit, edidit Philippus Jaffé (1) ex codice Guelferbytano saeculi XIV (2). Sed facile advertit doctissimus vir exemplar istud non fuisse integrum (3), quoniam in eo deerant duo miracula quae ex Petri Gulielmi libro rettulit Mabillonius in *Annal. Benedict.* ad annum 1116 (4). Nuper alterum ejusdem libri apographum offendimus in codice Parisiensi Bibl. Nat. lat. 13779, exarato saeculo XIII (5), in quo non solum miracula a Mabillonio indicata (6), sed et alia multa leguntur, quorum et pleraque contigerunt post medium saeculum XII, vel certe post annum 1124 (7); unde colligitur librum illum post Petrum Gulielmum ab alio quodam continuatum fuisse vel interpolatum. Integrum itaque eundem ex praedicto codice exhibere juvat.

1. Incipit praefatio de miraculis sancti patris nostri Aegidii. — Reverentissimo patri domno Hugoni... *(Mon. Germ. Hist.,* tom. XII, p. 316-17) (8). f. 69v

2. De quodam suspenso post triduum vitae reddito. — Duo nobilissimi duces Alamanniae... *(ibid.,* p. 317-18.) f. 70v

(1) *Mon. Germ. Hist.*, Scr. tom. XII, p. 316-23. — (2) Cfr. ibid., p. 287. — (3) Ibid., p. 289. — (4) Lib LXXII, n. 131 (tom. V, p. 623). — (5) Seu potius constat ex laciniis diversorum codicum coenobii Sancti Aegidii saeculo XIII exaratis et postea in unum compactis, unde et eadem bis in eo descripta leguntur (cfr. infra, numm. 12, 13, 14, 15). — (6) Numm. 19, 22. — (7) Numm. 12, 13, 15, 21, 26, 27, 30. — (8) In editione Jaffaeana hunc prologum sequitur narratio miraculi impetrati anno 1088, quae in codice Parisiensi non legitur et terminatur his verbis: " Licet „ vero ante nostram aetatem hoc factum fuerit, tamen quia supradictus archiepi- „ scopus (Remorum Reinoldus) hoc in privilegio quod ecclesiae nostrae (apud „ Asconam) super eundem locum dederat, quem voverat construendum, annotari „ praecepit, nosque in hoc loco primum ponere decrevimus. Cetera, quae sequun- „ tur, nostra aetate provenerant. „

f. 73r **3. De transmeatione cujusdam aquae**. — Quid etiam circa quosdam Pictavensis territorii... *(ibid.,* p. 318.)

f. 75r **4. De quodam captivo a vinculis liberato**. — Tempore quo christianorum exercitus... *(ibid.,* p. 318-19.)

f. 76r **5. De quodam caeco qui visum recuperavit**. — Opportunum videtur et hoc inserere narrationi, qualiter cuidam lumen... *(ibid.,* p. 319.)

f. 77r **6. De quodam capto a Perside revocato**. — Apud civitatem Tripolim praeliante exercitu Persarum... *(ibid.,* p. 319.)

f. 78r **7. De quodam puero vitae restituto**. — Institor quidam, natione Theutonicus... *(ibid.,* p. 319-20.)

f. 79v **8. De quodam claudo ad sanitatem revocato**. — In civitate Hedibi, quae et Selezwic dicitur... *(ibid.,* p. 320.)

f. 81r **9. De quodam nobili a mortis periculo liberato**. — Inclitae memoriae Bolizlaus dux Poloniae... *(ibid.,* p. 320-21.)

f. 83r **10. De quodam captivo ab Almaria tracto**. — Vir quidam civitatis Januensis... *(ibid.,* p. 320.)

f. 84r **11. De alio captivo a Valentia liberato**. — Ildefonso supradicto regi Arragonensi... *(ibid.,* p. 321-22.)

f. 2v et 85v **12. De uno suspenso et quibusdam periclitantibus liberatis**. — Cum sancti confessoris Aegidii suffragia atque beneficia quorumcumque hominum mentes se toto affectu deprecantium ad suas sublevandas miserias et necessitudines semper experiantur, gens tamen Alemanorum, quae eum attentiori cultu et magis pia devotione exorat et veneratur, copiosius illustratur et remuneratur virtutum ejusdem donis et miraculorum. Quorum quaedam eximiora et a catholicis fidelibusque viris approbata scripto commendare decrevimus ad auditorum fidem et devotionem augmentandam.

Frederico igitur arcem imperii Theutonicorum feliciter et victoriosissime obtinente (1), contigit in terra cujusdam marchionis, nomine Lodoici, sororii memorati imperatoris, animalia quaedam furtim abducta fuisse. Dum itaque affines et compatriotae, ut mos illorum est, tanti latrocinii commissum omnino execrarent et detestarentur, quidam, sicut quandoque solet contingere, de incerto certum se credentes dare indicium, quendam militem, qui vocabatur Guerritus, hujus sceleris auctorem palam protestati sunt, quem nimis proclivum ad prava opera perpetranda cuncti noverant extitisse. Quo accersito, dum a pluribus criminaretur et super hac re reus esse pronuntiaretur, jam dictus princeps quaesivit ab eo cur hujusmodi scelus aggredi ausus sit. Ille vero coepit contradicere in quantum poterat,

(1) Id est post annum 1152, quo anno Fredericus, hujus nominis primus, imperio potitus est.

jurando testificari hoc nefas se nullatenus commisisse, et pollicebatur in hujus rei argumento aquae, ignis, nec minus duelli poenam, quam libentissime pati ac persolvere. Sed universae promissiones et juramenta excusationis suae irrita penitus effecta sunt. Malis siquidem quae peregerat fidem principi praebentibus ipsum commissi furti noxam incurrisse, et delatoribus suis idem variis causarum conjecturis astipulantibus, carceri deputatus est custodiendus in civitate quae dicitur Herbafortis, quousque deliberaretur cujusmodi tormentorum supplicio affici deberet. Interim ergo Lodoicus, habito consilio suo, decrevit miserum de suspensionis cruciatu vitae terminum imponere.

Denique cum vigilia sollemnitatis beati Aegidii adesset, ejectus de carcere ducitur ad patibulum, manusque ei a tergo firmissime vinciuntur, oculi quoque, ut mos exigit, fasciola sibi teguntur; ad ultimum etiam per cervicem fortiter alligatus, a carnificibus ligno patibuli admovetur. Interea, videns se in tanto mortis discrimine constitutum, lacrimosa voce et cum quanta poterat intentione cordis sanctum Aegidium sine intermissione interpellabat sibi in auxilium adfuturum. Tandem omni sustentamento eidem adempto, dum per trium vel quatuor fere horarum spatium vivus pendens persisteret, quod supra naturalem prorsus consuetudinem hominum est, et beatum Aegidium attentius exposceret, largiorem auxilii opem pio sibi confessore praestante, manus ejus a vinculis sunt absolutae et fascia, qua oculi tegebantur, ad terram decidit. Populo autem universo, qui hujus rei exitum spectaturus confluxerat, talia cuncta cernente et non modice admirante, ecce subito retorta, qua collum ejus fuerat adstrictum, confracta est, quam postea secum deferens, ob testimonium beneficii sibi collati coram altari in ecclesia nostra suspensa est; sanusque ac nulla penitus laesione tactus, ad terram corruit. Quo miraculo viso, tota populi multitudo quae praesens aderat, inenarrabili laetitia exhilarati, eundem militem cum gaudio magno ad ecclesiam quandam in honore sancti Aegidii aedificatam, quae non longe aberat, perduxerunt, ubi Lodoicus marchio aderat: ibique Deo, qui in sanctis suis mirabilis est, grates immensas reddiderunt.

Deinde a praedicto principe absolutus, dum sumpto stipendii viatico sancti Aegidii tumbam expetiturus ac pro sua mirabili a morte liberatione [grates] persoluturus proficisceretur, quibusdam peregrinis, qui consimile pietatis opus implere properabant, se comitantibus, Viennam cum illis devenit; ubi portum Rodoni appropinquantes, quandam navem conductitiam omnes pariter ingressi sunt. Quibus per alveum fluminis transmeantibus aquarumque meatum navigio sequentibus, repente unda vento spirante commota, navim in qua residebant magno impulsu saxo allisit; quae per medium divisa et

frustatim dissoluta est. Nautae vero in quodam quam citius vehiculo exilientes, naufragii periculo se subtraxerunt. Verumtamen naufragi peregrini, in navigandi officio rudes ac penitus ignari, ut viderunt se omni humano consilio funditus et auxilio destitutos, ad divina remedia totam suae salutis spem et fiduciam retorquentes, sanctum Aegidium, cujus suffragia requisituri peregrinabantur, attentissime invocare coeperunt, quatinus se in vitae articulo constitutos auxiliari dignaretur. Confestim itaque, sicut de quibusdam aliis periclitantibus in primo virtutum suarum fundamento legitur fecisse, eos a tot tantarumque undarum voragine et impetu liberavit; perque duas circiter leugas post navis dissolutionem periclitati, sani, incolumes ac sine aliqua rerum suarum diminutione, terrae tandem allapsi sunt. Venientes vero haec omnia quae praelibata sunt nobis seriatim rettulerunt, et dominico die ab universo cleri conventu et populo laudes immensae in ecclesia redditae sunt summo bonorum cunctorum auctori, qui per servum suum Aegidium tam insigni gloria miraculorum corda hominum laetificare dignatur.

f. 4r et 88r **13. De quodam milite de Tarascone a catenis et compedibus in hac villa liberato.** — Si ea quae in remotissimis regionibus per gloriosissimum confessorem Aegidium manus Omnipotentis mirabiliter operatur relata libenter audimus et audita ad laudem ejus a quo fiunt praedicamus, multo magis ea quae in confinio ecclesiae, in qua corpus ejusdem confessoris in valle Flaviana requiescit, corde hilari et mente credula suscipere et scriptis ad notitiam posterorum debemus transmittere. Anno igitur incarnationis dominicae m°. c°. l°x, praeclarissimi comites Raimundus Tolosanus et Raimundus Barcilonensis (1), saevi duo robora belli, suggerente pacis inimico et discordiarum auctore diabolo, discordi pectore inter se decertabant. Cumque, sicut varius est eventus belli, modo uni, modo alteri arrideret fortuna, quidam miles de castro Tarascone, nomine Raimundus Feraldi, dum hostes hostibus insidias parant, a militibus comitis Tolosani captus, apud villam Sancti Aegidii captivus adductus est. Ubi cum grillonibus et manicis ferreis, compedibus etiam magnis et catena ferrea immenso pondere ferri artaretur, se ligantibus, ut ipsi postea testati sunt, aperta voce dicebat : *Scio quidem quod peccatis meis exigentibus in potestate vestra traditus, aliquanta patiar tormenta. Inanis tamen est labor vester. Servus enim beati Aegidii sum, et in me nullam, nisi quantam ipse permiserit, habebitis potestatem. Frustra ergo me ligatis, quoniam ipse de manibus vestris me liberabit.*

(1) Scilicet Raimundus comes Tolosanus hujus nominis quintus et Raimundus comes Barcinonensis hujus nominis quartus, cognomine Berengarius. Cfr. Vaissette et De Vic, *Hist. du Languedoc*, lib. xviii, cap. 36-38 (tom. II, p. 482-84; edit. alt. tom. III, p. 808-11).

Talia dicentem supra dicto pondere ferri vincientes, nocte et die custodibus ei deputatis, per sex hebdomadas fame, siti et gravissimis eum tormentis affligebant. Qui licet intolerabili premeretur angustia, tamen de beati Aegidii praesumens misericordia, audientibus custodibus et pluribus aliis, qui eum consolandi gratia visitabant, non siccis oculis sanctum Aegidium saepissime suae miseriae misereri deposcebat. Primae vero noctis festivitatis sancti Hilarii prima transacta vigilia, v militibus et IIIIor servientibus, qui pretium redemptionis ejus die crastina se recepturos sperabant, eum cura pervigili servantibus, Alemanorum turbam laudes beato Aegidio more solito declamantem audivit. Miserationum igitur Domini recordatus, quibus non solum vicinis sed et peregrinis et barbaris nationibus per beati Aegidii merita subvenire dignatur, patrem misericordiarum et Deum totius consolationis et servum ejus beatum Aegidium uberioribus profusis lacrimis exorabat, dicens : *Misericordissime Deus, qui cor contritorum non spernis, sed clamantibus ad te dicis : “ Ecce adsum ”, misericordia, qua peccatoribus parcis, mei de tribulatione clamantis miserere et per pii confessoris merita educ me de manibus inimicorum meorum. Tu quoque, piissime pater Aegidi, de te confitentem* * *et in te sperantem exaudi, et sicut barbaris in consimilibus angustiis, sicut fama testatur, succurrere consuesti, ita nunc servo tuo succurre.*

* sic

Inter verba et lacrimas, ecce vir facie clarus, splendore circumdatus ei adstitit, et apprehensa ejus veste vehementer eum concutiens, blande allocutus ait : *Amice, surge, vade.* Quem ille manifeste intuens, ait : *Quis es, domine, et quomodo tot vinculis innexus ire possum ?* Cui ille : *Ego sum Aegidius, quem invocasti. Surge cito et vade.* Et statim, apprehensa manu ejus dextera, tantis viribus eum attraxit ut catena, qua posti firmissime erat innexus, a poste dissiliret ; et videntibus custodibus, ire non valentem et ferreis adhuc vinculis et catena irretitum sibi innixum de domo trahens, cum pertransisset portam, jussit ut post se eam clauderet, et clausit. Deinde blande eum sustentans, immo totum portans, usque ad gradus ecclesiæ adduxit, et ait ei : *Ingredere intus in domum meam.* Quo dicto, ab ejus oculis recessit.

Ille vero adnisu quo potuit, quadrupes, aliter enim propter ferri pondera ire non poterat, ecclesiam ingressus, ad peregrinos, quorum ibi maxima multitudo excubans orabat, ut sibi succurrerent clamavit. Illi vero cursu velocissimo concurrentes, ante caulas altaris beati Aegidii eum statuerunt. Unus autem, qui ex illa multitudine obdormierat, strepitu aliorum et vinculorum tinnitu excitatus : *Deo gratias,* ait ; *quia quod in somnis videbam, visione manifesta conspicio. Videbam enim in somnis beatum Aegidium cum captivo quem libe-*

raverat mihi adstantem ; quod mecum vos cernitis manifeste. Tunc omnes qui huic spectaculo aderant peregrini et multi alii utriusque sexus, sed et omnis populus, qui ad hoc audiendum ad vocem praeconis in ecclesia sequenti die confluxit, congaudentes benedixerunt Deum. Vincula vero ferrea et catena in testimonium hujus rei in eminenti trabe suspensa sunt, ut quicumque ea viderint glorificent nomen Domini, qui salvos facit sperantes in se.

f. 6r et 90r **14**. Quamvis imperatoris superni mirabilia humana mens, onere carnis adgravata, ad plenum magnificare non valeat, ab ejus tamen laudibus nonnisi degenero cessandum arbitror. Unde inter cetera quæ universaliter admiranda sunt, unum summa et venerabili dignum commendatione succincte referendum existimo, quod in nostris aspectibus ante sacrosanctum corpus sancti patris Aegidii est dignata divina bonitas ad honorem tanti patroni non immerito mirabiliter operari.

Erat itaque apud Theutonicam gentem in pago Raimburgensi juvenis quidam a primis cunabulorum temporibus linguæ privatus officio, non natura quidem aut parentum peccatis, ut puto, sed ut Dei virtus et merita gloriosi confessoris Aegidii in ipso manifestata fierent. Cujus infortunium et miseriam parentes ejus crudelius justo, humanitatis obsequiis et pietate negata, naturam mentiendo contemnentes, jejuniis maceratum et contumeliis affectum eum ad alienas opes refugium quaerere compulerunt. Qui quanto magis humano, et eo quo maxime minus debuit, est destitutus, divino tanto magis et misericordius est respectus auxilio. Receptus est igitur a quodam christicola, qui ejus dolori miserabiliter compatiens, hunc tamquam naturalem filium, spe supernae remunerationis et amore ductus aeternae patriae, diligenter nutrire curavit.

Procedente itaque tempore, cum jam ad annos discretionis praefatus juvenis pervenisset, non semel sed multotiens in visionibus angelicis ei monstratum est ut ad limina sancti confessoris eisdem comitatus angelis, ut ipse referebat, causa recuperandae vocis cum multa mentis alacritate festinaret. Accidit igitur, temporum discursis quorundam curriculis, quod de loco illo, in quo mutus nutritus fuerat, ad expetenda praedicti patris suffragia una cum eodem muto multi, quibus omnibus notus fuerat, properarent. Qui cum peracto quindecim dierum itinere sancti confessoris basilicam ingrederentur et, eisdem ad orationem in solo monasterii communiter prostratis, lacrimosam jubilationem pro salute muti ad caelum funderent, subito vox inaudita, relaxatis angustis meatibus, in auras prorumpens, laudes Aegidii rectius quam credi posset cum jucunditate laete coepit extollere. Cui vox sociorum consonans et concorditer adhaerens, excelsos cantus et melodiosos hymnos, ut mos est illius gentis, pro

tanto miraculo Domino reddidit admirandos. Ad quaecumque igitur loca et ad quascumque aures fidelium hoc miraculum pervenerit, regem aeternitatis ejus incolae benedicant, qui vivit et regnat per omnia saecula saeculorum. Amen.

15. Item aliud miraculum omni siquidem narratione dignum. f. 91v et 124r — Secretum regis, ut divina Scriptura ait, celare bonum est, opera autem Dei manifestare ac nescientibus in lucem deducere honorificum. Igitur a nobis ore promatur quod corde excogitatur.

Tempore quo Conradus imperator suum super gentem Theutonicam exercebat principatum (1), inter cetera quae per servum suum Aegidium Christus operatus est miracula unum insigne et nostris saeculis inauditum patrare non est dedignatus miraculum; quod ut in veritate factum comperimus, sic veritate duce piis auribus indagare curabimus. Erat vir quidam in pago Ramaburgensi, nomine Bertuldus, cui a primaeva aetate moris fuerat ut ex omnibus quae haberet vel ex propria arte adquireret primitias et decimas integre perfecteque matri suae Ecclesiae exsolveret. Erat enin institor; quam artem prout poterat per vicos et castella ad nundinas eundo et redeundo exercebat. Dum autem per multum tempus in his et hujuscemodi vitam satis honestam laudabilemque duceret, contigit illum quiddam scire de quo usque in praesentiarum ignarus extiterat. Nam cuidam parenti suo et vicino non modica debebatur pecunia, quam se a debitore recuperare posse nullo modo, nec precum assiduitate nec minarum acerbitate, protestatus est supradicto viro. Unde per omnipotentem Deum illum rogat et obsecrat ut eum juvet quemadmodum vel per pignus vel per aliquod aliud possit sua recuperare. Ad quem fertur iste in hunc modum dedisse responsum: *Scito me, amice, hominem fore armis impotentem; idcirco me tibi elige meliorem.* Ad haec homo hominem acrius coepit adjurare per Omnipotentem, ut juvaret sua illi in integrum restitui et assensum tribueret sanae petitioni. Ad haec Bertuldus, germana devictus caritate, respondit: *Faciam,* inquit, *quod hortaris, amore illius pro quo tam saepius me deprecaris.* Tunc ambo pariter praetaxatae locutionis iter arripiunt, falsoque debitori abhinc insidias tetendunt*. Cum autem in his dierum subterfugeret * sic plurimum, et hi in nullo suum complessent desiderium, ex definito mutatur consilium. Stabilierant enim, si fieri posset, illum publice depraedari; sed stabilitum ad opera usque deducere nequeunt, cum omni hora vir ille se et sua circumvallaret diligentia. Ideoque mutato, ut diximus, consilio, boves illius furtim subripiunt, secumque ad propriam domum deducunt. Hoc patrato, Bertuldus, qui hujus facti

(1) Id est inter annos 1136 et 1152, quo tempore Conradus III imperium obtinuit.

causa advenerat, parenti suo et vicino valedicens, in proprio regreditur solo.

Qui non multo post Ramaburgensem adit civitatem more solito, causa vendendi sua et emendi aliena. Vix namque sua in foro exposuerat, cum subito quorundum voce latro acclamatur, ut moris est regionis illius. Nam ab eisdem acclamatoribus tentus, vinctus, alapis virgisque caesus, ad judicem trahitur. Cumque aspectibus judicis praesentatus fuisset Bertuldus, primo causam quaerit judex ab his qui eum in sui conspectum deduxerant. Qui respondentes dixerunt: *Domine, hic est vir ille qui boves illius viri furtim subripuit. Quicquid tunc factum fuit, istius consensu et adjutorio factum crede.* Tunc judex, ad Bertuldum conversus, ait: *Tu quid ad haec respondes?* Tum ille: *Verumtamen, domine, rogatu cujusdam parentis mei et vicini, cui homo ille partem quandam pecuniae diu abstulerat, in hoc facti deveni. Adjuraverat enim me homo ille multotiens per omnipotentem Deum et ejus confessorem Aegidium ut sua juvarem illi in integrum restitui; quorum amore me fecisse quod feci revera profiteor, non furti gratia, ut isti malitiose componunt adversum me.* Hoc cum auditu perciperet judex, malens satisfacere parti deteriori quam saniori, jubet eum in carcerem obscurrissimum recipi.

Tunc amotus a conspectibus ejus, ducitur ad locum quo ipse imperarat. Est namque turris in civitate quae proprio vocabulo Carceres appellatur, quae est magnitudinis et profunditatis, ut vir ipse nobis asseruit, nullisque habens respiraculum a summo usque deorsum, in cujus fundo serpentium et scorpionum aliorumque reptilium inest quamplurimum. Ad hanc cum perductus fuisset Bertuldus, fune quodam et cofino a superioribus in imis demittitur. Eodem fune et cofino quo est intro demissus, eodem administratur ei victus, panis scilicet et aqua, non cotidianus, ut adsolet quibusdam fieri, sed ter in hebdomada aut ut beneplacitum custodibus carceris erat. Dum autem idem modicus cibus a carceris custodibus illi administraretur, has illis voces dabat e carcere: *Domini, domini, cur non dicitis potestati ut educat me de isto carcere, omne recepturus quod habeo vel cum amicis meis habere potuero?* Qui respondentes dicebant: *Non sic, impie, non sic fiet.*

Tunc videns se omni humano consilio destitutum, convertit se ad Deum et ad ejus confessorem Aegidium, per quem solvit compeditos et erigit elisos; et unumquemque propria locutione exorans, aiebat: *Domine Jesu Christe, qui eduxisti Danielem de luto faecis et lacu miseriae, me, si tua bonitas est, educ de isto carcere.* Post vero conversus ad sanctum Aegidium, aiebat: *Sancte Aegidi, confessor Christi, si vera sunt quae de te ego miser audivi, nunc tuus ea experiatur servulus, jam paene in mortis angustia positus.* Cum autem nocte et

die his vocibus Deum adclamaret et ejus confessorem Aegidium saepius invocaret, in vigilia festivitatis ejusdem sancti divina ei subvenit clementia, jam dicti patris precibus concessa. Nocte vero illa, cum somnum vellet capere homo ille, apparuit vir quidam infra muros carceris, cujus adventu pellitur a loco caligo et spurcitia omnis. Erat enim indutus albis vestibus, statura magnus, canitie venerandus. Ejus enim claritate fulgebat carcer per totum sicut sol radians in virtute sua, ita ut non illuminata qui aderat crederet, sed penitus omnia succensa. Ad quem cum approximaret vir sanctus, his ita eum verbis alloquitur, dicens : *Bertulde, Bertulde, surge.* At ille : *Quis es, domine?* Cui ille : *Quis ego sim,* inquit, *ne cures, sed a loco hoc sanus et incolumis festine secede.*

Dum ad hoc tremebundus surrexisset et secum animo revolveret qualiter servi Domini dictum adimpleret, subito respiciens ad pedes suos, fustes ad instar cavillarum invenit dolatos, sed tantae subtilitatis, ut dictis nobis confirmavit, ut unius accipitris aut falconis gravedine frangi posse non desperaret. Attamen servi Dei jussione roboratus et clypeo fidei, qua montes transferuntur, protectus, manu propria eos arripuit ac per murum figere coepit. Cujus sic perforare coepit superficiem ac si alicujus tenerae materiei gereret speciem. Ac per hoc magis magisque confortatus, per eos quos fixerat coepit ascendere, aliosque sibi subministrare. Sicque factum est ut per hujusmodi scalarium in arcis deveniret summum. Ibi supra memorato fune reperto extraque turris murum projecto, lapsavit se per eundem usquequo ad ejus deveniret extremitatem. Quam dum teneret et se longe a terra videret, commendans se Deo et suo liberatori Aegidio, nihil in fide haesitans, dimisit se ire quo illis beneplacitum foret. Cecidit namque in magnorum lapidum acervis, sed mollius, ut ab ipso audivimus, quam si ipsi lapides in plumarum mollitie devenissent. Ideoque surgens a loco quo ceciderat, hilaris et gaudens, se summa comitante laetitia, ad propria repedavit loca.

At ubi aliquantos fecisset dies in domo, ob sibi divinitus collatum beneficium sperans se per omne tempus fore securum, illam quam praenominavimus repetivit civitatem. Quam dum esset ingressus, tentus ab sibi inimicae partis hominibus, volens nolens trahebatur ad judicem. Quem dum absentem cognovissent qui eum ducebant, tradunt eum in manus villici ejus vicem gerentis. Qui primo causam ab eo dum quaereret et rem illati criminis et suae deliberationis revera ut erat acciperet, vocem hujusmodi in populo tulit : *Si quis est in hac plebe qui vocem querimoniae in hoc inferat homine, accedat.* Cum hanc vocem ter repeteret, et nullus ex circumstantibus acclamanti responsum tribueret, dedit homini in mandatis ut abiret, et ut sui deliberatoris sepulcrum quam citius requireret benigne commonuit.

Ob hoc homo securior factus quam fuerat, plus solito locum frequentare coepit. Unde non multo post contigit, dum in eadem consisteret urbe, ut quidam ex suis affinibus, instinctu daemonico inflammatus, hominem, cujus jam dicti boves fuerant, talibus verbis alloqueretur, dicens : *Quod mihi dares pretium, si talem tibi traderem virum?* Cui ille : *Deus bis liberavit eum per suum confessorem Aegidium; quis ego ut valeam contra illum?* Sed post paululum, alio submonente, intulit : *Domine, secundum tuum velle pretium mihi oppone.* Qui Judae proditoris incedens bivio, triginta petiit denarios. Cum rogaretur ab eo minuere aliquantulum de pretio : *Nec magis*, inquit, *minusve mihi dabis.* Cum autem vesanus et insatiabilis quaesitam accepisset pecuniam, homini hominem ostendit simulque cum eo invadit. Unus vero dextera, alter sinistra, illum trahentes, ad praetorium judicis usque deducunt. Ex apparitoribus curiae sibi advocaverant unum qui eorum causam duci insinuaret et hunc latronem crudelissimum acclamaret. A priscis nempe temporibus in illis regionibus consuetudo obtinet vetus, ut postquam quis ad praetorium deductus fuerit, ab eo non amoveatur quousque virum mori an vivere debeat certa lege determinetur. Quapropter comes, partium utrarumque res acceptas obaudiens potius falsitati quam veritati, jussit his quibus plurimum hoc intendebat negotium, cito decernere quid de hoc homine factum foret. Qui consulti, immo, ut verius dicam, inconsulti, ejus vitam dixerunt suspendio finiendam.

Quo dicto, a curiae satellitibus extemplo miser ad furcas trahitur velocissimo cursu. Secuta est eum populi civitatis innumerabilis multitudo, videre desiderans quem daret exitum hujusmodi factum. Cum autem se ibi ex more a peccatis quae fecerat per paenitentiam emundasset, dixit sacerdoti et omni populo se illati criminis culpabilem fore nullo modo. Unde flexis in oratione genibus, Deum et ejus confessorem Aegidium in hunc modum exoravit : *Domine Jesu Christe, pater totius consolationis et misericordiae, utrum juste an injuste haec patiar hac in die ostende.* Cumque populus exclamasset *Amen,* sanctum Aegidium tali modo sibi poscit fore benignum : *Sancte Aegidi, confessor Christi, succurre mihi famulo tuo, jam in extremo mortis articulo, nisi succurreris, posito.* Cumque item populus respondisset *Amen,* ministri crudelitatis, qui ob implendum diri tyranni jussum advenerant, vinctis illi post tergum manibus ac oculis fasciola subductis et collo retorta circumdato, ad alta supplicii illum, ut moris est, extollunt.

Illo siquidem suspenso, cunctus qui advenerat populus, tactus dolore cordis intrinsecus, in sua est reversus. Mansit enim Bertuldus ab hora diei tertia usque in horam diei nonam suspensus, sed sic

nempe ut nullum mortis exitium, nullum suspensionis incurreret damnum. Tantam eo * divinorum odoramentorum sensit fragrantiam *leg.* enim ? ut, si sciret se perpetuo sic permansurum, numquam se vitae huic vellet reddi, etiamsi regna mundi omnia et eorum gloria sibi opponerentur habenda, sed ea, maxime in tanti boni operatione, velut stercora recompensaret. Nam circa se angelos Dei bonos sentiebat; virum illum, qui infra muros carceris illi apparuerat, beatum videlicet Aegidium, ante se stantem videbat. Qui hora, ut diximus, nona propius cum accessisset, retortam, quae collum ejus astringebat, fregit per medium, ipsumque terrae remisit ad solum. Mox quidem ut corpore solo adhaesit terrae, vincula, quae manus ejus retro ligaverant, in se ipsa disrupta ac paene in nihilum sunt redacta ; fasciolam sibi oculos subducentem propriis manibus ipse amovit. Quam manibus praetendens, retortamque collo habens pendentem, mediam transivit per urbem. Cumque jam dictae civitatis nobiles atque ignobiles obvios sibi haberet, nullum sibi verbum retardationis dixere; sed insuper, cognita re, fixis in terra genibus, *Ave* verbum salutationis exclamavere. Sicque eam * in pace transita civitāte, ad pro- * *sic* prium est reversus domicilium.

Cujus paene limen subintraverat, cum subito dominus suus, cui sub servitutis titulo famulamen impendebat, omni modo venit cum fratre suo. Qui ante pedes istius, longus ut erat, prostratus, exoravit ut pro se deprecaretur Dominum ac pium confessorem Aegidium; eodem quoque momento libertati donavit illum et beato Aegidio in servum tradidit perpetuo. Qui post tempus paululum huc ad ejus adventavit sepulcrum cum jam dicti domini sui fratre et aliis multis nobilibus, gratias equidem totis medullis cordis reddituri. Nam sabbati die, quae Domini passionis * antecedit dominicam, hanc primo * *cod.* passione ingressus est villam; die vero dominica, mane facto, per crebra orationum suspiria et magnos lacrimarum fluvios, quos causa gaudii et piae devotionis ante sancti sepulcrum fuderat, haec omnia, ut supra per ordinem sunt digesta, nobis coram positis, hoc idem sociis astipulantibus suo juramento fidei, vera esse narravit. Unus quidam ex comitatu illo, vir quippe nobilis ac pietate laudabilis, nolam argenteam cum manipulo beato obtulit Aegidio; quae usque hodie in tantae rei signo in nostro habetur monasterio. Cum missa matutinalis die eodem celebrata fuisset, ad altare superius more solito ad processionem conscendimus. Ubi populo, qui hujus miraculi fama magnus in ecclesia confluxerat, omnia haec per ordinem sunt narrata; et quae in signo suspensionis secum vir iste detulerat, ad incitamentum fidei et gloriam summi Dei ante sancti altare suspensa. Nos vero ibidem cum omni multitudine populi grates Deo reddidimus, qui per servum suum Aegidium mirabilia operatur solus, nomen ejus excla-

mantes atque dicentes laudabile et benedictum per omnia saecula saeculorum. Amen.

f. 98^{r} **16.** In comitatu Cenomannico castrum quoddam, habitatoribus confertissimum, Vallis Guidonis appellatur... (*Mon. Germ. Hist.*, tom. cit., p. 322.)

f. 98^{v} **17. De cujusdam viri manu arida sanata.** — In Britannia citeriori, quae et Britannia minor dicitur... (ibid.)

f. 100^{v} **18. De cujusdam brachio arido sanato.** — Vir quidam de regno Theutonico, Albertus nomine... (ibid., p. 322-23.)

f. 108^{r} **19. De duobus viris a ruina mortis salvatis.** — Operae pretium sane videtur et hoc nostrae inserere narrationi, quod nimirum inter praecipua miracula adnotari potest. Dum enim anno incarnationis dominicae m°c°x°vi° fundamenta basilicae novae poneremus, quia ecclesia alia minus continens erat et multitudinem adventantium capere non poterat, subversioni ecclesiarum operam dedimus. Cum autem ecclesiam majorem, quae cum tribus cryptis maximis et quadratis lapidibus antiquitus aedificata fuerat, destrueremus, necnon et ecclesiam sancti Petri, quae lxxx^{a} fratres in choro capere poterat, simul cum porticu lapidea quae ei adhaerebat a parte septentrionis et a capite superioris ecclesiae usque ad extremitatem ecclesiae sancti Petri in longum protendebatur, in qua fratres ad processionem diebus sollemnibus egredi soliti erant et antiquitus *via sacra* vocabatur, necnon et ecclesiam sanctae Mariae, destrueremus, mira virtus omnipotentis Dei patefiebat. Inter tot quippe moles ruinarum et aedificiorum corruentium, beato Aegidio interveniente et plebem fidelem defendente, numquam aliquis ingredientium et egredientium ecclesias ipsas lapidis unius ictu attaminatus est. Immo vero multitudo oratorum, qui tunc maxime confluebant persolvendi vota sua in iisdem ecclesiis, tantam securitatem assumpserant ac si nullus ibi strepitus vel commotio fieret.

Illis nempe diebus vir quidam, Pictavensis territorii indigena, corpore vegetus, dum in excelsiore parte muri, ubi super corpus sancti Aegidii crypta sublimior antiquitus volvebatur, toto annisu lapides quadratos maximos evolveret deorsum, subito toto corpore collapsus, solis manibus se vix retinuit. Qui profecto si inferius corruisset, et ferreus esset, nimirum super moles lapidum illorum qui ibi erant, contritus deperisset. Sed quia ad eum juvandum nemo accedere poterat, cum in parvo spatio muri singularis penderet, sanctum Aegidium clamore valido ut eum juvaret implorabat. Statim adfuit misericordia confessoris Christi et destitutum humano auxilio juvit. Pedibus enim se suberigens et manibus quodammodo nitens, in loco unde collapsus fuerat, non sine admiratione multorum, facile rediit.

Non post multum tempus, cum jam paries ecclesiae novae aliquantum in sublime provectus esset, die dominica, dum vir quidam, Petrus Arvernensis nomine, post prandium super murum incautius deambularet, a parte fori super tectum quoddam inferius impulsu antiqui hostis decidit. Tunc mirum in modum, cum caro mollis et ossa ejus confringi potuissent, versa vice ipse tegulas et ligna tecti sub se confregit. Sicque, beato Aegidio interveniente quem inclamabat, ad domum suam absque vulnere et dolore rediit, multoque tempore postea supervixit.

20. De quodam muto, cui loquela reddita est. — In territorio f. 103^{v}
Parisiacensi, in villa quae Coldreium dicitur, adulescens quidam, Fromundus nomine, gravi aegritudine laborabat. Una ergo noctium, cum calore morbi vehementius aestuaret, mulier quaedam in habitu meretricio, ut sibi videbatur, ante ejus lectum adstitit. Quae propius lecto admota, utrisque manibus collum ejus constringens, quasi suffocare eum nitebatur. Aeger autem ille clamore quo poterat patrem suum et fratrem, qui prope jacebant, vocans: *Ite*, inquit, *sequimini maledictam illam quae me suffocare nitebatur ; adhuc enim pedes ejus in limine consistunt.* Qui totam domum hac et illac discurrentes, foras quoque egressi, cum neminem adesse sentirent, phantasma esse crediderunt. Verumtamen aeger ille, voce perdita, statim quoque loquelam funditus amisit. Sed divino instinctu beatum Aegidium ad memoriam reducens, saepius eum deprecabatur, quatinus eum suis precibus apud Deum patrocinaretur, ut eum a lecto aegritudinis relevaret et loquelam quam amiserat sibi redderet. In brevi itaque orationibus hujus sancti sanitati est restitutus; mutus tamen permansit.

Licet vero jam per iiii^{or} mensium circulum mutus mansisset, animadvertit tamen quod quidam convicanei ejus ad beati Aegidii suffragia expetenda ire disponebant. Idcirco a patre suo nutibus quibus valuit expetivit ut eum cum eis dirigeret. Quod cum impetrasset, venit simul cum quodam religioso sacerdote ejusdem villae et aliis affinibus. Cum autem ante altare superius beati Aegidii noviter factum in ecclesia ejusdem preces suas fudisset, socii qui cum eo venerant vix ab aedituis impetraverunt ut ad aliud altare inferius introducerentur, ubi corpus sanctum humatum antiquitus jacet. Quo cum introissent, multis lacrimis ibidem profusis idem mutus beatum Aegidium implorabat ut sibi loquelam redonaret perditam. Quid multa ? Cum oblationem suam super altare posuisset, astantibus custodibus ecclesiae circa eum, subito exclamat : *Sancte Aegidi, gratias tibi ago.* Quo audito, socii ejus prae gaudio flere coeperunt, quia quem mutum adduxerant, loquentem clare audiebant. Statim signis pulsantibus, astante utriusque sexus populo, laudes Altissimo declamatae sunt.

f. 105r **21. De quodam ter suspenso et sanitati reddito** (1). — Quidam Theodericus, Theutonicus, de civitate Boaza, homo secundum saeculi dignitatem nobilitate pariter ac divitiis praepotens, cum in multis regni Theutonici partibus praedia quam plurima sortiretur, contigit per eventum ut juxta Henricum quendam, non suae potentiae Alemannum, qui fundum valde perutilem, etsi non multum magnum, jure proprietario possidebat, fundos grandes et optimos contigue possideret et ipse. Qui suos omnes quasi pro nihilo reputans nisi agellum proximi suis terminis obambiret, aures Henrici pauperis per se ac necessarios, prece prius ac pretio, saepius appellavit ut fundum ei suum aut pro levi pretio aut dono melius largiretur. Quod verbum pauper abhorruit, et non solum venditionem negavit, verum etiam divitem exoravit Theodoricum ut super verbo hoc eum de cetero nullatenus attemptaret, asserens se ipsum suamque familiolam unde viverent aliter non habere. Quid ergo tandem, quid non cogeret sacer amor habendi? Cernens, inquam, tyrannus hominem, super hoc nimium attemptatum, facilius occidi posse quam vinci, quem sic circumvenire nequivit, titulo latrocinii falso condemnare molitur, et captum imo carceris ilico mancipavit.

Ecce ligatis manibus pedibusque constrictis, pane tribulationis et aqua angustiae sustentatus potius quam refectus, ad quem praeter ad illum qui solvit compeditos, Jesum, ut refugium faceret non habebat, dum reversus in se, sanctum nomen liberatoris Aegidii,quem insignem ad afflictorum auxilium a nonnullis audierat, modulis flebilibus invocavit, sic dicens : *Liberator universalis, bone Jesu, qui ut plasma, quod formaveras, perditum de antiquato carcere diaboli liberares, carnem sumere et crucem subire non horruisti, qui per beatum Aegidium multos simili poena conclusos ineffabiliter libertati pristinae reddidisti, ut nomen tuum benedictum in saecula cum aliis fidelibus benedicam, erue me de hoc tam diro carcere, quoniam, sicut tu nosti melius, innocens damnatus sum et in lacum hunc sine causa submissus. Et te, beatissime pater ac confugium miserorum Aegidi, suppliciter toto corde reclamo, postulo, nihil haesitans, ut, si vera sunt quae audivi de te, qualiter nomen tuum celebre invocantibus in auxilium adsis, et me servum tuum in hora hac adjuvare non tardes,quatenus de hoc tam horrendo carcere, te faciente, subtractus, ad sacrosanctam tuam, pater, ecclesiam, in qua divino dispositu requiescis in pace, et pervenire valeam et tibi, sancte, inibi dignas gratiarum actiones referre.*Vix igitur sic oratione peracta, quidam in veste alba, cultu quidem angelico, facie splendidissima, virgam pastoralem gestans manibus, cui se de more appodians,

(1) Et hoc miraculum post annum 1138 contigisse colligitur ex mentione Conradi, III utique, imperatoris, cujus nomen in fine narrationis legitur.

hominem clementius appellavit per nomen : *Quid me lacessis, Henrice? Quid me tam saepe sollicitas? Ecce quem advocaveras, Aegidius ego adsum. Surge, inquam, velociter, sequere me.* Ad cujus vocem surrexit hilaris homo, et ceciderunt catenae de manibus ejus ac pedibus. Secutus eum est, et venerunt ad portam, quae ultro aperta est eis. Hinc dicens ei ave, imperans ut abiret, nusquam sanctus comparuit. Tunc ille, nihil metuens, de tanta visitatione securus, per medios custodes prosiliit, et per abrupta montium, per defossa terrarum, jam paene liber evaserat.

Ceterum, quia Dominus in hoc novo miraculo et sanctum suum Aegidium aliquanto sublimius prae aliis miraculis inaltare et de fideli paupere fideliorem reddere disposuerat, passus est et hac vice quatenus jam erutus inter manus iterum incideret impiorum. Nam dum se, prout dictum est, quasi securum crederet, vagabundus erraret, ab apparitoribus domini, qui olim ipsum concluserant, non sine plagis plurimis captus est ac detentus, et longe pejus quam antea obscuriori carceri misere mancipatus, et qui bis aliquando in septimana gustaverat, nunc certe vix vel semel infra dies septem aliquid praelibabat. Immo super haec omnia, timens qui eum ceperat ne fuga simili laberetur, qui fundum tandem quaesiverat, animam extorquere disposuit, ut vel sic liberius potiretur quo vellet. Tunc conventu plenario coram optimatibus aliis et innumera populi multitudine, ut majestatis reum et latronem perpublicum per falsos testes aliquot suspensioni dignum, sic insolenter miserum condemnavit. Cumque diem statueret qua cruci cruce dignus innocentem levaret et quaeque necessaria ad tam truce * martyrium furibundus pararet, miser ille * *sic* quid ageret penitus ignorabat, dicens se jam indignum quem sanctus Aegidius adjuvare deberet. Non tamen in fide haesitans, instantius orare contendit: *Sancte,* inquit, *Aegidi, adjuva me.* Dum ecce tyrannus ipse, cujus voluntas carnificina erat et mendacium velamentum, sese in medium carceris tamquam lupus in agnum in ipsum fecit insultum: *Eia,* inquiens, *quem reclamabas Aegidius veniat nunc, liberet te, si vult.* — *Poterit,* inquit ille, *si vult.*

Sed quid plus? Uno totum volo dicere verbo. In praesentia innumerabilium coram ducibus et tyrannis ducit ad furcam, miserum ligat, sicut est moris, forti fune suspendit et suspensum dimisit. Miser tamen voce quali poterat: *Sancte,* inquit, *Aegidi, succurre mihi, succurre.* Et sanctus inquit ad eum : *Non ego te desero, fili, neque derelinquo; nihil me praesente mali perpeti poteris.* Et haec dicens, fune ceu filo confracto, cecidit et illaesus. *Quid*, infit tyrannus, *hoc est? Iterum crucifigite*, dixit. Et est iterum crucifixus. Cecidit [et] hac vice sanus. Iratus ad hoc ultra quam credi possit tyrannus dixit apparitoribus : *Restinguam meum incendium certe vestra ruina, si magum*

istum cadere iterato permittitis. Fune igitur renovato, tertio suspenderunt. Quem similiter sanctus tertio cadentem eripuit. Quem, sicut ipse rettulerat, suspenderunt et quater jam nimis confidenter alta voce clamantem : *Sancte pater Aegidi, libera me.* Sed et nunc liberatus est in momento. Tunc populus, tanta mirabilia cernens, nomen sancti Aegidii una voce clamabat : *Et nos, pater Aegidi, tuos famulos adjuva ; nam omnes tua vidimus mirabilia hodie.* Et conversus pariter ad tyrannum, sub interminatione praecepit ut servo sancti Aegidii et fundum restitueret et libertatem plenariam ilico redonaret. Pavens ad haec Theodoricus ac vehementer admirans, noscens reatum suum, culpam suam saepius coram cunctis clamavit, et honorem hominis quem abstulerat, et nonnulla insuper dona concessit, rogans multum et supplicans ut ad domum sancti Aegidii veniat eique grates referat libertatis, et pro peccato quod in eum commiserat veniam impetrare dignetur.

Quod mandatum ille gratiose suscipiens, antequam domum propriam viseret vel parentes, discalceatis pedibus, laneis vilissime pannulis circumtectus, retortam gestans manibus signum suspensionis, ut ad Sanctum Aegidium pergeret iter cepit. Sed in diebus illis Chunradus imperator Romanorum augustus, qui regno Theutonicorum feliciter praesidebat, hominem hujuscemodi in via quam inceperat obvium fortuitu habuit. A quo causa praecognita, agens Deo gratias, hoc illi dederat in mandatis, ut omni mora seposita sepulcrum patris Aegidii et requireret citius et, quoad inde viveret, auctoritate sua censum annuum atque heredes sui quotannis certa titulatione persolverent. Profunde itaque pauper imperatori tunc supplicans, velociter sancti Aegidii coenobium adiit; ibique fusis lacrimis multis, Deo et sancto Aegidio grates innumeras persolvit. Sed et seipsum inibi in servum tradidit sempiternum et de honore illo, quem cum vita simul ab imperatore caelesti per sanctum patrem Aegidium rehabuerat, decem suae monetae solidos eidem patri piissimo, tam ipse quam sui heredes, in perpetuum impensionis signum in scriptis etiam dare annis singulis legaliter gratioso nimium animo obligavit. Amen.

f. 109r **22. De quodam ter suspenso nihilque mali passo** (1). — Contigit quodam tempore quendam Theutonicum, nomine Brunum, ex Ciza civitate (2) indigenam, cum ad quasdam properaret nundinas, a quo-

(1) Hoc miraculum contigit quo tempore Bosaviensi monasterio praeerat Guirardus abbas (cfr. finis huj. num.), sed nomen istius non comparet in chartulario Bosaviensi (ed. ap. Schoetten et Kreysig, *Diplom. et Script. Hist. Germ.*, tom. II, p. 418 sqq.) nec aliunde notum est (cfr. ibid., p. 468). — (2) Zeitz in Saxonia ; cfr. H. Oesterley, *Hist.-geogr. Wörterbuch des deutschen Mittelalters* (Gotha 1883), p. 793.

dam milite, qui Ancelinus dictus est, injuste nimium captum fuisse. Ipse namque dudum in iisdem nundinis unum latrocinio non parvi pretii perdiderat equum; sed cum in hujusmodi factum nullum sibi posset habere suspectum, de hac amissione nimium anxius, hominem hunc, de quo loquimur, inibi obvium habens, absque percunctatione aliqua, quasi reus latrocinio teneretur, capiendo secum duxit. Qui mox suis exutus vestibus et ab apparitoribus praedicti militis diu multumque calcibus et verberibus afflictus, demum cuidam intolerabili, quod illarum partium homines rotam vocant, ad torquendum trahitur supplicio. Cujus infelicia membra cum fere per trium horarum spatium collisa nimium fuissent et confracta, jam pro poenarum immensitate sibi magis mortem quam vitam fore credens, compendio cognita re cur captus et quare sic inhumaniter torqueretur, poenae suae actorem talibus alloquitur: *O,* inquit, *virorum illustrissime, o quem animi et generis clarum facit nobilitas, tua in me jam moribundo aperi, rogo, viscera misericordiae. Ne me infelicissimum sine culpa velis interimere, ne ex hoc forte tuum nomen diffametur gloriosum. Licet enim ego nec in hoc vel simili opere, sicut nec hactenus auctor, sic numquam alicui conscius esse voluerim, tamen quia Dei justitia, propriis in me excita culpis, huic me commisit infortunio, quicquid omnino pecuniae adunare potuerim, vobis, si placet, pro mei deliberatione paratus sum persolvere. Nam quid vobis utilitatis conferre poterit meum jam fere corpus exanime? Reddite igitur, reddite quod adhuc meae superest vitae, et si non mihi, saltem liberis, saltem meae miserae conjugi. — In cassum,* inquit miles, *talia prosequeris, nisi equum, quem mihi furatus es, reddere festines ; verum, si tuam negligendo salutem hoc usque in crastinum agere distuleris, scias te profecto vitam mane finire suspendio et interdum exquisitis tormentorum generibus usque ad internecionem affligi.* His dictis, nocte superveniente, ferreis vinctus vinculis nimium tenebroso retruditur loco.

Sed ubi se noctis tenebrarum caligine hinc inde obductum conspicit, et omne sibi humanum consilium penitus fore ademptum, ad divinum quibus modis poterat se tollit auxilium. Beati vero Aegidii non immemor clementiae, eum ante omnia ut suae miseriae dignaretur condescendere specialius ac frequentius implorabat, dicens : *Sancte,* inquit, *Aegidi, confessor Christi, cujus semper miseris, praecipue vero nostratibus, praesto solet adesse subsidium, mihi, quaeso, citius succurre misero, nec in his me oratorem tuum et peregrinum deficere patiaris tormentis; ne servi tui oblitus, in crastino flagitiosorum more innoxius finiar vita suspendio. Feceram nempe votum, domine, tua hoc anno sacratissima iterum adire pignora. Sed ecce, nisi tua praeveniat clementia, jamjam in tanto discrimine positus, corpus nostrum sua citius spoliabitur vita.* Haec et hujusmodi saepius replicans, lassa

somnus occupat membra. At ecce piissimum confessorem Aegidium cominus sibi conspicit. Cui tamquam ex consueta visione cognito dixit : *Bene venisti, athleta Christi, bene venisti: sic enim ducebam animo aestimabamque futurum. Gaudeo itaque quam plurimum, sancte Dei Aegidi, quia optato venisti, et, ut nunc perpendo, non me mea cura fefellit.* Ad haec gloriosus Dei confessor Aegidius, vultum et verba proferens angelica, hominem blande consolatus est, dicens : *Esto igitur, fili, amodo constans nihilque timoris habens, nec in aliquo terrenorum verearis potentiam, quia per me tibi caelestium solamen adest et praesidium. Verumtamen ad tuam aliorumque experientiam in crastino circa sextam diei horam patieris suspendium, non tamen ad mortem seu periculum, sed ut ex hoc Dei nomen exaltetur et glorietur per saeculum. Tu ergo tanti beneficii tuique voti non immemor, ad domum meam, ut promisisti, pergens, Dei cunctis enarra beneficia.* Et his dictis disparuit. Hic itaque homo expergefactus prae gaudio, minime oblitus quae in somnis viderat, ilico quas potuit Deo et beato Aegidio grates referre studuit. Et circum se prospiciens, quae paulo ante cum ingenti diligentia clausa fuerant et opilata, reserata cuncta videt et aperta, et qui prius nimium densa arcebatur caligine, nunc lucis et aeris circumdatur splendore.

Clarescente igitur die, memoratus miles, nullatenus ardorem suae ferre valens avaritiae, suos sibi adesse jubet servos. Quibus adstantibus ait : *Quoniam flagitiosus ille de salute sua tractare dissimulat et in meum damnum et contumeliam equum quem mihi furatus est reddere dedignatur, ideo vos, amici mei et familiares, ite velocius meamque in illo vindicate injuriam. Illum, inquam, a domo in qua hac nocte pernoctavit turpiter educite, insolitae altitudinis juxta viam publicam trabes erigite, in quibus eum absque mora firmius suspendite, et hoc facto ad me, donariis meis ob hoc admodum remuneraturi, redite.* Absque mora jussum perficitur. Nam velocius a carcere eductum, fasciatis ex more oculis ejusque collo fune apposito, in eminenti trabe suspenditur. Sed ecce ineffabili Dei potentia, beati quoque Aegidii pia interventione, repente restis pervalida quae collo ejus inhaerebat, non sine magno strepitu divisa per medium, hunc mirum in modum, velut quibusdam suffultum gradibus, solo reddit incolumem. At vero ministri, hoc sua factum credentes imperitia, sese in hoc multum invicem redarguentes, majori quam prius diligentia et studio et fortioribus vinculis secundo suspenditur. Verum nunc eodem ordine quo prius illaesus terrae rediit. Quo viso, quidam de assistentibus, his quibus hoc factum re et ordine injustum claruerat et crudele, cum animi tripudio et vocis alacritate Deum glorificantes, asserebant Dei per beatum Aegidium factum esse miraculum. Alii vero contra, fautores videlicet et actores hujus sceleris, diabolica utique excaecati

perfidia, sinistra assertione praedictam veritatem subvertere conabantur, dicentes non sine incantatorum praestigiis talia et tanta ab illo tam debili scindi potuisse vincula. Quid plura? Tandem resumptis viribus, nonnullis etiam ad se adjunctis sociis, vinculis quoque reintegratis ejusque collo applicatis, tertio exquisitissime suspendio traditur. Post haec celerius sub eo scala seposita aliisque ex more sustentaculis, illum in tali suspendio velut jam mortuum deserentes, laeti nimium ex tali negotio, sua quique repetunt loca.

Nunc etenim ad terram, quemadmodum prius, non est redire permissus. A sexta namque, qua suspensus est, hora usque ad horam diei sequentis tertiam, ut nobis ipse cum quam plurimis sub fide sua et juramento rettulit, sine aliqua sui corporis sic suspensus mansit molestia. Nam per omne quod illic pendens egit spatium, gloriosi confessoris Aegidii ei, ut antea promiserat, adesse sensit adjutorium. Funis namque, qui collo ejus velut ad necem inhaerebat, adeo Dei summa virtute per beati Aegidii merita omne stringendi perdiderat officium ut nullius penitus passionis in ejus carne posset discerni vestigium. A frigore quoque, cum hiems esset, et ab omni aeris intemperie atque nocturno timore ita tutus intactusque permansit ut nullam in aliquo pateretur molestiam.

Alterius autem diei summo diluculo vir honestus et per cuncta laudabilis, Guirardus nomine, abbas monasterii Sanctae Mariae, quod situm est in insula quae Bodoa (1) dicitur, hac qua hic suspensus fuerat forte cum suis iter agebat. Qui hunc eminus longe prospiciens, cum illum adhuc vivere revera cognovisset, ei parumper appropians, cur et a quo suspensus fuisset, et quomodo adhuc viveret, protinus requisivit. At ille ei ilico causam et nomen vitaeque suae modum aperuit. Vir itaque Domini, hoc audito, prae facti magnitudine profusis lacrimis, cursu velocissimo quo memoratus miles degebat properat. Quo invento, quae viderat ei cuncta per ordinem innotescit. Quibus miles nimium perterritus, reatus sui turpitudinem et magnitudinem lacrimabiliter confessus, ipse pariter et abba venerabilis cum ingenti utriusque sexus populo et aetatis ad hunc deponendum ire contendunt. Ad quem igitur cum venissent et sic esse per omnia ut senior dixerat comprobassent, miles ejusdemque ministri, extemplo solo prostrati, cum fletu et magnis vocibus hoc sibi a beato Aegidio indulgeri postulabant. Interea vero quidam assistentium, scalam quam erexerant ascendentes, alii illum a vinculis expediunt, alii ad terram deponunt. Ubi eum diligentius intuentes, mirabantur nimium post tam longa inedia et longum suspendium et post tam varios ac multiplices poenarum cruciatus sine palloris seu trepidationis signo ejus

(1) Bosau, prope Zeitz; cfr. Oesterley, op. cit., p. 82.

corpus inveniri. His ita gestis, ab ipsis mox cum honore et alacritate induitur vestibus, quibus ipse nuper captus inhoneste et cum tristitia spoliatus fuerat.

Spernens vero munera quae sibi miles offerebat, accepta tantum fasciola et quadam parte cordarum quibus suspensus fuerat, memorato abbati gratias agens ac ejusdem accepta benedictione, beati Aegidii peregrinus et servus iter aggreditur. Die igitur natali sancti Hieronymi, egregii oratorii subintrans limina, quae secum in argumento fidei deferebat, ejusdem super altare posuit; quae utique usque ad praesens ante sacrosanctum corpus patris nostri Aegidii suspensa reservantur. Haec nunc de isto dicta sufficiant.

f. 114r **23. De quodam captivo a carcere et vinculis erepto.** — Cum omnipotentis Dei opera, quae longe lateque per orbem terrarum meritis beatissimi patris nostri Aegidii gesta sunt, devote suscipiamus, multo celebriori ac perspicaciori intentione ea quae in Alemannia facta sunt suscipere debemus, ob fidem et devotionem quam erga Deum et beatum Aegidium indigenae habere merentur. Quanto enim gens Alemannorum majorem beato Aegidio exhibet devotionem, tanto ab eo copiosioribus illustratur miraculis. Quae humana mens, mole carnis gravata, licet plenarie ad memoriam reducere nequeat, tamen quoddam miraculum narratione dignum, quod precibus almi patris Aegidii nuper factum et multorum testimonio approbatum cognovimus, in medium ducere cupientes, ad posterorum memoriam scripto tradere curavimus.

Erant siquidem duo nobiles in Alemannia instinctu diabolico ad invicem dissidentes; quorum uterque cum victoriam de altero habere arderet, multitudinem militum sibi in adjutorium tam pretio quam precibus conjungere conabatur. Alterius istorum nobilis quidam, de archiepiscopatu Maguntiae civitatis natus, nomine Aloycus, cum fautor et fidelis adjutor comprobaretur, quadam die medium perambulans iter, in manibus inimicorum forte prolapsus est. Qui cum gaudio illum suscipientes, ad quandam villulam, quae non longe aberat, perduxerunt. Ibi eum in custodia positum per septem dies tenuerunt, ita quod nullus suorum aliqua ratione vel aliquo sensu percipere potuit ubi esset aut quid de ipso contigisset. Septima autem luce clarescente, multum pecuniae ab eo se recepturos sperantes, ad quoddam castrum natura et artificio munitum illum transferre disposuerunt. Quo captivus ductus, in carcerem, qui in fundo turris valde horridus subsidebat, geminis catenis innexus retrusus est. Cumque ibi detineretur, saepissime dicebat eis qui eum ceperant ut educerent illum de illo tam horribili carcere, omnia quae habebat recepturi. Illi vero, magis opprimere quam liberare eum volentes, dictis suis obtemperare nolebant.

Ipse vero, videns omne humanum consilium sibi fore ademptum, coepit animadvertere qui sanctorum Dei majorem gerant sollicitudinem circa miserias hominum relevandas. Cumque haec intra se revolveret, igne divino compunctus, beatum Aegidium, cujus precibus multos a variis languoribus et periculis pristinae sospitati reintegratos cognoverat, sibi in auxilium saepe ac saepius invocabat. Quadam nocte diei sabbati, cum eum more solito ut sui misereretur oraret, post orationem, nimio dolore confectus, modico sopore alleviatus est. Adhuc eo dormiente, ecce lux immensa, beato Aegidio interveniente divinitus missa, totum carcerem irradiavit, ita ut nihil penitus obscuritatis in eo remaneret. Cujus splendore a somno excitatus, omnia meritis beati Aegidii ad sui ereptionem parata conspiciens, tanti patroni roboratus praesidio, cernentibus custodibus carcerem egredi festinavit. At ubi foras egressus est, portam quae a castro educebat, velut ignarus loci illius, invenire nequiens, summitatem murorum turri adjacentium conscendit. Quo procul terram nimium intuens, cum paululum resedisset, tandem omnipotenti Deo et liberatori suo Aegidio se commendans, terrae supra saxorum fragmenta praecipitem dedit. Quorum asperitate omnia ejus vestimenta fere attrita sunt, ipso tamen nihil penitus laesionis passo. Ille vero, a loco quo ceciderat surgens, arreptum peragens iter, ad alium murum non minoris altitudinis priore pervenit. Cujus superiora sicut prioris adeptus, auctore omnium annuente ac confessore suo Aegidio famulante, ad terram prosilivit. Qui cum nihilominus in magnis acervis lapidum corruisset, ac si eorum duritia in plumarum mollitiem converteretur, nihil mali passus est.

At vero inde recedens cum reverti ad propria vellet, ad quoddam nemus mirae magnitudinis perductus est. Quo cum huc illucque errans agitaretur, ecce divina dispensatione duo juvenes cum quodam jumento ei occurrerunt. A quibus quis esset aut unde veniret interrogatus, respondit se natione Theutonicum esse et Aegidii precibus a vinculis fore ereptum, nisi illius nemoris impedimentum obstitisset. Quo audito, benigne eum consolantes, super jumentum suum posuerunt et usque ad quendam locum satis decorum perduxerunt; ibique corporis necessaria honorifice praeparata eidem administraverunt. His expletis, ille qui liberatus fuerat, a praecedenti labore et angustia consumptus, somno oppressus est. Die autem crastina, a somno excitatus, cum eos qui sibi ministraverant apud se requirens, disparere cognovit. Inde consurgens, redemptori omnium et beato Aegidio pro concessa libertate gratias agens, ad paternam domum cum gaudio remeavit.

Postea vero, aliquot diebus evolutis, omnibus quae in domo sua erant dispositis, ad beati Aegidii sepulcrum cum quibusdam compatriotis suis pro ereptione sua gratias redditurus advenit, et in

testimonium beneficii sibi collati duas catenas, quibus vinctus fuerat, attulit; quas nos cum gaudio suscipientes, ad futurorum memoriam in templo ejus suspendimus. Post haec universo populo ad ecclesiam convocato, nos hujus rei ordinem ante sacrosanctum beati Aegidii corpus ab ipso qui captus fuerat audientes, multis etiam aliis rem se ita habere attestantibus, omnipotenti Deo, qui non deserit sperantes in se, et beato Aegidio miserorum consolatori pro tam mirabili facto grates immensas exsolvimus. Quod quicumque audierint, mirabilem Deum in sanctis suis et ejus confessorem Aegidium ore et corde laudent et benedicant, ut ad supernae pacis gaudia, beato Aegidio interveniente, pertingere valeant, ipso praestante Jesu Christo Domino nostro, cui est honor et imperium in saecula saeculorum. Amen.

f. 117r **24**. Mirabilis Deus et in sancti sui Aegidii miraculis gloriosus in Alemanniae finibus multis eum facit insignem virtutibus. Inter quas ad incitandas fidelium mentes hoc sequenti miraculo dignatus est suos recreare fideles.

Fuit igitur in Alemannia infra terminos Salzporciensis episcopatus miles, nomine Ebrardus, quem genere nobilem et vita probabilem et nobilium sociorum auctoritas et venerabilis vultus testabatur proceritas. Is cum pro fidelitate domini sui strenue contra hostes in praelio ageret, sinistro eventu inter hostiles manus omni bellorum apparatu armatas dilapsus est. Statim utrimque rapitur, et hic gladiis tunditur, illic manibus trahitur, et furoris sui gladios in eum quisque vibrare nitebatur. Tunc Manegotus, domini sui hostis et hostilis exercitus princeps, malens eum diversis et inauditis poenis prius cruciari quam brevi morte finiri, ad castrum suum Daneburgum (1) jussit miserabiliter trahi. Mox ligatis post tergum manibus illuc captivus ducitur et in munitissimae turris fundo retruditur; ubi in pariete defixa erat catena ferrea, ad hoc scilicet ut quicumque captivus ea ligaretur, non ulterius ab ea dissolveretur donec ibidem miserabili morte moreretur. Hac ipsa ligatur et nodis durissimis constringitur, ea videlicet intentione ne sibi ulterius spem evadendi hoc periculum vendicaret. Nec tamen in turris munitione nec catenae ferreae nodis confisi, eum magnis compedibus alligant et decem custodes ad custodiendum eum deputant.

In his angustiis positus et miseriis afflictus per quindecim hebdomadarum spatium, nihil sibi prosperum, nihil utile nihilque non inimicum; omnia sibi adversa, omnia aspera, omnia amara, ut mos est hujusmodi captivis, esse videbantur. Nullum sibi solamen inerat,

(1) Seu Thanberg, cujus nominis plura reperiuntur oppida vel castella in Bavaria et Austria (Oesterley, op. cit., p. 681).

sed hostium horribilis indesinenter apparebat aspectus, a quibus cotidie aut laedi aut occidi pertimescebat. Interim vero de liberatione sua sollicitus erat et, quibuscumque modis poterat, sese quantaevis pecuniae obici perquirebat. Qua enim intentione in catena ferrea missus fuisset nondum noverat, sed adhuc datione pecuniae aut aliquo alio modo se liberari posse sperabat. Quamobrem Manegotum, a quo captus tenebatur, miserabiliter ut sui misereretur coepit rogare, dicens: *Precor te, mi domine, ne me tantis tamque diris suppliciis velis interimere, quem generis nobilitate et rerum opulentia nosti affluere. Mortem nec merui; et si quid mali tibi aut tuis aliquando intuli, per quindecim hebdomadarum dies poenis afflictus, miserabiliter lui. Rerum itaque mearum ac possessionum, quibus abundo, accipe affluentiam, neque morte mea tuam exsaturare desideres iram. Obice me quantae volueris pecuniae, et de poenis corporis mei hactenus satiatus, jam de divitiis meis exsaturare.* Cui Manegotus respondit: *In ventum verba diffundis et nimium erras, si animum meum pecuniis tuis emolliri aut statutum falsa pietate immutari posse confidis. Ideo enim hac catena te alligavi, ut tibi ulterius evadendi de manibus meis spes nulla remaneret. Qua quicumque captus umquam catenatus fuit, nulla eum res de manibus meis nisi mors, quae vitae est ultimus finis, eripere potuit. Quapropter tibi aliter consule; quoniam sub juramento tibi polliceor statutum meum nullo modo mutari posse. Hoc pro certo habe, quod quamdiu vixeris, ab hac catena evadere non poteris.* Tunc miser, ejus cognoscens pertinaciam, omni destitutus auxilio, velut jam vitae diffidens, lacrimarum profusus est fluvio.

Videns itaque nihil aliud sibi imminere nisi vitam miserabilem aut mortem infelicem, penitus de humano diffidens auxilio, salubri usus est consilio. Recordatus enim quod multis in consimilibus angustiis constitutis per beati Aegidii preces et merita saepe divina subvenisset misericordia, genis magno lacrimarum imbre perfusis, ut sibi in mortis angusto collocato sanctus Aegidius subvenire non dedignaretur genu flexo coepit orare. Cumque sanctum Aegidium iterum atque iterum humiliter flagitando et lacrimabiliter exorando nominaret, die quadam, circa meridiem post prandium, custodibus omnibus necessario sopore depressis, splendor subitus et radio solis non impar et quem oculus alicujus hominis tolerare non posset, in turri in qua captus tenebatur enituit. Statim qua ligatus fuerat catena confracta est, virtutemque sibi sensit adesse divinam. Adhuc tamen compedibus ligatus, exeundi non habuit libertatem. Tunc pium confessorem eo exorante et saepius invocante, compedes a pedibus ejus dissilierunt. Quibus acceptis, splendore nondum deficiente, somno etiam qui custodes oppresserat sibi famulante, laetus consurgens, quam numquam prius viderat scalam vidit erectam, usque ad summum turris

pertingentem. Per quam gradatim enisus, usque ad superiora ascendit. Unde nimiam turris prospiciens altitudinem, captum sese ut prius fuerat pertimuit. Tamen sanctum Aegidium oratione et lacrimis sollicitare non cessans, votum vovit, quod, si sese ab hoc periculo liberaret, non post multos dies ei laudes et gratias redditurus sepulcrum ejus devotus adiret. Sed omnipotens Deus ejus preces et vota minime despexit, quod eodem momento aperte manifestavit. Mox etenim ut votum vovit precesque fudit, vocem sibi dicentem audivit: *Per Aegidii merita, quem tam frequenter invocas, nil mali passurus, te ad terram ab hac turri sine mora praecipita.* Tunc intrepidus, sancto Aegidio se commendans, ad terras se ire dimisit; nilque plus mali passus est quam si cubiti unius passu de loco uno ad alium pedem transmutasset. Ubi securum se et a tot periculis liberum putans, laetus coepit abire; sed abeunti alterius altissimi muri, quo turris per gyrum cingebatur, [obicitur] * immane praecipitium. Anxius itaque, nec tamen desperans, iterum atque iterum sanctum coepit invocare Aegidium, ut qui numquam deserit sperantes in se, sibi nunc subvenire dignaretur. Et statim vocem sibi dicentem audivit: *Noli timere; sed ascende hunc murum et tutus ad terram te dimitte. Aegidius enim, quem invocas, ab omni laesione te conservat et comes erit itineris tui usque in patriam tuam.* Murum itaque resumptis viribus conscendit et sine timore, sancti Aegidii invocato nomine, se ad terras ire dimisit. Cum autem caderet, non est conlisus, quia Dominus supposuit manum suam. Deinde omnipotenti Deo et sancto Aegidio, cujus erat gratia liberatus, gratias agens, triste captivitatis suae solum laetus relinquens, immensi nemoris et, ut referebat, v dietarum spatiis porrecti, semitas subintravit.

* *vocem legere nequivimus.*

Eo autem iter agente, custodes expergefacti, quo captus abisset solliciti perquirebant. Cujus nulla vestigia vel signa invenientes, ingemiscentes se ebrios nimium obdormivisse, nuntiaverunt domino suo captum aufugisse. Magnus statim fit in castro tumultus, et alii exitus anticipant atque alii arma capessunt. Procedit armata acies et equestris pedestrisque turba egreditur. In nemore illum latere autumant, et eadem semita qua gradiebatur unanimes insequuntur. Quid plura? Ab eis fessus et tardus gressu capitur, invitus retro trahitur. Sed miro et ineffabili modo Aegidii, quem exorabat, virtus ei subvenit; nam inter Manegoti manus trahentiumque aspectus evanuit. Statim ab eorum manibus ereptus, velox pro posse suo per nemus advolat. Manegotus autem et sui, nescientes qualiter de manibus eorum evasisset mirabantur; excaecatis enim mentibus, Dei virtutem nesciebant. Ferociores itaque animo facti, velociter insequuntur et capiunt, sed frustra. Eo enim ordine quo prius, iterum atque iterum ab eis evanuit. Tunc tanto labore quassati, indignantes se ter

ita frustratos, tristes ad propria redierunt. Ipse vero dulce natalis patriae solum laetus intravit.

Paucis autem evolutis diebus, venerabilibus sociis comitatus sepulcrum sancti Aegidii juxta votum devotus adiit, compedes attulit, rem gestam per ordinem declaravit. Ad vocem praeconis magnus utriusque sexus in ecclesiam populus confluxit, laudes omnipotenti Deo conventus qui tunc aderat decantavit, cui est honor et imperium in saecula saeculorum.

25. De quodam milite liberato. — Ad aeterni regis laudem, a quo omnis est bona actio, pertinere creditur quicquid per sanctorum suorum merita conditor omnium operatur. Quapropter ad cumulanda gaudia bonorum et ad incrementum fidei non est silentio praetereundum quod fidelium virorum assertione probatur. f. 118v

Fuit igitur in ea Alemanniae parte, quae Baveria nuncupatur, miles quidam, nomine Bertuldus, qui sicut genere nobilis et divitiis locuples, ita quoque moribus bonorum erat coheres. Is dum forte ab uno castro ad alterum iter faceret, sinistro casu in cujusdam nequissimi militis, nomine Ebrardi, quem suum arbitrabatur esse amicum, incidit insidias. A quo praeter spem captus atque ad castrum Marpagum saevissime tractus, ferreis et magnis compedibus ligatur et in obscurissimi carceris angusto retruditur. Ubi cum jam per mensem integrum famis, sitis, frigoris ac pessimi fetoris multas passus esset molestias, pretio pecuniae sese obici expetebat. Expositus itaque l. marcarum argenti pretio, testatur sese tantam nullo modo posse dare pecuniam. Is vero qui sine causa eum ceperat, pretium redemptionis ejus per singulos dies, potius quam minueret, augmentabat. Ad ultimum vero circumventor ille, avaritiae ligatus habenis, ad fletus miseri manens immobilis, dicto obstinavit non aliter eum posse evadere manus ejus nisi ducentas persolveret marcas argenti.

Hac denique captivus audita obstinatione, affirmat sese nullo modo tantam habere posse pecuniam; sciensque sibi nihil profore humanum consilium, ad divinum confugit auxilium. Recordatus etenim divinae miserationis et miraculorum quae per pium confessorem Aegidium visibiliter Deus operatur in terris, in solo Deo et meritis beati Aegidii omni spe sua posita, magno lacrimarum imbre perfusus omnipotentem Deum et sanctum Aegidium coepit invocare, dicens: *Misericordissime Deus, caeli et terrae plasmator, ante cujus oculos omnia nuda sunt et aperta, cujus bonitas omnem odit malitiam, cujus intuitum carceris hujus non obscurat caligo, qui ingemiscentibus et confitentibus peccata dicis: Ecce adsum, inclina ad me misericordiae tuae oculos, ut videas quantam injuste patiar injuriam: et adesto mihi misero, cui, nisi tua subvenerit misericordia, sola mors hujus periculi imminet finis. Miserere igitur mei, Domine, et per beati Aegidii merita educ me*

de hac miseria, ut in corpore mortis hujus ejus merear videre sepulcrum. Deinde ad sanctum Aegidium oratione conversa, cum lacrimis dicebat: *Serve Dei Aegidi, captivorum liberator assidue, debilium fortitudo, navigantium portus, omnium in tribulatione positorum refugium et tutela, solita pietate mihi misero subveni, ut desideratissimum sepulcrum tuum priusquam moriar videre valeam et osculari. Obtine apud Deum, piissime pater Aegidi, ut hujus hominis valeam manus evadere. Audivi namque tibi caelitus a Deo promissum quod se semper tibi praebebit exorabilem.* Cumque his et hujusmodi verbis orans et plorans a quarta feria usque ad horam nonam sextae feriae nocte dieque vigilasset, vigiliarum et fletus labore depressus, quasi dormitare sedens, jacere enim non poterat, incepit. Cumque nec vere dormiens nec vere vigilans, semiclausos haberet oculos, aspexit in carcere splendorem nulli splendori, ut ipse fatebatur, secundum; et cum ipso splendore vidit virum statura decorum, aetate senem, veste et canitie cygneum, ad se clauso carceris ostio introeuntem atque dicentem: *Quid hic moraris, Bertulde? Vade securus et liber.* Cui Bertuldus: *Domine, quis es? Aut quo me compeditum clauso carceris ostio jubes exire?* Cui vir ille: *Ne timeas; egredere securus et liber, quia per ejus quem invocasti merita carceris hujus ostium tibi patebit, nec eunti tibi quisquam nocere valebit.* Quo audito Bertuldus, optime vigilans, vidit eum manifeste, splendore quidem adhuc manente sed paulatim decrescente, clauso ostio exeuntem.

Hac autem sibi divinitus ostensa visione, non statim liber fuit nec exire temptavit, exspectans juxta visionis promissum ut ostium sponte pateret. Proxima itaque feria secunda, circa horam nonam, forte praedo ille nequissimus a rapina, ad quam ex more exierat, cum suis sine laboris fructu redierat, armisque sepositis, cum militibus et omni comitatu suo in aula sua consederat. Tunc, Bertuldo orante, ostium carceris sponte patuit, virtus divina adfuit, clavos de compedibus cadere sensit compedesque dissolvi. Dei igitur adjutorio fretus, acceptis compedibus exivit per aulam; vidente Ebrardo et omnibus ejus iniquitatis ministris, hora nona transivit. Cumque manifeste egrediens, per plateas castri multos obvios haberet, nec in aula nec in toto castro quisquam fuit qui ei nocere valeret. Relicta igitur captivitatis patria, ad domum propriam conversus, post aliquantum tempus, venerabilibus viris id attestantibus comitatus, sepulcrum sancti Aegidii adiens, compedes afferens, votum simul et desiderium cum gaudio complevit.

f. 119v **26. De duobus militibus a vinculis mirabiliter expeditis.** — Pluribus undique confluentibus qui de multiplici mortis exitio variisque periculorum generibus meritis sancti confessoris Aegidii cotidie relevari merentur, tantorumque frequentia miraculorum

nostra damnabilis segnities excita, cogitur tam unum de mille quam potius de milibus pauca litteris reservanda committere.

In finibus igitur Alemannorum forte inter ducem quendam, strenuissimi imperatoris Frederici fratrem (1), et cancellarium, ad episcopalem sedem Coloniae tunc temporis electum (2), dissensio gravissima exorta est (3). Denique ancipiti ac periculoso bellorum turbine maxima jam imperii parte involuta, contigit ut die quodam in cujusdam castri confinio hinc inde acerrime decertaretur. Qui igitur de praelati assultus injuria dolebant, hostium aciem audacter invadentes, duos fortes milites interceperunt; quos, auri sacra fame coacti, vivere permittentes, tamen ferreis vinculis condemnatos in turrem diligenter munitam detruserunt; quibus etiam usque ad novem viros in custodiam [deputantes] *, sollicite praecavebant ne qualibet arte [aditus] * illis evadendi pateret. Videntes itaque in carcere se immisericorditer tractari, victum quoque ac cetera humanis usibus necessaria paulatim sibi imminui et denegari, coeperunt apud se deliberare usque ad quantam pecuniae summam pro sua persolverent ereptione. Hostilem denique ferocitatem nimium circa se improbam fore cernentes, non solum usque ad tantum pecuniae quod vires eorum excederet promittere, sed etiam datis fidejussoribus persolvere attentius festinant.

* *voces legere nequivimus.*

Ad illum denique tota precum instantia se retorquentes qui absque argento et sine ulla commutatione solvere novit compeditos et alligare contritiones eorum, sanctum Aegidium pro se in caelesti curia lacrimabiliter advocatum constituunt, quatinus ope solita, qua ceteros juvare consuevit, ipsis etiam liberationis subsidium impendere non dedignetur. Interea, dum noctem quandam insomnem ducerent, locum carceris tenebrosum illustrari clara luce conspiciunt, nullo siquidem aeris vel materialis ignis officio, sed divina tantum agente virtute. Alter igitur eorum obstupefactus ad se religatam attrahens tibiam, ferrea statim vincula, quibus erat astricta, sponte solo prolapsa sunt; unde, cum in eisdem compedibus ambo pariter capti tenerentur, contigit et alterum similiter liberari. Foribus autem diligenter obseratis cum foras egredi non valerent, turris cacumen ascenderunt; et quamquam de custodibus duo tantum somno resoluti dormirent, nullus tamen penitus ex illis ipsos attingere nec saltem vocem proferre praesumpsit. Cujus itaque suffragiis a vinculis resolvi meruerant credentes se nihilominus illaesos posse servari, mittentes se deorsum, quod non mediocriter admirandum est, praeter naturae fragilis morem nihil penitus damni de carnis gravedine contraxerunt.

(1) Conradum. — (2) Rainaldum. — (3) Anno 1164; cfr. W. Giesebrecht, *Gesch. der deutschen Kaiserzeit*, tom. V, p. 407.

Eadem etiam luce, quae primum in carcere illis emicuerat, perlustrati, de vallo quo castrum ambiebatur iterum se praecipitantes, laeta mente ac viribus integris uterque ad propria regressus est.

f. 120v **27. De quodam bis suspenso et nihilmali passo.** — In eisdem quoque terrarum partibus eodemque tempore (1) contigit in villa quadam ut pecudes furtim dominis earum a latronibus subriperentur. Homines igitur illius, mente consternati, per se sive per nuntios huc illucque directos non tantum res perditas, sed etiam eos qui damnum intulerant studiosissime perquirere coeperunt. Tandem ex accusatione quorundam tres viros de hujusmodi facto aggrediuntur, quorum duo, quamvis ab hoc essent crimine immunes, forte tamen in consimilibus quandoque deliquerant; captosque diutius vivere non permittentes, absque mora plectendos ad patibulum vinctos trahere coeperunt.

Tertius vero, qui non meruerat tam ignominioso poenarum genere condemnari, voce pariter ac mente sanctum Aegidium interpellans, ejus se suffragiis liberari attentissime deposcebat. Cujus preces quoniam de fide processerant, optatum consequi meruerunt effectum. Nam dum esset suspendio cum ceteris condemnatus, illis statim ultimo flatu privatis, hic tamen diu vivens pependit, quousque laqueo disrupto ad terram corruit illaesus, quas poterat suo liberatori referens gratias. Confestim denique turba, quae huic intererat spectaculo, quiddam de judaicae infidelitatis faece praetendens: *Hic,* inquit, *reus est mortis; iterum crucifigatur.* Iterata igitur vice suspensus, diutius vivendo pendere ac pendendo vivere tam diu visus est donec iterum a vinculis absolutus, populo, qui ad talia undique spectanda confluxerat, jam ad propria redeunte, ad terram decidit, nihil penitus incommodi perpessus, sanctum Aegidium clara resonans voce. Quo viso, cuncti pariter caelesti virtute perculsi, tacti etiam spiritu timoris et pietatis, multimodas laudes divinae clementiae eidemque confessori reddebant, atque ingemiscentes rea coeperunt tundere pectora, idcirco praecipue quoniam semel caelesti gratia liberatum deinceps condemnari suggesserant. Liber igitur abire permissus, etiam nos mirabiliter de tantae virtutis praeconio in suo adventu laetificavit.

f. 121r **28. De quodam viro a latrone liberato.** — In Pictavensium quoque seu Tolosanorum provinciis quot quantisque virtutum beneficiis saepe claruerit idem confessor, a memoria excidit mortalium, qui, secundum Apostoli prophetiam, a veritate quidem auditum avertunt, ad fabulas autem convertuntur. Verumtamen pauca quae subscribimus, ut mirabiliter facta, ita et per fideles viros fideliter nobis reminiscimur fuisse relata.

(1) Itaque circa an. 1164.

Latro quidam, audax animo ac fortis viribus, malignandi etiam arte nimium ingeniosus, neces hominum rerumque saepissime depraedationes agendo adeo vicinia Caturcensium infestabat ut non solum ex iniquitate infamis, sed etiam de crudelitate latius circumquaque terribilis haberetur. Dum igitur die quodam incautis insidias praetenderet ac nescientes capere moliretur, vir quidam, forte pro suo agendo negotio viam pergens, ejus improbis manibus comprehensus est. Quem cum ad nemorosa montana vinctum pertraheret, ut illic quicquid vellet tutius posset in ipsum exercere, idem vir, ut per ipsum postea didicimus, cernens vitam suam velut in momento stare nutantem, summa praecordiorum devotione sanctum exorare coepit Aegidium, ut qui propriis exigentibus culpis in imminentem deciderat poenam, exinde liberari solo meritorum suorum intuitu mereretur. Nec protrahitur mora diutius: cum latro praedictus nimia somni gravedine corripitur, gradumque figere compulsus, viro quem ceperat pedes ac manus post tergum multipliciter vinciens, quem etiam sibi vinculis annectens, ne scilicet aliqua ingenii astutia posset abscedere, confestim solo resolutus obdormivit. Nec ignarus vir ille caelestis auxilii, coeptae orationis replicans modum, sponte manus a tergo sibi tandem expediri praesensit, ac sic demum cetera facillime vincula resolvit. Supernae igitur propitiationis gratia compunctus, propriam ulcisci renuit injuriam; omnemque in se humanae iracundiae mitigans motum, ne videlicet divinae virtutis beneficium exitio criminoso foedaret, dimisso latrone, mente simul et corpore liber abscessit.

29. De quodam monacho a submersione erepto. — Quidam f. 121v
denique monachus, moribus et aetate admodum reverendus, cum Garonnam, quae Tolosanam praeterfluit urbem, transvadare temptaret, aqua fluminis, quae congestis imbribus intumuerat, cum equitatura quam subditam regebat involutus, per alvei decursum praeceps volutabatur. Cumque coepisset mergi, clamavit dicens: *Sancte confessor Aegidi, adjuva me;* statimque sensit se quasi a quodam viro sustentari et per umeros erigi, sicque incolumis aquarum attigit litus. Nec multo post huc voto reddendi grates accedens, talia non sine lacrimis nobis ex ordine declaravit.

30. De quadam Longobarda a daemone liberata. — Inter f. 122r
cetera quae Deus per gloriosum confessorem suum Aegidium operatur, contigit in Apulia, in episcopatu Tieti, in villa quae dicitur Artona *, anno incarnationis Christi $\mathrm{m^o c^o lx^o v^o}$, mense augusto, quandam Longobardam, nomine Gradam, peccatis suis et aliorum exigentibus a spiritu nequam fore arreptam. Cujus infestatione gravata, magis daemoniaco rugitu quam voce, modo latratus canum, modo ferarum mugitus imitabatur. Hanc autem cognati ejus et amici

* *vel* Arcona.

cum ita cernerent anxiari, aliqua capitis seu corporis incommoditate gravari arbitrantes, caput ejus in modum crucis incidi fecerunt.

Quod cum vir ejus nihil remedii ei contulisse videret, rei veritate comperta, suffragiis sanctorum eam posse relevari credens, ad apostolorum Petri et Pauli et aliorum oratoria, qui miseriis hominum compati comprobantur, ut ab ea precibus ipsorum spiritus immundus fugaretur, ducere utile judicavit. Hujus rei propositum adimplere cupiens, Romae eam cum adduxisset, et eorum sanctorum qui ibidem continentur super ejus salute auxilia eorum ecclesias visitando devote imploraret, ad ecclesiam beati Cleti martyris, quam mirandis insignem fama multorum didicerat, pervenit. In qua praefatam mulierem daemon more solito infestans, a quodam religioso ac laudabilis vitae viro adjuratus, nomen quo vocatur, Tempesta scilicet, indicavit, ac per nullum sanctorum nisi per beatum Aegidium a famula illa se esse fugandum respondit.

Post haec vir memoratae mulieris, ab illo qui zabulum adjuraverat ut eam ab beati Aegidii sepulcrum ducere festinaret benigne commonitus, ad locum ubi corpus illius sancti tumulatum est cum uxore sua medium iter peragens, ecclesiam sancti Domnini, quam multis clarere virtutibus audierat, orandi gratia ingressus est. Ibi vero eadem mulier ab hoste maligno cum nimium vexaretur, rursus daemon ab illa nullius nisi beati Aegidii interventu se propellendum affirmavit; quod et quaedam mulieres, quae hujus sancti beneficia postea petiturae venerunt, se audivisse testatae sunt.

Dehinc praefata mulier ad ecclesiam beati Aegidii a viro suo deducta, cum in cryptam inferiorem, ubi corpus ejus requiescit, introduci renueret, tandem eo die quo festum beatorum martyrum Donatiani et Rogatiani celebratur, daemone nimium renitente, quorundam viribus superata, ante venerabile corpus almi confessoris Aegidii perducta est. Ibi vero si quando evangelia ea audiente legerentur aut nomen Domini Jesu vel beatae Mariae vel beati Aegidii nominari audiret, adeo a daemone vexabatur quod terribile erat eam videri vel audiri. Fumus etiam turis et aqua benedicta si quando ei offerrentur, sicut de alio daemone in evangelio legitur, allidebat eam et spumare cogebat Fratribus vero ejusdem monasterii cotidie pro ipsa orantibus et universo populo devotissime supplicante, secunda die Rogationum, cum iterum evangelia super eam hora tertia legerentur, humani generis inimicus, Redemptoris plasma ulterius infestare nequiens, meritis beati Aegidii, divina annuente clementia, a famula illa, quam fere mensibus decem possederat, intolerabili fetore circumstantes et circumstantia corrumpens, confusus abscessit. Postea vero ipsam, quam prius, ut dictum est, affligi videramus, corporis incolumitate laetari cernentes, omnipotenti Deo et ejus confessori Aegidio pro tam mirabili facto grates immensas exsolvimus.

INVENTIO RELIQUIARUM

SANCTI ELIGII

FACTA ANNO 1183

et a teste coaevo descripta.

Narrationem hanc repperimus in codice olim Corbeiensi, qui postea transiit ad bibliothecam coenobii Sancti Germani a Pratis Parisiensis, inde in Bibliothecam Nationalem Parisiensem, ubi nunc inter latinos signatus est numero 12607. Codex iste, formae mediae, foliorum 224, descriptus est una manu extremo saeculo XII ac proinde ipso fere tempore quo contigit inventio: quam factam esse anno 1183 distinctissime indicat scriptor in coenobio Sancti Eligii apud Noviomum, abbate ibidem Rainaldo (1), hujusque monasterii se monachum et testem ac participem fuisse omnium quae a se narrantur non semel significat (2). Pauca ex ejus relatione vulgata sunt in *Gallia Christiana* (3), cetera adhuc inedita.

De manifestatione perae beati Eligii Noviomensis episcopi et miraculis in ipsa manifestatione ostensis.

1. Cum omnipotens Deus profusiorem gratiam sanitatum et curationum aliarumque virtutum beato Eligio confessori suo adhuc cum hominibus conversanti contulerit, eandem profecto post ipsius transitum non solum usque ad tempora nostra perseverare, verum etiam multiplicari tribuit et augeri. Ex illis tamen omnibus, quae tot evolutis annorum circulis aliquando non defuerunt, ea dumtaxat scripti beneficio * memoriae mandata inveniuntur quae in vita ejus a sancto Audoeno edita continentur. Quod autem postmodum usque in hodiernum subsecuta conscripta non sunt, for-

* *cod.* benedictio

(1) Num. ult. — (2) Numm. 2, 3, 4, etc. — (3) Tom. IX, p. 1058-59.

tassis ideo quia valde multa sunt. Si enim priores nostri scribendis illis operam impendissent, et voluminum vastitas enormis esset et prae fastidio multitudinis universos a lectione repelleret. Quia vero diebus istis per merita et interventiones beati Eligii mira quaedam assuetis longe praecellentiora et, ut ita dictum sit, miraculosiora in medio ecclesiae nostrae divinitus exhibita sunt, eapropter a quam pluribus viris timoratis Deumque sapientibus ingratum nimis et neglegentiae plenum reputatum est, si tam celebria supernae visitationis opera litteris non assignentur. Et revera nequaquam perfunctorie pensanda sunt Dei magnalia, quin potius indefessis attollenda praeconiis et interminabili laude perpetuanda. Quamobrem nos, quibus, licet indignis, tam glorioso jucundoque spectaculo concessum est astitisse, simplicem eorum quae vidimus tenorem quam succincte valemus memoriae futurorum tradimus. Primum quidem rerum gestarum perstringere occasiones existimamus congruum, tamquam nascituri fructus seminarium.

2. Confluente igitur ex more multitudine male se habentium ex adjacentibus longe lateque regionibus ad beati Eligii patrocinium, saepe et multum plures ex illis non parvis obsecrationibus insistebant quatinus de praefati sancti pigneribus aliqua solito digniora eis ostenderentur, sive de corpore ipsius seu quae ipsi specialius atque vicinius adhaesissent. Eo autem tempore in promptu non erat unde votis postulantium satisfieret, excepto uno de sandaliis ejus et cruce vetustissima auro gemmisque operta quae de opere manuum ipsius esse ferebatur; et haec quidem aegris advenientibus intuenda jugiter et osculanda porrigebantur. Porro ab antiquioribus auditum habe[b]amus quod in illa capsa, quae altari matutinali a sinistris supereminet deargentata, sacratissimae admodum reliquiae asservarentur. Non autem illos opinio prisca fefellit, sicut deinceps rerum exitus declaravit. Postquam enim fratres illi quibus delegatum erat ut adventantibus peregrinis debilibusque responsa darent et eis statuta obsequia peragerent, supradictas iterari et invalescere preces audierunt, tandem ad venerabilem abbatem

nostrum idipsum rettulerunt. Qui ascitis de fratribus suis consilium super hoc iniit, quid consultius atque commodius agendum foret indagare sollicitus fuit. Cui a nobis et ab his qui pariter vocati fuerant responsum est, bonum videri quatinus capsa illa, de qua superius mentionem fecimus, paucis adhibitis introspiceretur. In hujusmodi vero opera tota erat intentio nostra, ut augment[at]o reliquiarum numero devotio medelam implorantium nihilominus augeretur, aucta devotio fidem juvare[t], fides adjuta maturius et efficacius impetraret. Sic quoque factum est non post multos illos dies.

3. Prima namque die Rogationum, quae Dominicam Ascensionem praecedunt, memoratus abbas, assumptis secum duobus de fratribus suis secreto, cum artifice quoque propositae rei exsequendae necessario, saepedictam capsam jubet aperire, et cum debita reverentia introrsum reposita exponi. Ubi sane, non tamen ea quae seniorum nostrorum relatu didicerant, sed etiam multo plura cum metu et exultatione maxima reperta sunt. Metuebant quippe, suam attendentes indignitatem; gratulabantur vero propter diu optatam rerum insignium inventionem. Reperta est enim ibidem illa sanctissima beati Eligii pera, quae, dum adviveret, umero ipsius indesinenter suspensa, quocumque gradiebatur numquam ab ejus latere recedebat. Non habens utique hic manentem civitatem, sed futuram inquirens, advenam et peregrinum se fatebatur in terris, ut mereretur fieri civis et domesticus patriae caelestis. Sicque pariter in ipso comitabantur affectus cordis et effectus operis, ut quod fixum gerebat animo, foris etiam monstraret ex signo. Denique sanctus iste cunctis hominibus sui temporis ardentioris studii circa sanctorum corpora investiganda, efficacior ad invenienda, profusior ad honoranda et exornanda extitit. Non solum autem ipsorum corpora, verum etiam plurimorum sepulturas mirificis decorabat operibus atque pretiosis venustabat impensis. Dum vero corpora sanctorum in manibus haberet, reliquias ex eis prout ejus desiderabat animus, sibi sequestrabat, donec locis quibus destinaverat eas intulisset.

Unde in eadem pera paucula haec verba, diebus illis scripta, permanent adhuc ad legendum aptissima : *De Viromandensi, De Belvacensi.* Harum autem rationem litterarum sequentia plane dilucidabant. Cum enim sanctorum martyrum Quintini atque Luciani corpora de locis in quibus olim non tam tumulata quam abscondita propter metum infidelium fuerant, a beato Eligio elevata, populo jam fideli honorifice contemplanda redderentur et quasi de sub modio in medium et de sub cespite super candelabrum, Domini Ecclesiam illustratura, collocarentur, duos clavos non modicos, a tortoribus tempore martyrii sui corporibus eorum infixos, pro benedictione sibi segregavit et cum saepedicta pera velut in hereditatem nobis dereliquit. Simul namque clavi atque una de pontificalibus ejus chirotheca illic inventa sunt. Cetera autem pariter reperta, tam in ossibus quam in vestium particulis aliisque rebus, licet sacratissima fore non ambigantur, quoniam tamen de ipsis, quaenam essent, sufficiens certitudo non comparebat, sicut antea reposita conservantur. Illa vero paulo superius enarrata, de quibus nos antiquorum traditio certificabat, foris sunt retenta.

4. Post aliquot igitur dies cum abbati nostro visum foret ut quod gestum fuerat fratribus suis innotesceret, die crastino Dominicae Ascensionis quamplures de parochialibus presbyteris istius civitatis accersivit, adhibitis etiam laicis quibusdam, paucis tamen atque honestis viris. Inter ipsos itaque fuerunt qui episcopum quoque consulerent evocandum, quatinus haec ostensio et sollemnius ageretur et res ipsae majorem inde auctoritatem consequerentur. His ita ergo suggestis, abbas noster quid inde sentiremus sciscitatus est a nobis. Et nos quidem, advertentes hujusmodi carnales esse, utpote saecularium consultationes, prorsus obsistebamus, dicentes quia plerumque suffragia sectantibus humana subtrahunter divina, praesertim cum ea quae ad sanctos Dei spectant nostra non egeant assertione, nobis vero plurium opus est eorum propitiatione. Cavendum etiam valde in talibus ne subrepat avaritiae furor exsecrandus, ne se inanis

gloriae associet dolus, quae nonnumquam intentionem simplicis obnubilant oculi et ab hominibus avertunt saepius caelestis gratiam praesidii. Adiciebamus insuper beatum potius imitandum Eligium, qui et semper fugitans aurae popularis et omnis ostentationis extiterit et avaritiae fortissimus expugnator, aliena non ambiens, sua penitus Dei pauperibus erogaverit. Ideoque nutui divino totum committendum est, cui nil placet impurum, nullum fugit arcanum. His auditis, abbas tanto faciliorem assensum praebuit quanto nos aemulatores puritatis agnovit. Et quoniam qui ambulat simpliciter ambulat confidenter, in simplicitate cordis cum eis quos supra memoravimus oratorium ingressus est. Deinde sacerdotalibus indutus, saepe nominatas reliquias ad principale deferens altare, cunctis astantibus eas intuendas atque osculandas porrexit.

5. Sed o praeclara Dei virtus, o stupenda ejus dignatio, o admiranda ipsius dispensatio! Quam inaestimabiles viae ejus, quam incomprehensibilia judicia ejus! Mox enim ut haec actitari coeperunt, exiit sermo inter omnes ferme civitatenses quod in ecclesia beati Eligii pretiosae quaedam recenter inventae ostenderentur reliquiae. Qua de re invitati, cum festinatione incredibili concurrentes, jam dictam paene totam repleverunt ecclesiam, quae auditu compererant cernere cupientes. Viri ac mulieres, senes cum junioribus, cujuslibet aetatis, sexus ac fortunae, undique properabant; qui vero operis quippiam habebant, omnibus statim rejectis, praevenire se invicem accelerabant. O vere valida manus Domini! Quis enim tantam multitudinem tam subito in unum posset cogere, nisi ille solus qui, quando vult, corda multorum una tangit inspiratione? Hujusmodi ergo rumoribus incitati, qui variis afflictabantur incommodis advenerunt. Quorum quidem plurimi, mox ut sacrosanctas reliquias attigerunt, videntibus cunctis Deumque magnificentissime glorificantibus, curati sunt.

6. Inter quos affuit et quidam, nomine Raimundus, territorio Catalaunensi oriundus. Hic tam vehementi contractione * incurvabatur, ut si ad quaeritandum victum suum

* *cod.* contradictione

uspiam tenderet, sicut ipse perhibebat, caput suum ad lapides aliquantulum prominentes saepius offenderet, eo quod pede uno altius a terra illud attollere nequiret. Somnum vero, cibum vel potum sumere numquam nisi in latere uno accubans poterat. Tam miserabilis autem anxietatis nexibus decem et octo fere annis vexatus erat, sicut idem testificabatur. In urbe quoque Laudunensi atque in villa Sancti Quintini diu moratus, ab utriusque habitatoribus satis cognitus habebatur; sed circa proxime transactum pascha Noviomum se contulerat. Multa etiam loca sanctorum recuperandae salutis gratia circuierat, necnon in Angliam transfretaverat atque ad sepulcrum sancti Thomae martyris accesserat; sed omnipotens Deus curam illius beato confessori Eligio reservabat. Hic igitur, non tam vadens quam prorepens, turba sibi ex miseratione cedente, altare adiit, manus ad sanctas reliquias tetendit. Quas ut attingere posset, sacerdos qui easdem tenebat se et illas paulisper inclinavit. Sed ut eas manibus et ore contrectavit, repente divinitus sursum levatus, plene ac perfecte, ut ceteri hominum, erectus est et sanatus. Deinde ipse de se admirans et prae gaudio sese non capiens, hac illacque deambulabat, manus et oculos, quos tot annis non potuit, ad caelum levat, Deo et beato confessori Eligio immensas agens et saepius iterans gratias. Et ecce utriusque sexus turba multa quae convenerat, super tam insolitis visionibus attonita, statimque ex abundantia laetitiae in maerorem versa, lacrimis ubertim profluebant, pariterque conclamando laudibus Dei et beati confessoris omnium ora longius resonabant. In tanta quippe multitudine non erat mens quam pietas non emolliret, non erat pectus quod singultus non quateret; vix inveniretur cor quod suspiria non traheret, vix oculus qui aquam non deduceret. Erat cernere plerosque devotione ingemiscere et fere cunctorum animos in amorem beati confessoris inardescere. Videres verba plurimos incohare nec perficere, et melius affectum suum exprimere gestibus quam indicare sermonibus. Fidelis quidem erat interpres internorum qualitas facierum, et jubilus cordium nec dissimulari poterat nec

totus explicari. Quapropter universa ecclesiae signa pulsantur atque a toto conventu fratrum ejusdem loci Deo et beato confessori gratiarum actiones lacrimose simul et gaudiose decantantur. Praefatus itaque Raimundus, a tanta deformitate reformatus, quia ex ipsa rei novitate et longa dissuetudine aliquantisper debilis et nutabundus incedebat, seorsum propter tumultum populi repausandi gratia ductus est; cum enim omnes videre illum desiderarent, non modicam irrogabant ei fatigationem. Paucis autem diebus quiete potitus, tam plene solidatus est ut alacriter et expedite quaqua vellet discurreret. Mansit vero idem nobiscum usque post festum sancti Baptistae Johannis; deinde ad patriam suam revisendam, salutis reportans manipulos, se contulit. Sed his dictis, de Raimundo quidem jam omittendum et ad ea quae restant migrandum est.

7. Eodem quippe die quo Deus misertus est ejus, quidam hujus civitatis vicinus accola, satis notus, advenit, cujus manus jam dudum arida oneri potius dependens vacabat quam usui. Ubi autem illam aqua quam reliquiae tetigerant aspersit, continuo actionibus omnibus eam mobilem et habilem cunctis astantibus et nimis admirantibus ostendit. Quae ergo paulo ante domino suo inobsequens habebatur, nunc vero omnibus ejus nutibus promptissime famulabatur; sicque ex ea deinceps reddita incolumitati sine labore labores solitos, ut sibi videbatur, frequentavit.

8. Post haec autem paucis interpositis diebus, duae quaedam juvenculae, una quidem de Compendio, altera vero de Nigellensi castro, ad beati Eligii praesidium a suis allatae sunt. Quae nimirum tam infelici coartabantur aegritudine ut, ne dicam gressum figere, sed nec stare ullatenus praevalerent absque juvante. Nocte igitur insecuta, cum in oratorio beati confessoris excubias pro salute propria celebrarent, repentina super eas caelitus descendente medicina, se attollentes ac sine opitulante ad altare festinantes, illud insatiabiliter deosculantur, lacrimis rigant, totumque locum excelsis replent clamoribus. Quantum autem fletuum, quantum praeconiorum illic impensum est, referre supersedemus, quia

in opere tam sublimi quid agi potuerit et debuerit satis evidens est prudentibus. Mane igitur facto, auditis missarum sollemniis, multifariis etiam gratiarum actionibus redditis, ad propria cum inaestimabili gaudio non reportatae, sed regressae sunt.

9. Per idem quoque tempus factum est ut malignus spiritus quempiam juvenem forma elegantem, de territorio Coceiensi natum, immaniter invadens immaniusque possidens, horrende nimis in ipso et de ipso debaccharetur. Hic nempe cum nefanda et contumeliosa, sicut daemoniaci moris est, improperia in omnes effunderet, tamen, si non artissimis a sua gente loris astrictus coerceretur, procul dubio nefandiora perpetraret. Parentes igitur illius, tanto consternati infortunio, cum multa vi et labore jam dictum arreptitium, furere ac fatuari non cessantem, ad limina beati Eligii protrahunt, atque cum gemitu et fletu super instanti calamitate ipsius implorant suffragium. Quibus in oratione ibidem parvo tempore persistentibus, adulescens praefatus a spiritu nequam dimissus est, atque sana mente recepta, sospitati pristinae restitutus. Cumque Deo et beato Eligio multimodas gratias cum suis persolvisset, abbatis etiam nostri pedibus prostratus est et se servum sempiternum beati Eligii placido vultu verbisque modestis professus est. Qui ergo in corpore et anima adductus fuerat tam atrociter vinculatus, in sua se recepit omnibus plene absolutus omnibusque mirandus.

10. In illis quoque diebus homo erat, nomine Robertus, in civitate Silvanectensi, pauper quidem rebus saeculi, sed pauperior ob privationem corporeae salutis. Crura namque, tibias et pedes ut ceteri hominum habebat, sed ab omni funditus naturali functione destituta. A lumbis nempe deorsum adeo gravi torpedine membra ipsius obstupuerant, ut fere jam praemortua, mortem residuo corpori intentarent non moraturam. De loco autem ad locum moveri non valebat miserandus ille Robertus nisi aut ab alio portatus aut manibus suis impactus. Hic igitur cum odorem virtutum beati Eligii ab incolis praetaxatae civitatis tamquam ab expertis saepius in semetipsis percepisset, asinum quaesivit, et uxore

sua comitante, usque ad beati Eligii basilicam in asino venit. A quo depositus, spe confortatus, fide inflammatus, scabellula, quibus subnixus sese impingere solebat, manibus arripuit, atque in oratorium cum ingenti vexatione, propter gradus quos illic offenderat, introivit. Demum, hora jam vespertina, usque ad altare sancti Eligii reptando perveniens, ibidemque cum aliis pari voto excubantibus orando, flendo, noctem illam duxit insomnem. Sed omnipotens Deus, qui solvit compeditos et erigit elisos, protinus ut terris reddidit diem, reddidit et Roberto salutem. Circa eandem namque horam, totus conversus ad Dominum et ad beatum ejus confessorem, quem ex intimis visceribus invocabat, Eligium, in multa confidentia sibi de supernis immissa, de loco ubi jacebat surrexit, ita ut non tantummodo super pedes suos rectissimus staret, sed etiam usque ad altare incunctanter procederet. Deinde vehementius stupens et gaudens, ac per templum libere vadens et rediens et quasi experimentum suae sanationis certius capiens, plerisque non parum addidit spei, admirationem vero incomparabilem et laetitiam universis. Moratus est autem apud nos aliquandiu idem vir, plenarie redditus sospitati; et qui non longe ante tam impotens extitit, potens jam sufficienter factus est sine asini amminiculo proficisci.

11. Illud etiam quod in homine ejusdem nominis post modicum elapsi temporis patratum est, non immerito praecedentibus annectendum est. Quidam nempe juvenis, Robertus aeque nuncupatus, natione Anglus, in servitio fratrum Ursicampi diebus plurimis commoratus, in diuturnam incidens valitudinem, in ipsa quoque gravem nervorum incurrit debilitatem. Circa poplites enim illius atque spinam dorsalem et etiam in thorace in tantum exinde coartabatur ut totus undique recurvus fieret et pronus. Nullo vero modo quoquam valebat progredi nisi duobus ex ascellis suffultus baculis. Ille utique, sic factus sibimet ipsi gravis, exaudibilem confessorem beatum Eligium adiit, atque ante ejus altare procidens, sese in orationem dedit. Ubi autem altare amplexatus exiguam morulam ibidem fecit, continuo clamor prae-

cordiorum ejusdem in aures illius introivit qui Moysen sine clamore clamantem exaudivit. Quaedam enim virtus occulta, super eum facta, totum ipsum extendit ; largus quoque sudor omne corpus illius profudit, atque sonitum nervorum ejus, tamquam si virgulae sepis aridae frangerentur, ab adstantibus contigit audiri. Mox ergo ab altari prosiliens, et salutem sibi indultam indubitanter animadvertens, monachos qui aderant alloquitur, curatum se verbo et opere protestatur, atque uti pro se Deo et sancto confessori gratias agant, cum lacrimis deprecatur. Laetantur cuncti, exultant universi, laudant et glorificant illum cujus laudis et gloriae non est finis. In hac vero civitate Robertus iste diutius habitavit ; sed postmodum, peregrinationem quam in mente habebat aggrediens, in viam suam sanus et gaudens abiit.

12. Minime autem praetereunda sunt, quae licet a loco isto longius facta fuerint, tamen et constat quia et meritis saepe memorati confessoris et eadem tempestate gesta sint. Neque enim refert in talibus ubi quid agatur ; interest vero plurimum quid et pro quo Deus operetur. Erat igitur in suburbio Noviomi homo quidam provectae jam aetatis, sed facultatibus hujus mundi admodum tenuis. Hic siquidem infirmitate clandestina correptus, super hac multos consuluit ; illi vero medicaminum genera proponebantur diversa a diversis. Inter quae ab aliquibus eidem insinuatum est ut ad Sanctum Remaclum ire deberet atque de fontibus qui illic emanant potiones, quae sancti Remacli vulgo nominantur, ubertim potaret, et sic imminentis aegritudinis periculum evadere posset. Quod quia consiliosius arbitratus est, iter suum arripiens ad Sanctum Remaclum profectus est. Erat autem ipse de sancti Eligii capitalitiis hominibus, sicut et plurimi regionis hujus esse dinoscuntur. Ille igitur cum apud Sanctum Remaclum quantum opportunum ratus est mansisset, ad repatriandum conversus est. Et cum iter faceret, contigit ut in villam, quam Advesnense castrum incolae vocant, deveniret. Per quod dum transire vellet, ecce canis, insolenter in eum irruens, tibiam ejus altius momordit partemque carnis avulsam secum detulit. Vir autem ille prae

nimio dolore inflicti vulneris exclamare compellitur ; ad clamorem vero ejus vicinia tota glomeratur. Intuentes igitur tantam laesionem peregrini hominis et aegre satis ferentes, misericordia quoque super ipso moti, vix lacrimas continentes, in infestum canem illum multa dira jaculantur, multa illi saeva unanimiter imprecantur. At ille peregrinus, gemens et anxius, sanctum Eligium invocat magnis hejulatibus et quasi praesentem amaris compellat sermonibus. Denique cur nunc oblitus sit sui vehementer causatur, quare ipsum deseruerit, ut quid etiam auxilium suum in tantis necessitatibus ei subtraxerit. Addit praeterea quod cum ab ineunte aetate dominum suum illum elegerit et patronum suum constituerit, cur eum saltem a canibus laniari sustinuerit. Insuper, etsi quod factum est jam non possit non fieri, vel hoc unum solatium exposcit, ut de cruenta et inimica sibi bestia ultio non denegetur, vindicta non differatur. Dum haec igitur et his similia prosequeretur, templum quoddam, quod propter aderat, super his Deum et beatum confessorem dominum suum rogaturus ingreditur. Cum vero paululum orationem protraxisset, res inopinata, res a saeculis inaudita facta est. Ostendit enim beatus confessor homini suo quod non eum usquequaque dereliquisset et quia se fideliter et pure invocantibus favorabiliter aurem inclinet. Universi namque illius oppidi canes facto statim agmine congregantur, supradictum canem cum impetu ingenti, latratu quoque et ululatu horribili insectantur, insectatum tandem apprehendunt, apprehensum ad terram prosternunt, prostratum quoque morsibus innumeris dilacerant et discerpunt. Interim vero tantis latratuum clamoribus oppidanis accurrentibus, quidnam hoc esset et quid sibi tanti miraculi novitas vellet ad invicem percunctantur. Illi autem qui paulo ante peregrinum hominem tam male sauciatum a cane, quem discerpi omnes una conspicabantur, cognoverant et eum lamentantem et orantem audierant, aliis rem sicut erat innotescebant. At praefatus canis ab aliis canibus in tantas minutias dissipatus atque exinanitus est ut nec ejus vestigium usquam compareret. Confestim ergo castri illius incolae, plurimum attoniti et

super hactenus incompertae virtutis novitate tremefacti, sanctum illum, qui sui hominis injuriam tam potenter et patenter vindicaverit, laudibus, gloria et honoribus immensis offerunt et Deo sanctis multis multo amplius carum praedicant et asserunt. Praetera homini peregrino suadent ut sese conferat ad aliquem medicinae peritum, eo quod sic morderi nonnullis exitiale fuerit, plurimis perniciosum. Homo autem ille, audenter et quasi indignabundus eorum consulta refutans, bonum se curatorem habere asseruit, alterum se nullatenus quaesiturum obtestans nisi dominum suum beatum Eligium, qui sese tam valenter quam evidenter vindicatum iri dignum existimaverit. Tali siquidem tamque idoneo contentus medico, folium herbae cujusdam suo vulneri superaptavit, curamque illius suo domino commendavit. Deinde valedicens hominibus illius oppidi, coeptum iter repetivit. Sed o gloriosa et glorificanda in sanctis suis virtus Dei omnipotentis! In brevi namque, licet pedestri labore homo praefatus iter suum carperet, plaga tamen ejus carne nova repletur, nova cute vestitur, atque sine unguento, absque ligatura, sine omni penitus medicamine, ad priorem sanitatem reducitur. Postquam autem Noviomum pervenit, ad ecclesiam nostram, Deo et beato confessori domino suo gratias acturus, accessit. Quibus secundum mensuram donationis suae peractis, grande credens piaculum si quod ei acciderat, si bona scilicet quae beatus Eligius ei exhibuerat, ministris suis non indicaret, abbati nostro et nobis rei hujus seriem ore proprio denarravit; tibiam quoque suam incolumem videndam praebuit, cicatrice sola superstite quasi in argumentum praeteritae laesionis et reparatae sospitatis.

13. Aliud siquidem, quod post breve interstitium in partibus Franciae factum est, et memoria dignum est et relatu prolixum non est. In villa nempe quadam, dum homo quispiam in domo sua epularetur, carnes illi ad vescendum, quas parari sibi mandaverat, appositae sunt. Quibus dum vesceretur, os non modicum, ex utraque parte acutum, cum carne latens sumpsit; quod dum glutire temptasset, non evaluit. Diu ergo conatus illud traicere aut reicere, tandem gutturi

ejus ex tranverso ita infixum est ut nullatenus vel interius recipi vel exterius posset exponi. Cum itaque vir ille, nimis anxius, crebris nisibus defatigaretur, adeo coepit facies et collum ipsius intumescere ut et speciem hominis paene amitteret et horrorem non minimum suis incuteret. Alimentorum vero quicquam sumere nullo genere patiebatur, ideoque jam de vita ejus desperabatur. Sed neque ab aliquo instrumento quolibet aut artificio praefatum os invadi praesumebatur, ne forte vitalis spiritus interciperetur. Verebantur nempe sui ne, dum quis eliminare causam mortis intenderet, vitam excluderet. Ergo quia praedicto viro, quem tanta tribulatio et angustia invenerant, non inveniebatur adjutor, tandem suggestum est ut ad sancti Eligii praesidium confugeret et ad ejus ecclesiam iter voveret. Astipulabantur namque quamplures illarum partium se percepisse saepius ab illo de suis incommodis salutis antidotum. Vir autem supradictus, in tanto articulo constitutus, prae timore et dolore dilationis impatiens, quod ei suggerebatur devotus vovit atque, juxta morem ecclesiasticum, sacerdotis sui benedictione fultus, ad peregrinandum se praeparavit. Omnipotens vero Deus, qui desiderium pauperum exaudit et praeparationem cordis eorum audit, cujus meriti, quantae dignitatis et excellentiae in conspectu ejus beatus Eligius sit, illic repente luce clarius ostendit. Cum enim saepe dictus homo familiolae suae et communicipalibus suis tamquam profecturus signo potius quam verbo valedicere voluisset, mox cum omni facilitate et absque ullo dolore, supra spem multorum et opinionem, os ex ore illius exilivit. Tumor autem faciei et colli postmodum in brevi subsedit, usum quoque sermonis diu intermissum lingua recepit. Postquam ergo salutem adeptus est, quanta exultatione repletus sit, quas laudes et gratias liberatori suo accumulaverit, et quatinus facta est laetitia magna in populo illo, nequaquam opus est prosequi, quoniam et propositi brevitas non sinit et ab omni fideli digne satis valet aestimari. Illud tamen silendum non est, quod peregrinationem, quam memoratus homo spoponderat, non distulit, sed cum paucis suorum quantocius effectui mancipavit. Veniens ita-

que ante liberatoris sui, sancti scilicet Eligii, altare, super illud oblationem suam cum osse quo vexatus et paene periclitatus fuerat posuit. Deinde sacerdoti monacho, qui praefato altari jugiter assistebat et eorum quae ad peregrinos adventantes spectant providentiam gerebat, eventum suae calamitatis, simul et reparationis, ex ordine pandit, et jam dictum os illi quasi testem suae narrationis tradidit. Ubi vero pro salute sua devotas gratiarum explevit actiones, ad patrium solum laetabundus et laudans reversus est.

14. Jam ergo, quoniam alia his similia possibile non est aliquatenus universa colligere, et injustum valde videtur ex tam gloriosis operibus memoriae nulla concedere, pauca, parvo quoque tempore facta, perstrinximus, ut ex eorum aestimatione illorum quae silentur copia possit aestimari. Plurima vero, praelibatis non imparia, praetermittimus, ne multitudo quidem redderetur onerosa lectori. Si quis autem tempus eorum quae hic annotata sunt scire desiderat, anno dominicae incarnationis millesimo centesimo octogesimo tertio noverit facta, culmen apostolicae cathedrae papa Lucio moderante, regnante autem in Francia juvenculo rege Philippo, Remensis vero metropolis sedem obtinente ejus avunculo Willermo, Noviomensi quoque ecclesiae episcopo praesidente Raidaldo, monasterium autem sancti Eligii gubernante venerabili abbate Rainaldo. Nos itaque universi rogemus pariter Deum Patrem omnipotentem et misericordissimum confessorem beatum Eligium, quatinus nostra sive aliorum errata non attendat, sed si quid emendandum censuerit, paterne atque misericorditer et non in ira corrigat, a solitis quoque beneficentiis manum non retrahat, sed quod coepit usque in finem ipse perficiat, ad laudem et gloriam Domini nostri Jesu Christi, qui cum Patre et Spiritu sancto regnat et imperat in saecula saeculorum. Amen.

Expliciunt miracula beati Eligii.

INSTAURATIO

MONASTERII SANCTI MELANII

IN SUBURBIO REDONENSI

CIRCA MEDIUM SAECULUM XI.

De hac instauratione pauca tradidit Michael abbas coenobii Sancti Florentii Salmuriensis in Historia sui monasterii,quam conscripsit ineunte saeculo XIII (1). Alteram ejusdem instaurationis relationem prolixiorem et integro fere saeculo antiquiorem repperimus nuper inter multorum codicum lacinias, quas simul compactas servat codex Paris. Bibl. Nat. lat. 13089, uni folio inscriptam, quod totius codicis est 32um. Hujus relationis scriptor anonymus monachum se fuisse Sancti Melanii ante medium saeculum XII testatur, ubi in ipso suae narrationis exordio ait sibi propositum esse ut posterorum memoriae traderet *ea quae nostris temporibus meritis beati patris nostri Melanii* (Dominus) *dignatus est operari*, nimirum *quam fraterna sollicitudine noster ille Melanius suis in adversitate concurrat, quamque rigida districtione qui eis molesti esse praesumunt percruciat* (2), deinde vero tria miracula refert (3), quorum primum contigit tempore Gervasii abbatis (4), duo reliqua abbate Radulfo, *qui quartus a beato Gervasio abbas extitit* (5). Porro Gervasius ab anno 1081 ad annum 1109, Radulphus vero II, quartus post eum, ab anno circiter 1120 ad annum 1125 monasterium Sancti Melanii rexerunt (6). Sed et folium, quo nobis anonymi scriptio exhibetur, saeculo XII exaratum est.

Jam ex hac relatione non unum errorem a Michaele admissum emendare licet. Primo nempe, Evenum abbatem Sancti Melanii, quem ex monasterio Sancti Florentii Sigone hujus abbate assumptum narrat, *viginti septem annis in regimine abbatiae strenue* indicat praesedisse (7). Id autem cum temporibus Sigonis abbatis, qui non ante finem anni 1055 Sancti Florentii praefecturam adeptus est (8), componi non posse jam recte advertit doctissimus vir B. Hauréau (9), cum Evenus mortem obierit anno 1081 (10). Anonymus vero noster Evenum *viginti tres annos*

(1) Ap. Martene, *Ampl. Coll.*, tom. V, p. 1127, num. 62 ; inde *Rec. des Hist. de Fr.*, tom. XIV, p. 506 et *Gall. Christ.*, tom. XIV, p. 771 extr. — (2) Infra, num. 1 a. m. et extr. — (3) Numm. 5-7. — (4) Num. 3 init. — (5) Num. 6 init. — (6) *Gall. Christ.*, tom. XIV, pp. 772, 773. — (7) Ibid., p. 772 med. — (8) Ibid., p. 627 extr. — (9) Ibid., p. 771. — (10) Ibid., p. 772.

monasterio praefuisse scribit : unde exordium regiminis ejus illigandum colligitur anno 1057 vel 1058, quo anno Sigo abbas Salmuriensis esse potuit.

Praeterea, apud Michaelem monasterium Sancti Melanii instaurasse fertur *Comes Britanniae Geoffridus, cognomento Bastardus... consilio et hortatu uxoris suae Berthae* (1). At Geoffridus is, filius nothus Alani III ducis Britanniae, nusquam, ni fallor, in documentis coaevis Comes Britanniae dicitur, sed Comes Redonensis, neque uspiam etiam uxor ejus nominatur Bertha. At rursus anonymus noster antiquior illam restaurationem adscribit Conano II, filio legitimo praedicti Alani III, et matri ejus Berthae, quam nominant et alia documenta, singillatim vero Chronicon Kemperlegiense ad annum 1085 (2) et duplex Chronicon Britanniae ad annum 1084 (3). Itaque et in hac re corrigendus videtur Michael (4).

Corrigendum etiam est diploma a Conano III datum anno 1139 pro confirmatione bonorum monasterii Sancti Melanii, in quo scilicet coenobii instaurationem attribuit ipsi Alano III, Conani II patri (5) : nam Alanus diem supremum obiit anno 1040 (6), id est quindecim fere annis ante restauratum monasterium.

1. [Q]uae Dominus in terris ad sui magnifici nominis gloriam et sanctorum suorum merita declaranda mirabiliter operatur supersedere quin scribantur, scripta autem notitiae reserventur posterorum, ut in usum seu utilitatem proficientium nota cedant, non mediocris esse neglegentiae constat. Quocirca ne neglegentiae aut etiam ingratitudinis, si de commisso nobis talento operari neglexerimus, merito arguamur, ea quae nostris temporibus meritis beati patris nostri Melanii dignatus est operari, rudi licet incomptoque stilo scribere aggrediemur. Horum siquidem alia bene agentes ad altiora provocare, alia vero perversos quosque ab illicito opere revocare posse videmus. Ea autem scribere quibus boni ad

(1) Ibid., p. 771 extr. — (2) „ Kalendis junii obiit Bertha, Comitissa Britanniae, „ mater Conani ducis, soror Fulconis. „ Baluz., *Miscell.*, ed. Mansi, tom. I, p. 226. — (3) “ Obiit Bertha Comitissa, mater Conani. „ Morice, *Preuves de l'Histoire de Bretagne*, p. 5. — „ Obiit Bertha religiosa Comitissa, quae monasterium Sancti „ Melanii fere desertum restauravit ; unde et fratrum inibi conversantium societas „ hactenus est. „ Ibid., p. 103. — (4) Sed et Morice, *Hist. de Bretagne*, tom. I, p. 81, ex praejudicio illo de Bertha uxore Geoffridi Bastardi, solo Michaelis erroneo testimonio nota, de hac traditam intellexit notitiam mox citatam (not. 13) ex altero Chronico Britanniae, et inde utramque Bertham eodem anno obiisse ait ; quod quam sine fundamento asseratur jam nemo non videt. — (5) Ap. Morice, *Preuves de l'Hist. de Bret.*, p. 579. — (6) Morice, *Hist. de Bretagne*, tom. I, p. 71.

meliora accendantur, pravi vero a perverso opere compescantur, utilitatis immodicae * quis esse non videat? Ut ergo in alterutro homini consulatur, ut scilicet bonus in bono proficiat et de divina benignitate sanctorumque patrociniis indesinenter praesumat, malus a malo deficiat et Dei servos injuriis afficere pertimescat, dicatur quam paterna sollicitudine noster ille Melanius suis in adversitate concurrat, quamque rigida districtione qui eis molesti esse praesumunt percruciat *.

* sic

* sic

2. [C]um olim monasterium beati Melanii sub Triscando abbate et quibusdam aliis, quos nec nominare dignum est, qui ei in regimine vel potius in detrimento ejusdem monasterii successerunt, ad summum dedecus simul et ad extremam paupertatem devenisset, et e pluribus monachis unus ibi tantummodo remansisset, ceteris aut ad saeculi onera impudenter redeuntibus aut ad alia monasteria se conferentibus, dolens tandem clarissimus Conanus, videlicet filius Alani senioris, dux Britanniae, monasterium illud in tam gravia mala corruisse, consilio cum beata matre sua Berta et suis proceribus habito, vocavit de monasterio beati Florentii Salmurensis fratrem quendam, Evenum nomine, tantae probitatis virum ut quantum ad religionem et sapientiam attinet, nemini eo tempore secundus esse videretur, eique monasterium de quo loquimur jam semirutum commisit. Qui operante per eum Domino tam diligenter monasterium reparare et ad Dei servitium fratres ibi studuit aggregare ut intra xx^{ti} iii^{tres} * annos, quibus monasterio praefuit, multas et amplas possessiones, salva tamen omnino justitia, adquireret, et centum fratres regulariter admodum et monastice vitam ducentes ibi aggregaret.

* sic

3. Quo feliciter ad Dominum migrante, timentes fratres quibus praefuerat ne, si in manus mali pastoris inciderent, tantum monasterium destrueretur, de monasterio beati Florentii, de quo praefatus princeps domnum Evenum elegerat, elegerunt et ipsi in abbatem fratrem quendam Gervasium nomine. Qui et ipse quam mira religione, quam mira sapientia praeditus esset, ex ejus operibus repente manifestatum

est. Cum enim beato illi successisset, commissos sibi fratres, modo opere, modo verbo, ad altiora quaeque virtutum provehere primum curavit; tum vero, ne forte penuria quominus diligenter Domino deservirent impedirentur, quaecumque monachis necessaria sunt, vigilanti sollicitudine eis ministravit. Quibus ne aliquid deesset, honestas quoque conspicuasque domos eis exstruxit, in quibus hodieque probitas ejus quasi cernitur. Et cum domibus illis erigendis sollerter indulgeret, tum maxime ecclesiae, in qua die noctuque debitum Deo gratumque fratres exsolvere servitium laborabant, erigendae et ornatu congruo decorandae invigilabat.

4. [E]rat autem eo tempore frater in monasterio, Valerius nomine, vir subtilis ingenii et cum multarum rerum utili peritia operandi etiam vitreas fenestras non mediocrem habens scientiam. Quia vero monasterium hujusmodi fenestris necdum irradiatum erat, praedicto fratri a venerabili patre injunctum erat ut eas ingenti adhibita diligentia faceret, factas autem locis opportunis poneret, positas vero ne ventis furentibus impellerentur, clavis et caemento maceriae artius astringeret. At vero venerabilis frater praecepto beatissimi patris attentius obtemperare satagebat.

5. [C]um autem quadam die a praedicto patre ei imperaretur ut in ipso fastigio parietis qui beati Melanii imminet altari, quod a fratribus dominicum dicitur, fenestram poneret, nobis incertum qua de causa graviter iratus, audire eum noluit. Tandem, quia patris urgebat jussio, licet invitus multumque reclamans ascendit ut fenestram poneret et patris satisfaceret voluntati. Cumque fastigium parietis ascendisset et jam operi accingeretur, fratres autem issent comestum, hora quippe prandii erat, nescimus quo divino judicio repente secus altare super pavimentum durissimo extructum lapide corruit. Erat autem statura procerus et gravis corpore homo, utpote omnibus fratribus corpulentior. Poterat autem de tanta celsitudine in tantam duritiam corruens etiam brevis quilibet et levis corpore, non dico mori, verum etiam, si dici fas est, centies exstingui aut per singulos artus irremediabiliter conquassari. Ille autem non solum non

mortuus, sed ne alicujus quidem membri jacturam eatenus passus est ut frangeretur vel irreparabiliter conquassaretur. Fratres vero, ut hujus infortunii sonus aures eorum perculit, refectorio exilientes, celerrime ad eum accurrerunt, nihil minus quam eum vivum reperiri putantes (1). Quem ubi non solum vivum, sed et membris omnibus, ut integer ascenderat, integrum reppererunt, pro tam insperata re uberes Deo gratias agentes, ad cellam fratribus aegritudine laborantibus aut senio confectis deputatam detulerunt. In qua ab eis reverenter collocatus, meritis et ope beatissimi praesulis Melanii, cujus auxilium cum corrueret imploraverat, intra paucos dies plenissime sanitati restitutus est, ita ut cum ceteris fratribus Dei laudibus et servitio sospes et laetus, ut quondam, insisteret, et ad quaecumque ei jubebantur expeditus esset et agilis. Audiant hoc qui spem in Deo posuerunt, et sanctorum intercedentibus meritis divinam sibi in adversis protectionem non desperent affuturam, et benefacientes non deficiant, sed potius confortentur in Domino et in potentia virtutis ejus. Ostendimus quanta sollicitudine Melanius noster suos ab adversis tueatur ; restat ut ostendamus quanta severitate in eorum adversarios invehatur.

6. [E]volutis postea pluribus annis, cum domnus Radulfus, qui quartus a beato Gervasio abbas extitit, jam monasterio praeesset, tot et tanta mala per totam Britanniam emerserunt ut in ea discurrere et totis exertis viribus furere diabolus videretur. Habitatores enim terrae, quantum ex operibus eorum adverti poterat, in corde suo dicentes Deum non esse, rapinis et caedibus hominum assueti erant et quasi ex industria ea sola quae Dominum irritarent paene omnes agebant, quae vero religionis et justitiae erant omnino miseri abjecerant. Gladiorum quippe quos Dominns in evangelio satis esse dicit apud eos altero, principali scilicet censura, deficiente, altero autem, episcopali videlicet vigore, ad eorum rabiem reprimendam non sufficiente, ac si

(1) In margine manu aequali adscripta est Nª *Ideo sic determinat auctor hujus opusculi quia frater ille;* quae autem sequebantur duae vel tres voces, diligenter erasae sunt.

de scelerum impunitate certi essent, quibuslibet se sacrilegiis et sceleribus committendis exposuerant. Et cum alii in alios insurgerent, tum maxime in eos quos se suaque tueri materialibus armis religio non permittebat, monachos dico clericosque, saeviebant, et quo minus se defendebant, eo liberius in eos irruebant et res eorum pro velle diripiebant. Eo tempore exstitit in pago Redonensi miles quidam Odo nomine, homo singulari crudelitate insaniens, qui, juxta Salomonis vocem, laetabatur cum male fecisset et exultabat in rebus pessimis. Coepit hic monachos beati Melanii graviter inquietare, pervasores rerum alienarum publice eos vocans et insatiabili ardere cupiditate garriens. Et quasi haec non sufficerent, quaedam etiam, quae juste adquisierant et diu libera et quieta possederant, de jure suo eos invasisse mentitus est. Cumque frequenter in eos clamaret, illi autem contra eum agere coram episcopo seu principe parati essent, ubi vidit eos a justitia non deficere, ut omnium in eos odium excitaret, detestabili quadam calliditate usus est. Nam et conqueri de eis non desiit, et tamen semper adversus eos causam inire renuit. In tantam denique prorupit temeritatem ut quadam die furibundus ad monasterium accurrens, damna rerum gravia fratribus intentaret, multa multumque gravia in eos diceret, tandem etiam sathana eo velut organo utente et per os ejus terribiliter perstrepente, in ipsum beatissimum Melanium convicia quaedam intorqueret. Ut vero furori suo satisfecit, incumbentibus jam noctis tenebris ad domum quam ruri habebat reverti voluit. Cumque solus reverteretur equo sedens, umbris nocturnis jam terram obducentibus, a daemone, quem individuum, ut credimus, habebat comitem, repente exstinctus est. Porro domestici ejus, de eo solliciti, cum eum die sequenti requirerent, secus viam exstinctum reppererunt. Quem diligenter hinc inde respicientes, nullum omnino vulnus, nullum vel exigui livoris vestigium in eo reperire potuerunt. Evidenter ergo a nemine violentiam passum, sed magis a Domino sathanae, a quo percuteretur, traditum eum esse patuit. Ecce satis, ut parvitati nostrae videtur, ostensum est quam promptus ultor

injuriae suorum Melanius noster existat. Potest autem hoc miraculum perversis quibuslibet terrorem incutere et, ne in Dei servos bestialiter saeviant, salubriter eos compescere.

7. [S]ed quia, teste Salomone, perversi difficile corriguntur et nostri temporis hominibus vix ut suae pravitati modum ponant persuaderi potest (quo enim magis saeculum deflectit, eo amplius eorum pertinacia proficit), annectendum nobis et aliud miraculum videtur, ut plerique, qui adeo in iniquitate sua induruerunt ut juxta prophetae vocem sola vexatio eorum auditui det intellectum, si non sermone, si non suasione, exemplo saltem, quod plurimum apud eos valere constat, a duritia sua in Dei dilectionem quantulumcumque resolvantur. Post aliquot annos, cum domnus Radulfus adhuc monasterio praeesset, habuit vir quidam potens, Mainus nomine, adversus eum et monachos ejus gravem et diutinam discordiam. Quaedam enim hereditario jure ad se, ut dicebat, pertinentia, quibusdam aliis, ad quos omnino non pertinebant, abbatem tradidisse conquerebatur. Abbate autem petente ut lis inita sapientium judicio dirimeretur (tanti quippe viri odium se incurrisse dolebat), praesumens ille de suis suorumque viribus, aliter adversus eum agere nolebat nisi ante omnem rerum discussionem illa quaedam de jure eorum quibus ab abbate tradita fuerant in suum jus devenirent. Abbati autem injustum hoc omnino videbatur; et quia non aliter quam juste causarum leges postulant adversus eum agere volebat, diutius inter eos lis habita est. Accidit autem post multos dies ut duo ex militibus Maini, nescimus qua tempestate mentis acti, arma subito corripientes, in monachorum res irruerent et quasdam domos eorum, quae prope monasterium erant, cum varia supellectili incendentes, vehementi eos, simul et quosdam ex hominibus eorum, damno ferirent. Tum monachi multa se amisisse deplorantes, quoniam deerat qui eis justitiam faceret et temerarios illos sua eis restituere cogeret, ad illum clementissimum principem, a quo nemo eum in veritate invocans aliquando derelictus est, se converterunt; et quotidie de monasterio procedentes et loca sancta reverenter circumeun-

tes, Domini pietatem multa precum instantia pulsabant, orantes ut praesumptorum illorum corpora sub oculis omnium digna plecteret ultione, ne quis de cetero tam atrociter in eos grassari praesumeret. Nec eos divina pietas audire distulit. Paucis enim elapsis diebus, cum dominus militum Mainus, quo nesciente tanta praesumpserant, monachis humiliter satisfaceret, milites autem, in malitia perseverantes, monachorum clamorem nullius esse ponderis coram Domino cum quodam derisu passim dicerent, miro et admodum decenti judicio a Domino lepra percussi sunt, ut qui voluntate et actione praecipites, quod ceterorum nemo audebat, scilicet quae propria monachorum erant incendio...

(Reliqua desiderantur.)

INDEX CODICUM

QUI IN HOC TOMO ADHIBITI SUNT VEL CITATI.

INDEX SANCTORUM

DE QUIBUS DOCUMENTA IN HOC TOMO EDITA SUNT

VEL SALTEM IN CATALOGO MONTENSI RECENSA

N. B. — Sancti quorum nomine inscribuntur documenta in corpore hujus voluminis, indicantur litteris capitalibus minoribus, v. g. FABIUS.

Reliqua omnia nomina eorum sanctorum sunt, qui solummodo recensi sunt in Catalogo Montensi.

(Numeri paginas indicant.)

INDEX GENERALIS

HUJUS TOMI

Bruxellis. — Typis Polleunis & Ceuterick.



